Digitized by the Internet Archive
in 2026 with funding from
Graduate Theological Union

https://archive.org/details/theologiadogmati03gene

THEOLOGIA

DOGMATICO-SCHOLASTICA

TOMUS TERTIUS

PARTEM SECUNDAM DE DEO PRINCIPIO ET FINE CREATURARUM
QUOAD TRACTATUM PRIMUM ET SECUNDUM COMPLECTENS.

JOANNIS BAPTISTAE GENER S. J.

THEOLOGI HISPANI

THEOLOGIA

DOGMATICO-SCHOLASTICA

PERPETUIS

PROLUSIONIBUS POLEMICIS HISTORICO-CRITICIS

NECNON

SACRAE ANTIQUITATIS MONUMENTIS

ILLUSTRATA

TOMUS TERTIUS

PARTEM SECUNDAM DE DEO PRINCIPIO ET FINE CREATURARUM

QUOAD TRACTATUM PRIMUM ET SECUNDUM COMPLECTENS.

ROMAE MDCCLXXI.

IN TYPOGRAPHEO S. MICHAELIS AD RIPAM.

SUMTIBUS VENANTII MONALDINI BIBLIOPOLAE IN VIA CURSUS
ET PAULLI JUNCHI TYPOGRAPHI.

PRAESIDIBUS ADPROBANTIBUS.

ALMA COLLEGE
2089
LIBRARY
G286
Los Gatos, Calif.

49205

ADPEN-

ADPENDIX

MONUMENTORUM E RE LITURGICA

SPECTANTIUM AD CLASSES

PARTIS PRIMAE IN TOMO SECUNDO

THEOLOGIAE

DOGMATICO-SCHOLASTICAE

NUPER EDITO

QUIBUS EA INSERENDA SUNT.

AUTHORE JOAN. BAPT. GENER S. J.

PRAEMONITUM.

POST novas, maturioresque meditationes in hanc demum, priore relicta, conceſſi ſententiam, quam poſt *Pamel. Goarium*, *Renaud. Menard. Bonam*, *Mabillon. Martenium*, *Muratator. Azevedum*, *Aſſeman.* alioſque, peculiari diſſertatione propoſuit, pluribuſque illuſtravit doctiſſ. noſter *Zacharias* in t. 1. ſui theſauri theologicar. diſſertat. ſub fin. omnino conſulendus: quod nimirum monumenta e vetuſtioribus Liturgicis Eccleſiae univerſae Codicibus deprompta, aptiſſimo ſint uſui in rebus theologicis, illuſtrandis utique confirmandiſque ſacris Dogmatis ſumme idonea; digniſſima propterea quibus noſtrum Opus, omnigenam ex inſtituto complexum eruditionem, utatur; immo quandocumque ab ejuſmodi documentis etiam data pro illis occaſione abſtineamus, & ipſum Opus turpiter deficere Viri Sapientes Eruditique denuo a nobis conſulti ad unum cenſuerunt.

Itaque priuſquam ternas reliquas noſtri commentarii Partes adjectis egregiis id genus e ſacerrima Vetuſtate monimentis adornare pergimus, Partem primam, ne manca ulterius atque nimium deficiens merito incuſetur, breviore hac Adpendice ſupplendam illico atque illuſtrandam ſuſcipimus.

de Exſiſtentia Dei ſub pag. 27.

LITURGICA MONIMENTA.

Deus aeternus abſque principio & fine, magnus in praeceptis tuis & potens in operibus tuis, qui es ubicumque & in omnibus, eſto....

E LITURGIA COPTITARUM S. BASILIO ADSCRIPTA (ap. *Renaudot.* in collect. Liturgiar. Oriental. t. 1. p. 5. in oratione thuris.)

Habes heic ſacratiſſima Dogmata de Deo exſiſtente, aeterno, magno, omnipotente, immenſo. Et quidem nihil opportunius, & rationi magis conſonum, quam quod Eccleſiaſticae Traditionis depoſitum circa haec, & reliqua fere cuncta Dogmata penes ejuſmodi ſacratiores eccleſiaſticae Liturgiae Codices a primaevis Chriſti Seculis perpetuo illibatum adſervetur.

Ὁ Θεὸς ὁ διὰ πολλὴν καὶ ἄφατόν σου φιλανθρωπίαν ἐξαπόστειλας τὸν....

Nempe

Deus qui propter multam & inexplicabilem tuam erga homines caritatem....

E LITURGIA GRAECA ALEXANDRINA eidem Baſilio adtributa (ap. laud. *Renaud.* p. 57. ex Codice graeco-arabico, in oratione Veli.)

Δεσπότα κύριε ὁ Θεὸς ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ....

Id eſt

Dominator Domine Deus, pater Domini & Dei ſervatoris noſtri Jeſu Chriſti....

E LITURGIA GRAECA S. CYRILLI, aliquando D. Marci nomine adpellata (ap. ipſum *Renaud.* p. 132.)

Porro iis, quas hucuſque laudavimus, Liturgiis, ſicut & pleriſque ſimilibus, quae apud noſtrates Eruditos verae ac antiquiſſimae vulgo audiunt, quamlibet pene authoritatem adimunt Proteſtantes cum *Riveto* & *Caveo*; cauſſati prae primis quod illae plerumque interpolatae ad nos devenerint; quia enim e.g. in Liturgia S. Jacobi uſurpantur voces Ὁμοούσιος & Θεοτόκος, non ante Nicaenum ac Epheſinum Synodos promulgatae; commemorantur itidem Ordines eccleſiaſtici, qui nondum erant; Triſagium, quod longo poſt tempore in uſu fuit, recitatur, ac ſimilia.

Haec autem minime evincunt, Liturgias ejuſmodi additamenta praeferentes, eſſe ſuppoſititias, dum alias de earum authoritate ſatis conſtat; ſed hoc unum, quod nempe illa tractu temporis adjecta fuerint authenticae Liturgiae: ceteroqui contra torrentem Eruditorum confidenter dixeris, & Miſſale Romanum haud eſſe antiquius S. Gregorio

gorio Magno, quum nomina exhibeat ſanctorum, qui non niſi multos poſt annos a Gregorio inclaruerunt; & Gallicanum S. Martino, cujus nempe feſtum celebrandum recitat; & Moz-arabicum Urbano P.IV, quoniam Officium feſti Corporis Chriſti repraeſentat, vetuſtioribus a Cardinale Ciſnerio adjunctum.

Eſto demum quoad alia iſtae, quas adduximus, antiquiſſimi apud Coptitarum & Alexandrinorum Eccleſias uſus Liturgiae probabili quovis argumento incuſari poſſint interpolationis aut adjectionis, minime tamen quoad eos textus, quos pro dogmate de Deo exſiſtente produximus, nec item quoad alios ſimiles poſtmodum producendos pro aliis dogmatis, quae apud univerſas chriſtiani nominis gentes certa vulgo creduntur. Plura in hanc rem laud. *Renaud.* t.1. in praevia diſſertatione, qua priſcam originem, & inſignem abſque exceptione authoritatem Liturgiarum Orientalium pro ſanctis dogmatis, pluribus ſolide ac erudite comprobat.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὃτὸ κράτ☩ ἀνεικαζον, καὶ ἡ δόξα ἀκαταλήπτος....

Scilicet

Domine Deus noſter, cujus nec potentia aeſtimari, nec gloria comprehendi poteſt....

E LITURGIA (quam Graeci divinam vocant) S.JOANNIS CHRYSOSTOMI (ap. *Jacob. Goarium* in Euchologio, ſive Rituali Graecorum, in Miſſa S. Jo. Chryſoſt. p.65. ubi de orat. Antiphoni primi ſecreto.)

Quod S. Chryſoſtomus certam concinnarit Liturgiam, eaque ſubinde apud pleraſque Graecorum Eccleſias obtinuerit, nullus plane in dubium vertit inter Eruditos: quae vero ex perplurimis variantibus ejuſdem verae Liturgiae lectionibus, quae paſſim circumferri conſpicimus, ceteris quibuſque praeferendae ſint, haud facile quiſquam definierit. Nos autem cum laud. *Goar.* qui hac in diſciplina liturgica apud Viros Eruditos adcuratus plane atque Criticus audit, eum exemplarem ſequimur textum, qui frequentius Graecis uſui erat aetate Goarii, qui eum ipſis complures annos verſatus eſt. Ipſum conſule ſis p.87 §. *Perlectis*.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν μνήσθητι ἡμῶν τῶν ἁμαρτωῶν....

Hoc eſt

Domine Deus noſter, memento noſtri peccatorum....

E LITURGIA GRAECA PRAESANCTIFICATORUM (ap. cit. *Goar.* p. 193. ubi de oratione tertii Antiphoni.)

Δεσπότα κύριε ὁ Θε☩ ἡμῶν ὁ νομοθετήσας ἡμῖν, καὶ τὰ ἐξῆς....

Id eſt

Domine Deus noſter, qui propterea quod non poteſt humana natura Divinitatis ferre praeſentiam, conſtituiſti ....

Ex ORDINATIONE EPISCOPI APUD GRAECOS (adteſtante *Morino* de ſacr. ordinat. par.2. pag.77. ubi de ordinatione Epiſcopi apud Graecos, ex Codice antiquo graeco Bibliothecae S. Andreae Vallenſis Romae.)

Nonnihil variat haec Oratio ab ea, quae habetur in ordinatione Epiſcopi Graeci apud Codicem Barberinum proxime laudandum; ſed haec tamen variatio, ut ſcite adnotavit ibidem *Morin.* p.103. notula (i) nihil in ſubſtantia rei mutat.

Ο' Θεὸς ὁ ἀναρχος καὶ ἀτελεύτητος ὁ πάσης κτίσεως πρεσβύτατος ὑπάρχων ....

Nempe

Deus qui es principii & finis expers, qui omni creatura longe es antiquior ....

Ex ORDINATIONE PRESBYTERI ETIAM APUD GRAECOS (teſte ibidem *Morino* p.54. ex antiquiſſimo Codice Bibliothecae Barberinae Romae.)

Ὁτι ἅγιος εἶ κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν καὶ ἐν ἁγίοις κατοικεῖς ....

Videlicet

Quoniam ſanctus es Domine Deus noſter, & in ſanctis habitas, ...

E LITURGIA S. JACOBO APOSTOLO ADSCRIPTA (ap. *Joſ. Aloyſ. Aſſeman.* in Codice Liturg. eccl. univ. l. 4. par. 2. p.69. ex antiquo MS. Meſſanenſi, quod ipſe primus edidit.)

In nomine Dñi
Jeſu Xpi Salvatoris

.....

Da nobis Omnipotens Deus... Praeſta miſericors Deus...

E LIBRO I. SACRAMENTORUM ROMANAE ECCLESIAE ORDINIS ANNI CIRCULI (ap. *Joſ. M. Thomaſium* tom.6. operum ex editione *Vezzoſi* p. 3. ubi de orationibus & precibus in Vigiliis Natalis Domini ad Nonam.)

De authoritate hujuſce Codicis Liturgici nullus, opinor, ſanae mentis dubitare poſſit, quum eam adſerant indubiam eruditiſſimi juxta atque adcuratiſſimi in re Liturgica Scriptores, puta *Morinus*, *Menardus*, *Mabillonius*, *Bona*, *Grancolaſius*, *Lebrunius*, *Thomaſius*, *Muratorius*, *Pamelius*, *Joſ. Al. Aſſemanus*, *Zacharias*, *Vezzoſius* in ſuis reſpective commentariis Liturgicis; tametſi pluribus illam impetere ſit auſus e Calviniano grege *Jacob. Baſnagius* in hiſt. eccleſ. l.16. c.10. n.1. pag.946. toti-

totidem oppugnatus telis a laud. *Vezzoſ.* heic in praefat. ad 6. Thomaſianum tomum, num. IV. ſqq.

Rurſus Noſtrates eidem Codici longiorem vetuſtatem vulgo adſcribunt, revocantque ad tempora Gelaſii Papae, qui ſedit ab an. 492. ad 494; immo ipſum ſacri Codicis authorem (quem propterea *Gelaſianum* nuncupant) nonnulli dixere, nec improbabilibus quidem fulti momentis, cum *Vezzoſ.* proxime laud. num. II. Actum plane agemus ſi haec, ceteraque Codicem ſpectantia pro dignitate diſcutere adgrediamur poſt tot tamque diffuſas doctiſſimorum Liturgiographorum in id ipſum exercitationes.

Et haec quidem ſufficiant ad ſolidam conciliandam authoritatem iis, quae ex ejuſmodi Liturgico Codice modo dedimus ac toto deinceps Opere producemus, teſtimoniis pro ſancto Dogmate. Conſulendi interea praecitati Liturgiographi in commentariis ſuper eodem Codice.

Deus qui in praeclara ſalutiferae Crucis Inventione.... Deus cui cunctae obediunt creaturae...

E LIB. II. EJUSDEM CODICIS AD NUMER. XVIII. DE INVENTIONE SANCTAE CRUCIS (ap. laud. *Thomaſ.* p. 134. col. 2.)

Domine Deus qui ad hoc iraſceris, ut ſubvenias....

E LIB. III. EJUSDEM CODICIS AD NUM. XXXI. IN ALIA MISSA (ap. eund. *Thomaſ.* p. 183. col. 2.)

Quid vero cetera id genus documenta uſque ad nauſeam proferamus? Profecto ea paſſim occurrunt cum in hocce Codice, tum in reliquis quibuſque Liturgicis, quorum uſus exornandis antiquorum Monumentorum Claſſibus nobis frequentior erit decurſu Operis; cujuſmodi dixerim *Miſſale Gothicum*, *Gallicanum vetus*, *Moz-arabicum*, vulgo *Leonianum*, *Hieroſolymitanum*, tum *Euchologion* & alias *Ordinationes Graecorum*, *Libellum orationum Gothico-hiſpanum* & plura inſuper; de quibus plane omnibus in praeſentia adnotare ſit ſatis, antiquiſſimae aetatis eſſe, ac juniora ſaltem tribus aut duobus diſtare Seculis ab anno milleſimo Epochae inſtituto noſtro prafixae: quocirca hoc ex capite ſacra ab ipſis deprompta eruditio noſtris adornandis Claſſibus perquam idonea reputanda eſt.

SPECTANTIA AD CLASSEM V.

de Deo Uno ſub pag. 63.

E RE LITURGICA.

.... Σὺ εἶ Θεὸς μόνος καὶ ἐκ ἔστιν ὁμοιός σοῦ ἐν θεοῖς, Κύριε....

Vide-

tiones e Sancti Leonis ſermonibus expreſſas dederit . Quidquid autem variae de hac re excogitatae opiniones contenderint , nullus hucuſque indubitatus commentarii Author Eruditorum coetui adparuit . Plura citati *Murat.* & *Bayerus* quos adi ſis .

Profecto *Muratorius* ut ſeſe omnigena praeditum eruditione comprobaret , huncce Codicem una cum aliis pleriſque liturgicis alias non ſemel editis denuo vulgavit in ſua collectione de Liturgia Romana veteri . Ibi tamen , mea opinione , ſi quid adſequor , Diſſertatio de rebus liturgicis collectioni praefixa in tom. 1. ſplendida eſt , ac liturgico-critica doctrina ſatis inſtructa , de cetero vero , quo inſignem ſibi laudem adſciverit , ſingulare continet nihil . Nobis ex parte conſentit *Vezzoſ.* in editione Thomaſiana tom. 6. p. XLII. in praefat. n. 24. nota (2) ſub fin.

SPECTANTIA AD CLASSEM VI.

de Deo Omnipotente ſub pag. 96. & num. 3.

E RE LITURGICA.

Omnipotens ſempiterne Deus , qui ſanctorum tuorum ....

E SACRAMENTARIO DICTO LEONIANO (ap. *Murat.* de Liturg. Rom. vet. t. 1. in Menſe Aprili , Miſſa IX. p. 295.)

Omnipotens ſempiterne Deus , qui fragilitati noſtræ conſulens ...

EX EODEM CODICE (ap. laud. *Murat.* in Dedicatione num. XXXVIII. col. 310.)

Domine Deus Omnipotens , Pater Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti ....

E LITURGIA S. BASILII APUD COPTITAS , EX COPTICO CONVERSA (ap. laud. *Renaudot.* t. 1. in oratione gratiarum actionis p. 2.)

Domine Deus Omnipotens , qui noſti cogitationes hominum ....

E LITURGIA S. GREGORII NAZIANZENI IN ORATIONE VELI (ap. ipſum *Renaud.* p. 26.)

Praefatam Liturgiam , ſi fides eidem *Renaudoto* in ejus notis ad pag. 301. , Coptitarum traditio vulgo adſcribit Gregorio , quem Theologum dicunt , in ſingulis quibuſque codicibus aegyptiacis , ac etiam in graeco quodam bibliothecae regiae Pariſienſis : tum ipſam eo nomine recenſent Theologi , ac Liturgiographi ſapientes ; puta *Gabriel* Patriarchae

chae Alexandrini Tarik filius in ſynodicis conſtitutionibus art. 26 *Ebnaſſalo* in collectione canonum cap. 12. *Abuſeba* in ſcientia eccleſiaſtica cap. 85. alii.

Ὁ Θεὸς ὁ ἅγιος ὁ παντοκράτωρ, ὁ διὰ τῆς ἐκ παρθένου κατὰ σάρκα γεννήσεως τῆ μονογενοῖ σοῦ υἱοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν ἁγιάσας τὸ θηλύ....

Scilicet

Deus ſanctus omnipotens, qui per Unigeniti filii tui Dei noſtri nativitatem ex Virgine feminam ſanctificaſti....

E CODICE GRAECO DE ORDINATIONE DIACONISSAE (ap. cit. *Goar.* ubi de Diaconiſſis, p.262.)

Notiſſima plane eſt apud Eruditos Liturgicos pervetuſta utriuſque Eccleſiae diſciplina circa ordinationem Diaconiſſarum, ſingulari quadam conſecratione intercedente. Nonnulla de hoc argumento delibabimus in Parte II. Claſ. X. ubi de cultu SS. plura vero tanquam in propria ſede ubi de ordine Diaconatus.

Ne vero Lectorem heinc penitus jejunum diſcedere compellamus, juvat paucis diſcutere litem, quam circa ritum conſecrationis Diaconiſſae *Arcudio* intentat laudatus *Goarius* p.265. n. 3.

Ait itaque *Arcudius* in concordia Eccleſiae Orientalis & Occidentalis lib. 6. c.10. §. *Ut autem.* p. m. 474. rejiciendam eſſe tanquam erroneam & haereticam in conſecratione Diaconiſſae formam illam, quam retulit Blaſtarius ex quibuſdam antiquis aut potius apocryphis Euchologiis, nempe „ divina gratia, quae ſemper infirma curat & quae de„ ſunt adimplet, promovet N. in Diaconiſſam: oremus igitur pro ip„ ſa ut veniat ſuper eam gratia ſanctiſſimi Spiritus „. Siquidem, inquit *Arcud.*, quum haec eadem ſit forma, mutato ſolum nomine maſculino, ſacri Ordinis Diaconatus, in Diaconiſſam prolata, minime diverſa impoſitio exiſtimaretur, immo potius omnino eadem, ejuſdemque energiae ad conſtituendum aliud quoddam ſimile ſacramentum Ordinis Diaconalis feminini.

Ad haec tamen reponit primum *Goarius*: celebria Euchologia Cryptoferratenſe, ac Barberinum S. Marci, minime quidem ſuppoſititia, eandem recitant formam in conſecratione Diaconiſſae proferendam. Deinde: quum femina ſit incapax ſacri ordinis, & nullam inſuper Pontifex, qui eam conſecrat, habeat intentionem initiandi ipſam ullo eccleſiaſtici ordinis Sacramento, plane conſequitur, nullam ſubinde poſſe exoriri prudentem ſuſpicionem de vero ſacramento cum muliebri Diaconatu feminae collato. E quibus demum concludit hic Author, nihil quod haereſim aut abuſum redoleat hujus conſecrationis adducta verba complecti, niſi forte, ſubdit, „ abuſum haereſimque Eccleſiae latinae „ audeat Arcudius impingere, quae non minus ac graeca Diaconiſſas „ verbis ſollemnibus antiquitus conſecrare ſolebat „. Heinc primum

acriter ſugillarat Arcudium tanquam zelo potius quam ratione in ſuos Graecos, quos pie exponere debuiſſet, praefracta nimis fronte invectum.

Anne igitur nobis hac in controverſia adprobandus Goarius, aut potius excuſandus Arcudius? Ego quidem pro definiendo problemate, quantum ad adſerta utriuſque Authoris haec candide mecum ſtatuo.

Principio uſus illius formae in ordinatione Diaconiſſae nequaquam videtur haereticus, aut in ſuſpicionem haereſeos vocandus, ut recte probat Goarius; ceterum mihi valde importunus eſt, ac intolerabilem abuſum praefert ſacrae formae, qua viri eccleſiae graecae ſacro Diaconatus ordine initiantur. Nihil profecto magis ſacrum & arcanum formis, quibus Sacramenta perficiuntur, ac nihil ſubinde magis intolerabile, quam iiſdem uti formis ubicumque non agitur de confectione Sacramentorum. Fere dixerim, abuſum illum in re noſtra recidere in ſimulationem Sacramenti Diaconatus. Quantum vero noxiae in Sacramenta irreverentiae contineat eorum ſimulatio in genere ſub adhibita ip. ſorum forma, pluribus expoſuimus in *Theol.* noſtra *morali dogmat.* cum aliis primi ſubſellii Doctoribus in prop. illam Innocent. XI. decreti, *urgens metus gravis eſt cauſſa juſta Sacramentorum adminiſtrationem ſimulandi*. Et quidem ſi quis Sacerdos proferens ſerio conſecratoria verba Ss. Euchariſtiae extra auguſtum Sacrificium, merito habetur ſimulator ejuſdem Sacramenti, & Chriſti Domini illuſor, cur pariter graecus Pontifex recitans ſerio ſuper feminam ſollemni ritu formam ſacramenti Diaconatus, hujus ſimulator ejuſdemque Authoris illuſor non aeſtimetur?

Hoc autem ſenſu, me judice, Arcudius abuſum illum late *haereticum* nuncupavit; quumque ipſum in ſua Eccleſia nec credere, nec tolerare poſſet, ideo vetuſta Euchologia, quae eum referrent, ad apocryphos codices amandavit: quo plane tam ratione, quam zelo ſeſe inſtructiſſimum oſtendit; tumque majorem in modum Eccleſiae ſuae honori, nominique proſpexit. Quod ſi Euchologia a Goario laudata eum ferant perabſurdum abuſum, reponere poſſet Arcudius, eo loci interpolata fuiſſe, ac vitiata; vel etiam ipſa referre uſum pravum aut abuſum unius vel alterius privatae dioeceſeos, minime vero univerſae Eccleſiae graecae, quam quidem tanto primis temporibus abuſu ingloriam adſerere nefas ſit. Eo praeſertim quod *Pſeudo-Clemens* in Conſtit. apoſtol. e quibus plerumque Graecia ſuam deprompſit rituum diſciplinam, ubi agit de ordinatione Diaconiſſae, l. 8. c. 20. ap. edit. Cotelerianam p. 403. formam exhibet longe diverſam ab ea, quam paullo ante protulit, in ordinatione Diaconi recitandam: id quod ibidem innuere videtur Arcudius.

Praeterea non adſequor, quo jure protulerit Goarius ea, quae mox exſcripſimus e ſuo Euchologio; quoniam in Latina Eccleſia, vel ſaltem in Romana, quae etiam ſemper inter latinas, primas tenuit, forma & formula longiſſime diverſa ordinabantur Diaconus ac Diaconiſſa, ut notum eſt cuicumque utramque conferenti ordinationem apud

Ordi-

Ordinem Romanum de officiis divinis, ſcriptum Seculo VIII. vel IX. ex *Jodoc. Coccio*, ap. Magn. Biblioth. PP. Colonienſem de an. 1618. tom. 8. ad pag. 442. ſq. & 471. ſq.

Et hunc quidem *Ordinem*, quem quod ſpectat Diaconiſſae ordinationem *Joan. Pinius* exſcripſit in tr. praelimin. de Diaconiſſis ad tom. I. Septembr. p. x. ſqq., miſſum fuiſſe Carolo Magno ab Adriano P.I. teſtatur *Chriſtian. Lupus* in Scholio ad canon. xv. in tom. I. oper. de an. 1665; adtamen ſine teſte.

Jure itaque vindicandus videtur ab acerba criminatione Goariana noſter *Arcudius*, cujus perdocti viri atque de Eccleſia utraque benemerentiſſimi elogium vulgavit *Dupinius* in Biblioth. Auth. eccleſ. Seculi XVII. par. I. p. 169. ſqq. edit. de an. 1719.

Omnipotens & miſericors Deus totius ſanctae religionis origo, omniſque profeſſionis in te æterna ſalvatio....

Ex ordine Romano (quem proxime laudavimus, p. 468. col. 2. in Ordine ad Monachum faciendum.)

Et haec quidem documenta ſufficiant in confirmationem ſancti Dogmatis ex iis, quae paſsim occurrunt in laudatis hucuſque Codicibus, ac in ceteris pene quibuſque Liturgicis.

SPECTANTIA AD CLASSEM VII.

de Deo Aeterno ſub pag. 113. & num. 8.

E RE LITURGICA.

Omnipotens ſempiterne Deus qui tuæ menſæ participes....

E sacramentario vulgo Leoniano (ap. laud. *Murat.* t. I. col. 301. num. xx.)

Omnipotens ſempiterne Deus, cordibus noſtris benignus infunde....

Ex eodem codice (ap. ipſum *Murat.* t. I. col. 414. n. VI.)

... qui ... tibi reddunt vota ſua aeterno Deo vivo & vero....

E lib. III. sacramentorum romanae ecclesiae in canone actionis (ap. laud. *Thomaſ.* l. 6 edit. *Vezzoſianae* p. 173.)

En tibi particulam ſacratioris atque praecipuae actionis in Romana Liturgia; quippe qu ae venerandam Corporis & Sanguinis Chriſti Do-

mini conſecrationem, una cum ſecretis precibus heinc inde ſibi proxime adnexis complectitur. Eam multiplici nomine donarunt veteres, quae nempe a variis nuncupata obſervatur *Actio*, *Canon Miſſae*, *Preces*, *Orationes*, *Infra* & *Intra Actionem*, *Secretum Miſſae*. Conſule *Cangium* in Gloſſar. lat. art. *Canon Miſſae*, tum *Bonam* l. 2. rer. liturg. c. 11. laud. *Vezzoſ.* p. 172. nota (1) *Mabillon.* de Liturg. Gallicana l. 1. c. 4. n. 3. p. 26. ſq.

Certum Canonis Authorem haud facile quis noverit. An ejus Author Voconius Caſtellani Mauritaniae oppidi Epiſcopus? Adſerunt nonnulli, eo tantum quod, teſte *Gennad.* de vir. illuſtr. cap. 78., egregium volumen Sacramentorum concinnarit. An Gelaſius Papa? Ita alii, neſcio qua ratione ducti. An Scholaſticus quiſpiam, alias ignotus? Sic innuere aliquibus videtur *Gregorius* M. lib. 7. epiſt. 64. An Muſaeus presbyter Maſſilienſis Eccleſiae? Ajunt non pauci, freti authoritate laudati *Gennadii* cap. 89. qui tamen non aliud ibi adfirmat, quam quod egregium & non parvum ſacramentorum volumen compoſuerit. An Gregorius Magnus? Sic arbitratur *Aldelmus* Epiſcop. in l. de laudib. virginit. cap. 22. Heinc ſatis perſpicis rei obſcuritatem, ac opinionum incertitudinem; nec majorem fortaſſe claritatem e vetuſtioribus monumentis eruere licet.

Haec enim vero pro certis habeto. Primum ſacerrimus hic Canon procul dubio antiquiſſimus eſt; eum quippe jam commemoraſſe videntur *Vigilius* P. in epiſt. ad Eutherium, ſeu Profuturum ap. Baluz. in notis ad Gratian. & in nova collect. concil. p. 1463, *Gregorius* M. l. 9. epiſt. 12. *Auguſtinus* epiſt. 149. n. 16. novae edit. *Optatus Milev.* lib. 2. cont. Parmen. ap. Menard. in nota 24. in ſacramentar. S. Gregorii, *Cyprianus* in l. de unit. Eccleſ. *Innocentius* P. I. epiſt. ad Decent. cap. 2; ac demum de *Sixto* P. I. fertur conſtituiſſe, *ut infra actionem Sacerdotis incipiens populus hymnum decantaret ſanctus* &c. ap. Catalog. Rom. Pont. a Bollandianis vulgatum in prolegom. tom. 1. April.

Ex iis autem liquido inferendum, diſerteque adfirmandum videtur, Miſſae Canonem ex Apoſtolica traditione fluxiſſe; id quod inſuper aperte faſſus eſt *Vigilius* P. in laud. Epiſt. ad Profutur. *Canonem*, ait, *ex Apoſtolica traditione ſuſcepimus*, cui egregie adſentitur *Tridentinum*, inquiens de ſacro Canone ſeſſ. 22. cap. 4. *is enim conſtat cum ex ipſis Domini verbis, tum ex Apoſtolorum traditionibus, ac ſanctorum quoque Pontificum piis inſtitutionibus*; videlicet, ut ipſe interpretor, complectitur Canon conſecrationes panis & vini, quae verbis Domini perficiuntur, necnon orationem Dominicam, quam idem Chriſtus nos docuit; tum pauciores alias orationes ac ritus, ab Apoſtolis adjectos, plures demum eo, qui nunc obtinet, ordine a variis ſummis Pontificibus ſubceſſivo tractu immiſſos uſque ad S. Gregorium Magnum. Hejnc

Praeterea poſt S. Gregorium nihil omnino in ſacro Canone a quopiam Romano Pontifice additum eſſe videtur aut immutatum. Haec communis eſt ac vero quidem ſimilior Liturgiographorum ſententia cum

cit-

cit. *Bona* l. 2. c. 11. n. 2. adverſus VValfridum. Nec enim ullo, quod ſciam, probatur documento, unum aliquem poſt Gregorium univerſali Romano Canoni quidquam intuliſſe vel detraxiſſe. Lege *Bonam* ibidem, & *Menard.* proxime laud. Quod autem nonnullae variantes ipſius Canonis lectiones offendantur, ut notum eſt eas apud Thomaſium, Pamelium, alioſve conferenti, minime additiones, ſeu mutationes evincit factas a variis Pontificibus, ſed a variis unius Codicis exſcriptoribus. Unus itaque, nec ulla ex parte diverſus eſt ab aetate Gregoriana Canon univerſalis Eccleſiae Romanae, cujus propterea etiam hoc ex capite authoritas in commendationem ſacri Dogmatis ceteris quibuſque, depromptis e reliquis Codicibus Liturgicis maxime praeſtat.

Haec autem dicta ſint de Canone univerſali Romanae Eccleſiae, de ceteris enim, quos in aliis pleriſque Liturgiis paſſim expreſſos legimus, alia quidem habenda eſt ratio; varium quippe repereris Canonem apud Gallicanos codices pro diverſitate Miſſarum, ut recte notavit *Mabillon.* cit. l. 1. c. 5. n. 17; varium quoque apud Officium Gothicum, ex *Aguirr.* in collect. CC. Hiſp. t. 3. p. 265. & 277; varium denique apud Codices Graecos & Orientales ex *Renaud.* in collect. Liturgiar. Orient. per binos tomos & *Joſ. Aloyſ. Aſſemano* in Codice Liturgico Eccleſiae univerſae, ubi de Liturgiis Euchariſtiae a l. 4. par. 2. Sed & in iis etiam teſtimonia pro ſancto Dogmate a Canone petita, ſacratiorem ſibi, praecipuamque authoritatem adſciſcere quis dubitet?

Dignum & juſtum eſt nos tibi ſemper gratias agere Domine ſancte Pater omnipotens aeterne Deus per Jeſum....

E Missa officii gothici in festo S. Jacobi Apostoli (ap. *Aguirr.* proxime laud. p. 276. num. 127.)

Haec illa eſt Miſſa Moz-arabum, ſeu Mixt-arabum, S. Leandro Hiſpalenſi Antiſtiti vulgo adſcripta, & in Hiſpaniis uſque modo, ut arbitror, certis in locis uſitata. De ejuſmodi Officio multi differunt cum *Bona* rer. lit. l. 1. c. 11. cit. ejuſque Adnotatore *Roberto Sala* in eum locum, *Aguirr.* p. 258. ſqq. *Jo. Pinio* in diſſ. praefixa tomo 6. Jul. *Lesleo* in ſuo Miſſali Moz-arabico.

Ὁ Θεὸς ὁ ἀναρχος καὶ ἀτελεύτητος, ὁ πάσης κτίσεως πρεσβύτατος ὑπάρχων....

Hoc eſt

Deus qui es principii & finis expers, qui omni creatura longe es antiquior....

Ex ordinatione Presbyteri graeci (ap. *Morin.* de ſacr. ordinat. par. 2. p. 54. e Biblioth. Card. Franc. Barberini.)

Codex, e quo decerpſit hanc ordinationem Cl. V. *Morinus*, lite-

ris

ris majoribus & uncialibus integre ſcriptus, octingentorum annorum aetatem ferme ſuperabat, opinione ejuſdem Authoris, in antiquis Codicibus graecis verſatiſſimi, qui haec ſcribebat an. 1695.

Deus aeternus abſque principio & fine, magnus in praeceptis tuis & potens in operibus tuis ...

E Missa coptica S. Basilio adscripta (ap. *Renaud.* cit. t. 1. p. 5. in oratione thuris,)

Plura ſaepenumero confirmando Dogmati dabunt iidem mox laudati, ceterique Codices Liturgici.

SPECTANTIA

ad Deum Immenſum ſub pag. 126. & num. 110.

MONUMENTA ANTIQUITATIS E RE LITURGICA.

Bina illuſtrando Dogmati teſtimonia ſufficiant e re Liturgica in utraque Eccleſia, Orientali nimirum atque Occidentali, quae ſubjicimus.

Deus aeternus .... qui es ubicumque & in omnibus, eſto nobiſcum peccatoribus, Domine in hac hora ....

E Liturgia coptica S. Basilii in oratione thuris (ap. laud. *Renaud.* t. 1. p. 5.)

℣* *Qui cum ubique ſis totus & univerſa tua majeſtate contineas, ſacrari tamen tibi loca tuis myſteriis apta voluiſti ....*

E lib. 1. sacrament. romanae ecclesiae in praefatione Missae pro dedicatione basilicae novae (ap. laud. *Thomaſ.* edit. Vezzoſ. t. 6. p. 110.)

* Sigla haec, quae perſaepe occurrit apud Latinos in exordiis Praefationum in Miſſis, idem vulgo ſonat ac *Vere dignum & juſtum eſt.*

SPECTANTIA AD CLASSEM VIII.

de Deo Miſericorde ſub pag. 139. & ſub num. 7.

E RE LITURGICA.

Ὕψωσον κέρας χριστιανῶν, καὶ κατάπεμψον ἐφ' ἡμᾶς τὰ ἐλέησου .... Ἱκετευομένοσε πολυέλεε Κύριε ....

Nem.

Nempe

Extolle cornu Chriſtianorum & ſuper nos divitias miſericordiae tuae emitte.. Deprecamur te enixe Miſericors Domine ...

E LITURGIA S. JACOBI (ap. *Aloyſ. Joſ. Aſſeman.* in liturg. cod. eccl. univ. l.4. par.2. pag.71. e MS. Meſſanenſi perantiquo alias laudato.)

Plura, & quidem ſelectae critices, in hanc Miſſam Jacobinam ejuſque uſum, necnon in mutilum Codicem, qui eam exſcribit, laud. *Aſſeman.* in Praefatione volumini praefixa, ſect. 4. pag. XXXVIII. ſqq. non ſine fructu conſulendus.

Gratias agamus bonorum authori miſericordi, Deo Patri Domini Dei....

E LITURGIA COPTICA S. BASILII IN ORATIONE GRATIARUM ACTIONIS (ap. cit. *Renaudot* t. 1. p. 2.)

Deus, qui ſuſcepiſti ſacrificium Abrahami... mitte nobis divitem miſericordiam tuam...

EX EADEM LITURGIA IN ORATIONE ACTUUM APOSTOLORUM (ap. ipſum *Renaud.* p. 7.)

Per miſericordiam tuam Deus noſter, qui es benedictus & vivis & regnas in ſecula ſeculorum.

E MISSA MOZ-ARABICA IN PRECIBUS, QUAS CANTANDO FUNDIT SACERDOS (ap. laud. *Aguirr.* t. 3. CC. Hiſp. p. 259. n. 6.)

De multitudine miſericordiae tuae Domine, populum tibi protege confitentem...

E LIB. I. SACRAMENT. ROMANAE ECCLESIAE (ap. *Thomaſ.* t. 6. p.15. n. XVII. ubi de orat. & prec. a Quinquag. uſque Quadrageſimam.)

Deus infinitae miſericordiae & bonitatis immenſae, propitiare iniquitatibus noſtris....

E LIB. III. EJUSDEM SACRAMENTARII IN MISSA XXXIV. (ap. ipſum *Thomaſ.* p. 185. col. 1.)

Ὅτι σύ εἶ ὁ Θεὸς ἡμῶν Θεῷ τῷ ἐλεεῖν καὶ σῴζειν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν.

Videlicet

Quia tu Deus noſter es, Deus miſerendi & ſalvandi, tibique gloriam referimus.

E DI-

E DIVINA MISSA MYSTERIORUM ANTE CONSECRATORUM, VULGO PRAESANCTIFICATORUM. (ap. laud. *Goarium* in eucholog. liturg. Graecor. p. 193. §. *Quia tu.*)

* Morelliana editio habet Ὅτι ἀγαθὸς καὶ Φιλάνθρωπος.

Missa haec apud Graecos non est proprie Missa vel sacrificium Eucharisticum, quum nulla gaudeat consecratione; sed sollemnis duntaxat expositio panis Eucharistici, die alio praeconsecrati, quo Sacerdos sacris operans, una cum adstante populo reficiatur, & quidem sub certis ritibus e sacra Liturgia desumtis, excepto tamen maxima ex parte sacro Canone: ad eum plane modum, quo Latini in Paraskeve missam celebrare dicuntur. Vocatur itidem Missa imperfecta & Missa parva. Lege *Joseph. Vicecomitem* de Missae ritib. l. 5. c. 8. & 9.

Hac itaque Missa utuntur Graeci in Quadragesima singulis hebdomadae diebus, demtis Sabbato & Dominica, nec non festo Annuntiationis; quemadmodum ipsis praescriptum est in Synodo *Laodicena* can. 49. & in *Trullana* can. 52. Ergo die dominica praeter ejusdem festi sacrificam oblationem quinque alios panes consecrant pro totidem feriis ad Sabbatum usque consequentibus: tum singulis diebus sub vesperam convenientes in ecclesia, Missam illam sollemniter concelebrant, & sacrum panem distribuunt.

Hujusce vero ritus unica Graecis ratio haec est: quia nempe quadragesimalis jejunii tempora moerori potissimum dicata sunt, expiandisque intimo animi dolore criminibus instituta; sacrificandi vero munia festivam celebritatem, sollemnitatemque spiritalis gaudii ferunt secum & inducunt: non autem decet, aut sacrificii alacritatem moestitia turbari, aut jucunditate Sacrificii necessarium Quadragesimae luctum, planctumque tolli. Ne vero juge Sacrificium e medio sublatum, aut cibus coelestis animabus famelicis omnino occlusus videatur, consultum est a graecis Patribus, ut in diebus jejunio sacris in officio precum vespertinarum, quo licet jejunium solvere, Liturgiae simulacrum, vel ejus saltem spectanda pars exhiberetur, simulque proponeretur divinum edulium adsistentibus distribuendum. Haec pluribus persequuntur, praeter alios, *Nicetas Pectoratus Studita* ap. laud. *Goar.* in notis p. 205. tum *Alexius Aristenus*, *Matthaeus Blastarius*, *Joan. Zonaras*, *Theodor. Balsamon*, *Michaël Patr. CP.*, *Simeon Thessalonic.* ap. *Leon. Allatium* in celeberrima diss. de Missa praesanctificatorum, ad calcem tr. de consensu utriusque Ecclesiae, §. XII. p. 1570. sqq.

Insignem laudati ritus antiquitatem quis merito inficias iverit? Audi laud *Michaëlem*: „ Praesanctificatorum Missa satis antiqua est & ab „ antiquo aevo nobis tradita & ante mystagogos nostros, sanctum nem„ pe & magnum Chrysostomum & ... magnum patrem nostrum Ba„ silium sanctae Dei Ecclesiae cognita; & manifestum est ex Laodice„ nae in Phrygia congregatae sanctae Synodi canone XLIX. „ Audi rursum cit. *Simeon.* responso 56. in responsis ad Gabriel. Metropolitam Pentapolitan. „ Praesanctificatorum Missa ab antiquo tempore & ex Apostolo-

„ ſtolorum ſucceſſoribus originem habet, ut preces ipſae teſtantur, &
„ traditionem ipſam antiquam ſatis ac vere Apoſtolicam credimus,
„ ab initio propter jejunium inſtitutam, ut luctus diebus lugeamus &
„ ipſi, & ſollemnitates abdicemus; quemadmodum ab aliis etiam ante
„ nos proditum eſt „.

Adde *Nicolaum Theodorum* hac de re ſic concludentem in expoſitione Miſſae „... Liturgia ea, cui Praeſanctificatorum nomen eſt, quam „ nonnulli tradunt Jacobi eſſe, qui frater Domini dictus eſt, alii Petri „ Apoſtoli & Principis, & alii aliorum „. Laudatus demum *Allat.* §. xv. col. 1582. eum revocat ad priſtinam illam primaevae Eccleſiae aetatem, qua non modo Presbyteri celebrantes & clerici, verum etiam univerſus populus ſingulis diebus, etiam quum nulla erat peculiaris ratio, ſacro pane reficiebantur. Haec quidem adducti Scriptores, & ipſi Graeci: num vero qui ritui adſcribunt epocham Laodicena Synodo vetuſtiorem, adtingant verum, graecarum rerum peritioribus diſcutiendum relinquimus. Ultro tamen animadvertendum volumus, ejuſdem Miſſae ritum, vel ante Laodicenam Synodum, vel ab ipſa Synodo inſtitutum, ab omnibus deinceps ritu graeco celebrantibus obſervatum fuiſſe pene ad uſque noſtra tempora, ſi rem ipſam conſideres ac ejuſmodi Liturgiae ſubſtantiam, eſto quoad preces & ornatum Liturgiae, non eadem duntaxat aetate, ſed aliis atque aliis temporibus multas probabili argumento ſuſtinuerit additiones atque immutationes. Id quod adnotavit prudenter, exempliſque confirmavit cit. *Allat.* §. xx. col. 1593. ſqq. E quibus tandem ingenue fatemur, difficillime nobis adſignari poſſe liturgicae precis, quam pro Dogmate adtulimus, aetatem.

Quid enim vero definiendum in ejuſmodi Liturgiam quantum ad ejus ſubſtantiam? probanda ne, vel potius rejicienda? Scio equidem plures e Graecis Scriptoribus, duce *Niceta Pectorato* in canonem 52. Trullanae Synodi, eam pro aris & focis defendere tanquam rationi & eccleſiaſticis legibus magnopere conſentaneam, adverſus oppoſitum Latinorum ritum: contra vero multos e Latinis, ductatos ab *Umberto* Silvae candidae Cardinali, ipſam acerrime confutare, quo latinum extollant morem, graecumque deprimant.

Ego tamen neutros laudo, neutros ſequor. Suum unicuique Eccleſiae jus integrum eſt ritus & mores, quos opportuniores aeſtimet, ſtatuendi, retinendique. Reprobare inſuper ritum, quem apud Graecos venerandi Patres Laodiceni decreverunt, grave piaculum eſto; & quem deinde apud Latinos Romana Eccleſia omnium Eccleſiarum Mater & Magiſtra amplexa eſt, ſummum nefas.

Pergo denique cum *Hieronymo*, & rem cum ipſo definio, ſic prudentiſſime loquente in epiſt. ad Ruſticum Narbonenſ. „ hoc in Eccle„ ſiis tuis faciant, quod Romae, ſive quod in Oriente, quod in Italia, „ quod in Creta, quod in Cypro, quod in Africa, quod in Illyrico, quod „ in Hiſpania, quod in Britannia, quod etiam ex parte per Gallias, „ quod in omnibus locis, ubi humilitas perſeverat „. Mitto plura a-

lias quum erit otium diſcutienda. Videndi interea laudati *Goar.* & *Allat.* Nec minime demum Miſſa haec confundenda cum illa, quam *ſiccam*, aut *nauticam* vocant, uti probant optime idem *Allat.* num. x. col. 1566. ſqq. & Cardinal *Bona* rer. liturg. l. 1. c. 15. n. vi. quos adeas.

Mitto, ne ſim immenſus, conſimilia plura, quae Liturgici Codices praeſtant pene tertia quaque pagina.

SPECTANTIA AD CLASSEM IX.

de Deo Sancto ſub pag. 256. & num. 3.

E RE LITURGICA.

VEre juſtum eſt, æquum & ſalutare, nos tibi ſemper & ubique gratias agere, Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus... Cum quibus & noſtras voces ut admitti jubeas deprecamur, ſupplici confeſſione dicentes, ſanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus Sabahot....

E LIB. III. SACRAMENTOR. ROMANAE ECCLESIAE IN PRAEFATIONE AD CANONEM MISSAE (ap. cit. *Thomaſ.* t. 6. p. 173.)

Haec quidem communis Praefatio, ſacro Canoni praefixa, in Miſſis per anni circulum uſque modo apud Romanum Rituale a primis Eccleſiae Seculis; ac ea plane Sanctitatem prae ceteris ſummi Numinis adtributis perinſigniter exollit, adducto ſigillatim ſeraphico, quod *Iſaias* audivit & cap. 6. laudavit, Triſagio ſeu hymno, quem Epinicion ſive triumphalem nuncupant Graeci. Porro ejuſmodi Preces aut Praefationes in ſacra Liturgia, etiam adjecto Triſagio, apud omnes fere gentes jam dudum obtinuerunt. Eas ferunt univerſim Liturgici Codices cum graeci, tum latini, ſub iis interdum adpellationibus, *Immolatio*, *Conteſtatio*, *Inlatio*.

Quis primus Praefationes ordinaverit, penitus ignotum *Walfrido Strabони* in comment. liturg. cap. 22; videtur tamen earum inſtitutionem vel ad Apoſtolos, vel ad Apoſtolicos viros merito revocari poſſe; ipſarum quippe perſpicue meminerunt antiquiſſimi Patres, e. c. *Caeſarius Arelat* hom. 12. *Auguſtin.* de bono viduitatis c. 16. ac ſaepe alias, *Chryſoſt.* hom. de Euchariſtia & alibi frequenter, *Baſil.* in ſua Liturg. *Cyrill. Hieroſol.* catechef. 5. myſtag. *Cyprian.* in lib. de orat. *Nyſſen.* in orat. de non differ. bapt. *Pſeudo-Clemens* in Conſt. apoſt. l. 8. c. 16. *Dionyſ.* de coel. hier. c. 3. *Concil.* denique *Milevitan.* can. 12. & *Vaſenſe* ſub an. 529. can. 3. Lege vulgatum *Durant.* de ritib. l. 2. c. 30.

Una ferme eſt apud Graecos, aliaſque gentes Orientales Praefatio pro ſingulis Miſſis; multiplex apud Latinos, ut videre eſt in Sacramentariis

Ambro.

Ambroſiano, Leoniano, Moz-arabico, Gelaſiano, Gregoriano, Gallicano. In praeſentia Romanae Eccleſiae, praeter communem pro Dogmate adlatam, uſui ſunt aliae novem pro totidem Miſſis, quae recurrunt in novem feſtis ſingularibus, decima adjecta pro feſtis aliquot de B. V. Maria. Num vero novem illae jam a tempore Pelagii P. II. ibidem obtinuerint? Ajunt plurimi, freti epiſtola ejuſdem Pelagii ad Epiſcopos Germaniae & Galliae, quam recitat *Baron.* t.7. annal. an.590. cui opinioni ſine haeſitatione conſentiunt *Bruchard. Sigibert. Microlog.*ap.& cum vulgato *Durant.*de ritib.eccl. cath. l.2. c.30. n.4. p.m. 185. Ego vero nondum annuo: immo praefatam epiſtolam eſſe ſuppoſititiam reor cum *Bona* rer. liturg. l. 2. c. 10. n. 111. cui adhaeret incunctanter *Pagius* ſenior in critice Baroniana ad an. 590. n. 7. Et quidem ſi utrumque rite expenderis, mecum eris.

Denique Epinicion *Sanctus* &c. quod ſpectat, illud e triumphante militans Eccleſia mutuata eſt. Multa, & quidem egregia plerique Patres & ſacri Interpretes commentati ſunt ad Iſaiae cap. 6. 3. & Apoc. 4. 8. Unum pro reliquis audiamus *Ambroſium* l. 3. de Spir. S. c. 18. „ Cherubim & Seraphim indefeſſis vocibus laudant & dicunt, Sanctus, „ Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabahot. Non ſemel dicunt, ne ſin„ gularitatem credas; non bis dicunt, ne Spiritum excludas; non ſan„ ctos dicunt, ne pluralitatem exſiſtimes, ſed ter repetunt & idem di„ cunt, ut etiam in hymno diſtinctionem Trinitatis & Divinitatis in„ telligas unitatem. Haec quum dicunt, Deum praedicant„. Ergo ex Ambroſii ſententia (cui alias lubentiſſime adceſſit *Damaſcen.* in epiſt. de hymno triſagio ad Jordanem Archimandritam fere ſub init.) dum utraque Eccleſia Deum nuncupat & depraedicat *ſanctum*, & ipſum unum, trinumque Deum demonſtrat; ſimulque tacite abyſſum ſanctitatis.

Ajunt plerique, Sixtum P. I. adjunxiſſe hymnum iſtum ſacerrimum Liturgico Sacrificio. Mihi tamen hucuſque pro ea firmanda ſententia nullum ſuppetit documentum.

Ὅτι ἅγιος εἶ κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ ἐν ἁγίοις κατοικεῖς, καὶ ἐπαναπάυη, καὶ σοὶ τὴν δόξαν καὶ τὸν τρισάγιον ὕμνον ἀναπέμπομεν.... Ἅγιος ὁ Θεὸς.

Nempe

Quoniam Sanctus es Domine Deus noſter & in ſanctis habitas & requieſcis, tibique gloriam & ter ſanctum hymnum emittimus... Sanctus Deus.

E CODICE MESSANENSI IN LITURGIA S. JACOBI (ap. laud. *Joſ. Al. Aſſeman.* in Codice eccleſiae univerſae lib. 4. par. 2. pag. 69.)

Hagios, hagios, hagios, Domine Deus æterne, tibi laus & gloria.

E MISSA MOZ-ARABICA, SIC RESPONDENTE CHORO SACERDOTI, DI-

CENTI *Oremus*. (ap. laud. *Aguirrium* de CC. Hiſp. t. 3. p. 259. num. 7.)

Utuntur heic Moz-arabes verbo graeco *Hagios*, hoc eſt *ſanctus*, quemadmodum ſaepe alias Miſſae latinae cooptant graecum illud *Kyrie eleiſon*, Domine miſerere.

His denique fas eſſet ſingulas Liturgiarum adnectere Praefationes, quae ſacrum hunc Hymnum praeferunt; omnes quippe ſimiliter ſanctum Dogma dubio procul efferunt, illuſtrantque.

SPECTANTIA AD CLASSEM X.

de Deo Providente ſub pag. 280. ante num. 1.

CODICES LITURGICI.

.... Majeſtatem tuam ſuppliciter exorantes, ne perire patiaris, quibus tanta remedia providiſti ....

E SACRAMENTARIO VULGO LEONIANO IN PRAEFATIONE MISSAE PRO MENSE APRILI NUM. XIV. (ap. laud. *Murat.* t. 1. col. 297.)

Senſibus noſtris, Domine, Spiritum tuum ſanctum benignus infunde, ut tibi ſemper ſimus devoti, cujus ſapientia creati ſumus, & providentia gubernamur ....

E LIB. I. SACRAMENTOR. ROMANAE ECCLESIAE IN MISSA DE DOMINICA OCTAVARUM PENTECOSTES NUM. LXXXIV. (ap. laud. *Thomaſ.* t. 6. p. 103. col. 2.)

Creator rerum omnium viſibilium & inviſibilium, qui omnia per providentiam regis, tua enim ſunt omnia, Domine, amator animarum ....

E LITURGIA S. CYRILLI IN ORATIONE SECRETA (ap. laud. *Renaudot.* t. 1. p. 38.)

Liturgia haec una eſt ex tribus, quas Coptitae Jacobitae in ſacris Officiis uſurpant. Adpellatur a nonnullis Marci nomine, eo quod editae hoc nomine ita ſit ſimilis, ſi pauca demas, ut ex eodem fonte utramque fluxiſſe dixeris. Primaria illa fuit, non autem ex illis, quas ſecundi ordinis dixerunt. Legito ipſum *Renaud.* in notis ad hanc Liturgiam p. 315.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ τῇ προγνώσει τῇ σῇ τὸ τὸ ἁγίῳ σοῦ Πνεύματος χορηγίαν καταπέμπων ἐπὶ τοὺς ...

Scili-

Scilicet

Domine Deus noſter, qui providentia tua ſubminiſtrationem & abundantiam ſancti tui Spiritus in eos miſiſti, qui....

Ex ORDINATIONE DIACONI INTER GRAECOS (ap. laud. *Morinum* de ſacr. ordinat. pag. 55.)

De Codice pervetuſto hanc orationem praeferente diximus *ſupra* ubi de Deo aeterno p. XIII. ſub fin.

Plura pro ſancto Dogmate vide ſis ap. laudatos *Murat.* t. 1. col. 326. & 379. & 403. ac *Mabill.* p. 231. col. 2.

SPECTANTIA

ad Deum Praedeſtinantem ſub pag. 316. & num. 554.

MONUMENTA ANTIQUITATIS

E RE LITURGICA.

Deus. Qui gloriaris in conventu Sanctorum tuorum, quos ante mundi conſtitutionem praeelectos ſpiritali in coeleſtibus benedictione ſignaſti....

E MISSALI GOTHICO IN CONTESTATIONE MISSAE S. STEPHANI (ap. laud. *Mabillon.* de Lit. gallic. l. 3. p. 194. col. 2.)

Domino ac Deo noſtro pariter ſupplicemus, ut qui eorum electionem vocatione ſua praeſciit, noſtram quoque vocationem munerum ſua electione confirmet....

Ex EODEM MISSALI IN I. ORATIONE MISSAE SS. APOSTOLORUM JACOBI ET JOANNIS (ap. *Mabill.* cit. p. 196. col. 2.)

.... Majeſtatem tuam ſuppliciter exorantes... & collata praeſidia, non ad cumulum reis damnationis eveniat, ſed potius ad effectum ſalvationis accedant.

E SACRAMENTARIO VULGO LEONIANO IN MISSA XIV. PRO MENSE APRILI (ap. laud. *Murat.* t. 1. col. 297.)

Domine qui Electos tuos, quos praedeſtinas ad gloriam, illos tuam vis eſſe eccleſiam, flectat aurem tuam Eulalia martyr....

Ex ORATIONALI GOTHICO-HISPANO IN ORATIONE ALIA DE S. EULALIA MARTYRE (ap. laud. *Blanchin.* p. 22.)

Quum

Quum legis, Deum velle electos ſuam eſſe Eccleſiam, nolim exiſtimes, in ſenſu Authoris ab eccleſia Gothica excepto, ſolos electos eſſe vera militantis Eccleſiae membra, ſecundum haereticam Wicleffi & aliorum opinionem, quam ſupra retulimus in Tom. II. p. 310. ſqq. Quis enim haec ſuſpicari audeat de Eccleſia, ſacris inſtructa dogmatis a Sanctis Leandro, Iſidoro, Toribio, Martino, Juliano, Eugenio, Ildephonſo, Fulgentio, aliiſque ſimilibus infulatis Doctoribus?

Author itaque intelligendus eſt ita loquutus comparate ad Eccleſiam triumphantem, ut aperte liquet ex contextu reliquorum verborum, quibus ita pergit, ac orationem abſolvit, *flectat aurem tuam Eulalia martyr ad precem noſtram, & ſicut eam caſti effuſio ſanguinis provexit ad gloriam; ita nos ſaltim ereptos ſibi poena ſentiat & felicitas vitae aeternae haeredes obtineat*. Haec autem ad triumphantem referuntur Eccleſiam, quam non niſi vitae aeternae heredes obtinent & conſtituunt, videlicet electi, quos Dominus praedeſtinavit ad gloriam.

Quod ſi de Eccleſia militante illa protulerit Author, eum exiſtimo intendiſſe, quod electi ſint apud Deum nobiliſſima Eccleſiae membra, ipſique prae ceteris gratiſſima. Id quod ubi ſermo erit de Eccleſia viſibili & inviſibili, clarius nos exponemus & confirmabimus in Par. IV. Tr. III. L. III. in conſectario de Eccleſia Chriſti.

Optarem equidem, aliquid Cl. *Blanchinius* in hanc rem obſervaſſet in praeviis adnotationibus in illas S. Eulaliae orationes, nempe p. CXLIV. ſqq.

Praeterea Eulalia Martyr, cujus preces apud Dum Oratio efflagigitat, ſine dubio Emeritenſis eſt, non autem Eulalia altera Barcinonenſis; quae nempe *victricem emiſit animam inter flammas*, ut alia profert de eadem oratio ap. cit. *Blanch.* p. 19. §. *Deus qui*, quod & alia ferunt acta ejuſdem Martyris; Eulalia vero Barcinonenſis animam Deo tandem reddidit ſecuri percuſa, quemadmodum in legitimis ejus Martyrii actis legere eſt. Ne quid dicamus de pleriſque Scriptoribus exteris, qui minus ſcite, nimiumque imperite ex puellis Martyribus reapſe diverſis unicam comminiſcuntur Eulaliam. Legito *Bollandianos* ad diem XII. Februarii, & *Joan. Tamayum Salazarium* in Martyrol. hiſpano ad d. XII. Febr. & ad d. X. Decembris. Hanc utriuſque Eulaliae diverſitatem prudens obſervavit *Mabillon.* in Miſſali Gothico ubi de Liturg. gallic. l. 3. in notis ad Miſſam XVIII. de S. Eulalia Virgine p. 223. & 224.

.... quaeſumus Domine .... ut & vincla peccatorum, quibus vincti detinentur, miſeratus diſrumpas, & cunctos juſtificatos digitus (digiti) *tui calamo in libro vitae conſcribas...*

Ex eodem orationali (ap. cit. *Blanch.* p. 86. §. *Bellantium mucrones.*)

.... Domine... praeſta ut cum his, qui ad vi-

tam

iam aeternam praescripti sunt, tibi modulo pietatis psallamus, atque in delectationibus tuis consortium beatitudinis mereamur.

Ex eodem (ap. ipsum *Blanch.* p. 86. & 87. §. *Educ.*)

Loco verbi illius *praescripti* legit *Blanch.* in margine ex Breviario Moz-arabico *perscripti*. Ego vero lubentius in priorem adducor lectionem, qua nempe oratio sponte sua & consequenter ad periodum, qua absolvitur, exhibet *praescriptos*, hoc est praeelectos, ac praedestinatos ad vitam aeternam.

SPECTANTIA AD CLASSEM XI.

de Deo Trino sub. pag. 377. & num. 7.

LITURGICA MONIMENTA.

.... Καὶ ὅλη Τριὰς ἡ αὐτὴ, καὶ ὅλη μονὰς ἡ αὐτὴ. Μονὰς κατ' ὐσίαν καὶ Φύσιν, καὶ μορφήν. Τριὰς κατὰ τὴν ἰδιότητα, καὶ ὀνομασίων.

Nempe

.... *Et tota Trinitas eadem est, & tota unitas eadem. Unitas secundum essentiam, naturam & formam; Trinitas secundum proprietatem & nominationem.....*

Ex ordine observando in promotione Abbatis inter Graecos, in symbolo (ap. *Morin.* de ordinat. Graecor. par. 2. p. 98. ex Euchologio MS. Allatiano, de quo generatim ipse differuit p. 85.)

Εὐλογημένη ἡ βασιλεία τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Videlicet

Benedictum regnum Patris & Filii & Spiritus sancti nunc & semper & in secula seculorum. Amen.

Ex officio sancti baptismatis penes Graecos, in prima benedictione (ap. cit. *Goar.* p. 350.)

His complurima adjicere liceret testimonia omnino paria, quae fere passim occurrunt in laudatis Codicibus, & in pluribus Graecis.

.... qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis, quoniam tu solus sanctus, tu solus Dominus, tu solus altissimus Jesu Christe, cum sancto Spiritu in gloria Dei Patris.

Ex

Ex Missa gothici Officii de S. Jacobo (ap. laud. *Aguirr.* in col. lect. CC. Hisp. t. 3. p. 273. col. 2.)

En Hymnum vulgo Angelicum, quoniam priora ejus verba *gloria in excelsis Deo & in terra pax hominibus bonae voluntatis*, ex *Luc.* 2. 14. Angelorum chorus nato Domino concinuerunt: & hymnum quidem, tametsi non metrice concinnatum; *hymnus* quippe ex *August.* in psal. 148. *tria ista habet, & canticum & laudem & Dei*. Lege *Bonam*, de divina psalmod. c. 16. §. 9. Ejusdem pene ex integro, prout nunc recitatur, usus apud catholicas gentes antiquissimus videtur; ipsius namque fuse meminerunt *Athanas.* (aut si mavis, vulgatus *Athanas.*) de Vir. ginit. n. 20. in t. 2. oper. edit. Maurin. p. 122. & *Pseudo-Clem.* in const. apost. l. 7. c. 47. in orat. matutina ap. edit. Coteler. t. 1. p. 385. *Codex* demum vetustissimus *Alexandrinus*, una cum aliis pluribus laudatus ab *Usserio* in diatribe de symbolis p. 16. in nota, ad calcem commentarii de annalib. vet. & novi testam; qui nempe Codex est missus ad Regem Angliae a Cyrillo Lucare Patr. CP. qui morte plexus est an. 1638., teste *Lebrun.* in exposit. Missae t. 1. p. 169. not. (3)

Quis vero primus ejus author, ac primus, qui ipsum in sacram Liturgiam recitandum invexerit, nimis incertum. Porro ex antiquioribus Liturgiographis *Strabo* de reb. eccl. c. 22. *Amalar. Fortun.* de offic. eccles. l. 3. c. 8. & vulgatus *Alcuinus* de div. offic. cap. *quid significent vestimenta* (quos nec rejicit *Menard.* in notis ad sacramentar. Gregorian. nota 7.) tum *Raban. Maur.* de instit. cleric. c. 32. *Berno* de quibusdam reb. ad Missam spectantib. c. 2. *Innocent.* P. III. de Myst. Missae l. 2. c. 20. primum authorem ac institutorem volunt Telesphorum Papam, freti quadam decretali epistola ejusdem Pontificis; vulgatus vero *Durantus* de ritib. eccl. cath. l. 2. c. 14. §. 1. hymni compositionem revocat ad tempora Apostolorum, petito argumento a constitutionibus apostol. quas nuper laudavimus. At ii tamen omnes, ut probe norunt recentiores Eruditi & Critici, a vero enormiter aberrarunt. In primis enim Epistola Telesphoro adficta plane suppositia exinde convincitur, quod ferat subscriptum Pontificem, vita functum an. 137., sub Antonino & Marco Aurelio Coss. qui tamen ante an. 140. non processerunt Consules; tum etiam quod non pauca ex genuina Damasi ad Illyricos epistola mutuetur. Et quidem quis hodieque nesciat, pleraque decretales epistolas primis Romanis Pontificibus usque ad Siricium ab Isidoro illo Mercatore, portentoso dolo fuisse adscriptas?

Nec minus deinde hodiernis temporibus notum est, constitutiones illas apostolicas non esse foetum Clementis I. P. immo potius Pseudo-Clementis, qui Seculo III. vel ineunte IV. floruisse supponitur ab Eruditis, cum *Coteler.* in suis animadvers. in easdem constit. Quin etiam, alii cum vulgato *Alcuin.* c. 40. *Hug. Victor.* de div. offic. l. 2. c. 1. *Remig. Autissiodor.* in exposit. Missae, *Honor.* in gemma l. 1. c. 83. *Joan. Beletho* de offic. div. c. 36. exsistimant, hymnum completum, perfectumque fuisse a S. *Hilario* Pictaviensi Antistite: mihi tamen sedulo evolventi, expen-

pendentique Hilarii vitam & ſcripta apud modernos, adcurationeſque eorum editores, tum pleroſque Scriptores, qui pene quatuor poſt ipſum Seculis floruerunt, nullum hujus rei veſtigium deprehendere licuit; nec ſcio equidem unde iſta exſiſtimatio originem duxerit. Itaque dum agitur de authore totius hymni quoad ea, quae verba Angelorum excipiunt, cordatiſſimi vulgo habentur Patres Concilii Tolet. IV. ſub an. 636, praeſide S. Iſidoro (ap. *Aguirr.* in collect. CC. Hiſpan. t. 2. p. 483.) definientes generatim can. 13. eum *eccleſiaſticos Doctores compoſuiſſe*. Conjectare nihilominus licet, authorem, vel authores fuiſſe Grecos, & ex ipſis, ut plura alia, exceptum, traductumque fuiſſe a Latinis; ipſum enim reperimus primitus graece ſcriptum ap. *Athanaſ. Pſeudo-Clement.* & vetuſtiſſimum *Codicem Alexandrin.* mox indicatos; rarius autem Graeci ejuſmodi preces a Latinis exaratas deſumpſerunt.

Quis praeterea hymnum integrum in ſacram Liturgiam primus invexerit, mihi quoque valde dubium. Ni fallor, nec inter Graecos, nec inter Latinos Codices e V. prioribus Seculis viſitur ulla Liturgia hymno exornata. Sane Miſſa graeca S. Jacobi ap. laud. *Aſſem.* l. 4. p. 24. 25. & latina Gothica ap. cit. *Thomaſ.* t. 6. p. 236. col. 2. proferunt exordium hymni, nempe verba illa angelica, minime vero quod reliquum eſt. Sunt qui uſum eum recitandi in Miſſa diebus Dominicis, & Sanctorum feſtis adtribuant decreto Symmachi P. qui ſedit ab an. 498. ad 514. innixi teſtimonio petito ex *Anaſt. Bibl.* in vita Symmachi, & ex quodam Pontificum catalogo e Vatic. Biblioth. cod. XXXIX. armar. I. ap. *Bollandian.* in propyl. SS. Maii ad pag. 74. Et vero nec Anaſtaſii, nec hujus ignoti catalogi authoritas conſtanter indubia eſt apud Eruditos.

Heinc demum id ipſe ſtatuendum puto: uſus hymni Angelici ſub incerto Authore obtinere coepit apud Latinorum Liturgias ſub Seculum VI. Quoniam *S. Tetradius* Presbyter, aliis *Teradius*, qui Seculo VI. exeunte florebat, in ſua Regula num. 21. ap. *Bibl. PP. Lugdun.* tom. 8. p. 874. jubet Hymnum Angelicum recitari in *Miſſis perfectis*, ac *D. Gregorius* M. in ſuo Sacramentario ſub init. hanc rubricam praeſcribit, *item dicitur Gloria in excelſis Deo, ſi Epiſcopus fuerit, tantummodo die dominico, ſive diebus feſtis, a Presbyteris autem minime dicitur, niſi ſolo in Paſcha* &c. Gregorius vero ſedit ab an. 590. ad 604. Eundem inſuper morem recitandi ſtatis diebus ſacrum hymnum aliae latinae Eccleſiae ſenſim amplexae ſunt, quemadmodum Hiſpano-Mozarabica, ut liquet ex adducto monimento, itemque ex teſtimonio *Etherii* Epiſcopi, & *Beati* Presbyteri ſub Seculum VIII. in lib. I. contra Elipandum Toletanum Archi-Antiſtitem, ap. *Bibl. PP. Lugd.* t. 13. p. 370. col. 1. ſub init.

Plura de hoc hymno ac de ritibus circa ipſum obſervandis *Liturgiographi* cum vulgato *Durant.* l. 2. c. 14. *Bona* l. 2. c. 4. n. IV. ſqq. *Grancolaſ.* t. 1. p. 463. ſqq. *Pamel.* t. 2. p. 611. *Lebrun.* t. 1. p. 2. art. 3. a p. 168.

.. Qui cum unigenito filio tuo & ſancto Spiritu unus es Deus, unus es Dominus, non in unius ſingu-

laritate perſonae, ſed in unius Trinitate ſubſtantiae; quod enim de tua gloria, revelante te, credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu ſancto ſine differentia diſcretionis ſentimus &c.

E LIBR. I. SACRAMENT. ROMANAE ECCLESIAE IN PRAEFATIONE MISSAE LXXXIIII. DE DOMINICA OCTAVORUM PENTECOSTEN (ap. laud. *Thomaſ.* t. 6. p. 103. col. 2.)

Anne, inquies, celeberrima haec Praefatio ſpectat peculiare Trinitatis feſtum, jam tum ab Eccleſia Romana inſtitutum ac celebratum in Dominica prima poſt Pentecoſten? Minime gentium, ſed proluſio duntaxat fuit ejuſmodi feſti eo die valde ſerius celebrandi; tametſi alibi valde citius decretum fuerit. Siquidem ex Decretali *Alexandri* P. II. qui ſedit ab an. 1061. ad 1073. in tit. de feriis, ediſcimus, ipſum feſtum *ſecundum conſuetudines diverſarum regionum a quibuſdam conſuevisſe in octavis Pentecoſtes, ab aliis Dominica prima ante adventum Domini celebrari*, nondum item in Eccleſia Romana, cui nempe tum ſatis erat ſingulis diebus recitare Glorificationem aut hymnum *Gloria Patri* &c. in laudem ſanctiſſimae Triados. Ac novimus deinde ex adcuratioribus Scriptoribus ap. & cum *Benedicto* P. XIV. in t. 10. poſtremae editionis, ubi de feſtis SS. l. 1. c. 12. n. 10. *Joannem* P. XXII. vita functum an. 1334. primum ſtatuiſſe pro univerſa Eccleſia Sanctum Triados feſtum prima poſt Pentecoſten Dominica.

Sed & merito heic audiendus pro luculenta propoſiti dubii ſolutione eruditiſſimus *Martenius* de antiq. eccl. diſcipl. in divinis celebr. officiis cap. 28. n. 22. „ Dominica poſt Pentecoſten in vetuſto Codice „ eccleſiae Turonenſis & in quibuſdam aliis inſcribitur *Dominica vacat*, „ ſcilicet officio octavae Pentecoſtes, quia revera non ſolebat hoc feſtum habere octavam, licet obtineret in Romano S. Paulli monaſterio. In miſſali Gellonenſi annorum 900. & in codice Turonenſi miſſa eſt de Dominica I. poſt Pentecoſten, ſed Praefatio eſt de Ss. Trinitate. Idem videre eſt in miſſali Narbonenſi, ubi eadem Praefatio „ ad omnes Dominicas, in quibus officium fit de Dominica, adhibetur „. Mitto magnam illam ſub Seculum XI. apud Gallos contentionem ſuper octavis Pentecoſtes, quam diſcimus ex *Bernone* Augienſi Abb. in libello de quibuſdam rebus ad Miſſam ſpectantibus, conſulendo ap. *Bibl. PP. Lugd.* t. 18. p. 58.

Ex iis vero facile colligere eſt primum, Eccleſiam Romanam tum celebraſſe octavam Pentecoſtes in Dominica ipſam conſequuta, prout celebrandam laudatus *Berno* pugnabat, ac in Miſſa ejuſdem Octavae noſtram dixiſſe Praefationem, praetermiſſa quavis alia commemoratione de S. Triade: ſecundum, jure quam optimo ſan. mem. *Clementem* P. XIII. nuper totius Eccleſiae luctu vita functum die 2. Febr. hujus an. 1769. ſtatuiſſe conformiter ad ritus antiquae diſciplinae, ut in ſingulis Dominicis aliquo peculiari ritu non impeditis haec eadem de S. Triade Praefatio

ſatio recitaretur. Conſtat ex Notificatione Em. Cardinalis *Ferdinandi Mariae de Roſſi*, tunc Viceſgerentis, edita die 9. Junii 1759. Plura qui volet, adeat laudatos *Marten.* c. 28. n. 22. & *Benedict.* XIV. l. 1. c. 12.

... Per Chriſtum Dominum noſtrum ... per ipſum, & cum ipſo, & in ipſo eſt tibi Deo Patri omnipotenti in unitate Spiritus ſancti omnis honor & gloria.

E LIB. III. SACRAM. ROM. ECCL. IN CANONE MISSAE ANTE ORATIONEM DOMINICAM (ap. ipſum *Thomaſ.* t. 6. p. 175. col. 2.)

Author commentarii de Sacramentis, quem *Maurini* Editores operum S. Ambroſii tomo 2. in praefatione ad ipſum, Sancto Doctori, probabili argumento adjudicant, in l. 6. commentarii cap. 5. n. 24. col. 385. indicare videtur illam clauſulam ſecundam a ſolo Sacerdote recitari ſolitam. Legito ejuſdem ſacerrimae clauſulae expoſitionem ap. vulgatum *Durant.* de rit. eccl. cath. l. 2. c. 44.

Hanc igitur oblationem, Domine ... clementi vultu ſuſcipias: tibique ſupplicantes libens protege... ut ſemper in tua religione laetantes, inſtanter in ſanctae Trinitatis fide catholica perſeverent ....

E L. III. SACRAM. ROM. ECCL. INFRA ACTIONEM MISSAE L. IN MONASTERIO (ap. eundem *Thomaſ.* t. 6. p. 193. col. 1.)

Haec Oratio in hodierno ordine Romano eadem eſt in ſingulis quibuſque Miſſis, demtis Paſchae ac Pentecoſtes feſtivitatibus, in quibus fit ſpecialis oblatio pro renatis ex fonte baptiſmatis; in vetuſtioribus autem codicibus & Romanis & aliis apud Latinos ſingularem intentionem exprimit ſaepe ſaepius haec oratio, quemadmodum in adlato documento legimus. Multa id genus exempla ex Sacramentario Reginae Sueciae congeſſit *Bona* l. 2. c. 12. n. IV. plura paſſim offendes apud ipſum Codicem, alioſque.

Tuo, Domine, Verbo coeli ſunt facti & Spiritu oris ornati: quia aput beatam Trinitatem nicil (nihil) *diſcretum in opere, nicil* (nihil) *reperitur ſequeſtratum in munere, quando ea, quae Pater facit & Filius, ea etiam indiviſe operatur & Spiritus ſanctus &c.*

EX ORATIONARIO GOTHICO-HISPANO AD MATUTINUM IN DIE S. PENTECOSTES (ap. laud. *Blanchin.* p. 116.)

Omnium rerum creator & Dominus docuit Sapientiam, in qua eſt ſanctus Spiritus unicus, ſimplex, multimodus, ſubtilis, & (ut) *unus Pater, unus Filius, unus Spiritus ſanctus, non pluralitate Deitatis oſtenſi, ſed unitate virtutis innexi; & unione perſonae careant, & in unitate naturae permaneant, nec ſit illic aliquid diverſum, ubi in ſingulis reſonat unum....*

Ex eodem libello in oratione alia pro eadem festivitate (ap. ipſum *Blanch.* p. 117.)

Hae binae poſtremae orationes videntur laudato *Blanchino* p. cclxii. in adnotat. xciv. ad pag. poſteriorem 116. & 117. certiſſima quaedam Symboli Athanaſiani lineamenta exhibere. Ego tamen, ut verum fatear, quum *Davus ſim, non Oedipus*, etſi orationes cum Symbolo identidem contulerim, ea Blanchiniana lineamenta nondum adſequor; immo videre mihi videor utrobique adcurate expoſitum Triados arcanum, ſub caractere tamen orationis ſatis diverſo.

His autem, aliiſque expreſſioribus teſtimoniis, a Toletanis Conciliis quarto & ſexto ibidem petitis, ſingularem vetuſtatem conatur *Blanchinus* adſciſcere Symbolo, cui apud ſuam voluminis Praefationem *Joſ. Antelmius* Authorem dedit Vincentium Lerinenſem, plerique vero Vigilium Tapſenſem, & alios ignotos alii. Quid vero ſuper hac famoſiſſima quaeſtione de authore ſymboli tanquam probabilius definiendum, omni ſepoſita dubitationis formidine, quis dixerit? Alias noſtram qualemcumque ſententiam aperiemus. Interim legi cum fructu poſſunt *Monfaucon.* in diatribe in Symbolum Quicumque, adjecta tomo 2. operum S. Athanaſ. p. 718. ſqq. *Grancolaſius* in diſſert. ſimili gallica, quam Scholaſticis Theologis tradidit an. 1711. ediditque an. 1730. *Antelmius* in nova diſquiſit. ſuper eodem argumento, *Berti* de theologic. diſcipl. l. 8. cap. 8.

Gloria & honor Patri & Filio & Spiritui ſancto. In ſecula ſeculorum Amen.

Ex officio Moz-arabico S. Joannis Apostoli ad vesperum (ap. laud. *Aguirr.* p. 271. col. 2. verſus finem.)

Hymnus hic ſub eiſdem omnino verbis recitandus Hiſpanis ex decreto *Concilii Toletani* iv. can. 13., vulgo nuncupatus *Doxologia, Glorificatio & hymnus Glorificationis*, illi reſpondet Graecorum, *omnis gloria, honor & adoratio Patri & Filio & Spiritui ſancto nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum, Amen*; itidemque illi Romanae Eccleſiae, *Gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto, ſicut erat in principio & nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. Amen.* Hymni ejuſmodi uſus jam a primis Seculis frequentiſſimus fuit tam apud Moz-arabes, quam apud Graecos & Romanos

nos in Liturgicis Officiis, praeſertim in fine Pſalmorum, aliarumque precum, ac in introitu Miſſarum. Quo nempe proteſtentur indeſinenter omnes Eccleſiarum coetus eximiam mentis fidem, ſincerumque cordis obſequium erga ſacerrimum Triados arcanum. Lege *Agobard.* in ſerm. de Trinit. Aetatem ac primum Hymni conditorem quod ſpectat, in varias ſententias itum eſt. Sunt qui ferunt, Flavianum Antiochenum (Monachus ne, vel Epiſcopus, fato functus an. 403?) primum omnium, coacta Monachorum caterva, hymnum clara voce occinuiſſe. Ita *Nicephor.* hiſt. l. 9. c. 22. quibus & ipſe adſentiri videtur l. 18. c. 51. quum addit, Flavianum juvante Chryſoſtomo feciſſe. In hanc ſententiam innuunt vulgat. *Durant.* l. 3. c. 15. & *Bona* de div. pſalmod. c. 16. §. 6. fere ſub init., iviſſe *Theodoret.* eccl. hiſt. l. 2. c. 24. *Sozom.* l. 3. c. 19. *Authorem hiſtor.* tripart. l. 4. c. 35. Mihi tamen hos ubi laudantur Scriptores perlegenti nihil tale perſpicue ac indubitanter adſertum occurrit.

Primas alii deferunt Damaſo Papae, innixi epiſtolae, qua S. *Hieronymus* ab eo poſtulat, hymnum in fine cujuſlibet Pſalmi conjungi. Et quidem vulg. *Alcuin.* de div. off. cap. de celebrat. Miſſae p. m. 67. *Amal. Fortun.* de eccl. off. l. 4. c. 20. p. 200. *Remigius Autiſiodor.* in praeambulis ad Pſalmos ap. *Bibl. PP. Lugd.* t. 16. p. 1044. *Tolet.* ſerm. 14. in Pſal. 31. *Raynaud.* t. 15. in Heteroclit. ſpirit. ſect. 1. punct. 1. p. 19. *Durant.* cit. n. 2. *Maurolycus* in Martyrol. in Damaſo, illam probant epiſtolam, in collectione *Iſidori Mercat.* productam ap. *Harduin.* in collect. CC. t. 1. ubi de Damaſo ad p. 763; ſed quam tamen Eruditorum Chorus ut plane notham repudiat cum *Franc. Pagio* in breviar. Rom. Pontif. ubi de Damaſo, p. m. 62. n. XXII. *Bened.* P. XIV. proxime laud. l. 1. c. 12. n. 8. p. 359. *Schelſtrat.* in antiq. illuſtrata par. 2. *Bona* cit. n. 2. ſub fin. *Baron.* ad an. 325. n. 175.

Opinantur nonnulli, ſacram Doxologiam ſimpliciter adinventam fuiſſe ac inſtitutam a *Concilio Niceno* I. adverſum Arianam peſtem. Eos tacito nomine refert *Strabo* de reb. eccleſ. c. 25. p. m. 351. Idque innuiſſe videtur *Sozomen.* mox cit. hiſt. eccl. l. 3. c. 19. ubi ait, Leontium Epiſcopum Antiochenum, etſi Arianum, eos tamen, qui hymnis, fidei Nicaenae Synodi conſentientibus Deum laudarent, prohibere noluiſſe, ne ſeditionem conflaret populus. Et vero Sozom. non meminit hymni, quem ſtatuerit Synodus, ſed hymni, qui conſentaneus & conſentiens eſſet fidei, quam profeſſa eſt Synodus erga S. Triadem. Conſule *Chriſtian. Lupum* in canones Nicaeni C. 7. fere ſub fin. par. 1. ejus oper. p. m. 109. laud. *Baron.* a n. 173. *Bona* cit. n. 1.

Limitant plerique theſim & adferunt, non Doxologiam, ſed ejus additamentum ſeu adpendicem *ſicut erat in principio* &c. contra Arianos de Filio blaſphemantes, *erat*, *quando non erat*, decretam fuiſſe ac primum evulgatam a Nicaena Synodo. Rem quippe teſtatur Vaſionenſe Concilium I. paullo poſt Nicaenum ſub Julio P. exactum in Gallia, haec inquiens Canone V. „ quia non ſolum in fede Apoſtolica, ſed etiam per totum Orientem & totam Africam vel Italiam, propter

„ haere-

„ haereticorum aſtutiam qua Dei Filium non ſemper cum Patre fuiſſe, „ ſed a tempore fuiſſe blaſphemant, in omnibus clauſulis poſt *Gloria* „ *Patri & Filio & Spiritui Sancto = ſicut erat in principio & nunc & ſem-* „ *per & in ſecula ſeculorum amen* , dicitur ; etiam & nos in univerſis „ Eccleſiis noſtris hoc ita dicendum eſſe decernimus „. Ita ipſi cum citatis *Baron.* n. 176. & *Bona* n. 3.

Hos autem exinde rejicit laudat. *Lupus* , quod uſus Doxologiae cum praefata adpendice longe vetuſtiſſimus ſit ; quo nempe jam uſi ſunt Clemens Roman. Dionyſ. Alexandrin. Iren. Lugdun. & Julius African. teſte *Baſil.* in l. de Spir. S. ad Amphiloch. cap. 23. immo *Tertull.* de ſpectac. c. 25. eum ritum tanquam ab univerſa Eccleſia frequentatum depraedicat. Ceterum pace eruditiſſimi Viri, nec Baſil. nec Tertullianus ubi citantur quidquam loquuntur perſpicue de noſtra adpendice , prout eam recitavit C. Vaſionenſe ; tametſi memorent Doxologiam , cum aliqua nonnunquam voce ex iis , quibus Concilium ornatam adpendicem pervulgavit.

Ex aliis vero capitibus poſſet fortaſſe confutari eorum ſententia . Principio enim nihil habemus ex Actis Nicaenae Synodi , quod vel per umbram nobis decretum innuat de Doxologia ſeu adpendice in uſum excipienda ; & mirum plane, quod Vaſionenſe decretum illud , ſi quidem exſtiterit , & , ut par erat , innotuerit Eccleſiis cum Graecis , tum Latinis , omnino reticuerit . Deinde apud Codices graecos Liturgicos paſſim ingeminantes ſacrum hymnum , nullibi , quod meminerim , reperi in adpendice *τό ſicut erat in principio* , quo quidem potiſſimum ex inſtituto Nicaenae Synodi percellerentur blaſphemantes de Filio , *erat* , *quando non erat*: ecquis autem tuto credat , Codices orientales non excepiſſe praeceptum Nicaenum in re graviſſima , excepiſſe tamen Eccleſias , quibus iidem Codices uſui fuerunt ?

Inſuper nihil prohibet , quominus non Patres Nicaeni , ſed unus aliquis Vir doctus & pius poſt Concilium , ubi praeſertim effervebant Catholicos inter & Arianos controverſiae pene ad ſanguinem circa Filii conſubſtantialitatem , adjunxerit hymno pro ejus ſempiternitate (ut loquar cum cit. *Durando*) particulam *ſicut erat in principio* , quae quidem utpote ad rem valde conſpicua ſtatim apud Eccleſias catholicas obtinuerit .

Poſtremo nondum inter Criticos plene deciſum eſt , num quintus ille , qui praefertur , canon , ſpectet ad Vaſionenſe I. habitum ſub Julio I. qui ſedit ab an. 337. ad 352; num vero ad II. coactum ſub Leone I. qui regnavit ab an. 440. ad 461. Quocirca valde dubium reſtat adhuc hujuſce opinionis fundamentum , breviſſimum nempe interſtitium inter Synodum Nicaenam , & Vaſionenſem , quae adlatum protulit teſtimonium .

Porro in vita S. Damaſi exſcripta a *Conſtantino Cajetano* e Cod. MS, archivi Canonicorum S. Petri , ap. *Martium Mileſium Sarazanium* de oper. & vita S. Damaſi p. 53. , haec legimus „ qui & hoc praecepit , ut „ in fine uniuſcujuſque pſalmi ſubjungeretur , Gloria Patri & Filio & „ Spi-

„ Spiritui Sancto : ſicut erat in principio & nunc & ſemper & in ſe-
„ cula ſeculorum, Amen „. Id ipſum de Damaſo retulerunt, miſſis aliis, *Sabellicus* Aenead. 7. l. 9. ac *Werner. Weſtphalius* in faſcic. tempor. in Damaſo. Eſto tamen haec vera ſint, non ſuppoſititia, vel ſaltem vehementer dubia, nondum evincunt, Damaſum primum inſtituiſſe Doxologiam, hujuſque adpendicem, ſed utramque duntaxat ejuſdem juſſu Pſalmodiae penes Romanum ritum adjici coeptum. Nobiſcum eſt cit. *Lupus* pag. 110.

Alii demum ad remotiſſima Apoſtolorum tempora revocandam Doxologiam exſiſtimant. Quatenus nempe quum jam tum fideles ex praeſcripto Chriſti Domini baptizarentur *in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti*, Matt. 28. 19. eaſdem illico S. Triados perſonas ejuſmodi hymno glorificare coeperunt; indeque ſubceſſivis temporibus apud omnes orthodoxas eccleſias mos increbuit Deum trinum hoc ritu glorificandi. Ita cenſent laudati *Baron.* n. 73. & 74. *Bona* n. 3. *Benedict.* P. XIV. n. 7. Immo ex iis *Bona* ut certiſſimum tenet, hymnum glorificationis ab ipſis Apoſtolis compoſitum fuiſſe.

Profecto vetuſtiſſimam primorum Seculorum aetatem Doxologiae merito adſignari, nullus dubito, ubi de ea adſerentem lego *Baſilium* eſſe *a Majoribus adceptam*, adlatis pro ea teſtibus, videlicet *Origene*, *Clemente*, *Dionyſio Alex. Irenaeo*, *Julio Africano*, *Firmiliano Caeſaraeen. Gregor. Thaumat.* Ipſe conſulitor in l. de Spir. S. ad Amphil. cap. 7. 19. 25. 27. & 29. Adde *Athanas.* Baſilio majorem, qui in l. de Virginit. (ſi liceat hunc inter legitimos ejus foetus recenſere) tom. 2. oper. edit. Maurin. n. 14. p. 118. ſacrum hymnum tanquam communem & uſitatiſſimum diſertis verbis memorat, commendatque. Quod autem ipſum Apoſtoli compoſuerint, nullo video urgenti documento munitum, ſed pia tantum levique conjectura excogitatum.

Ex iis vero omnibus hoc mihi concludendum ſubjicio. Alius fuit author primus Doxologiae, atque alius particulae adpendicis: ille primo chriſtiano & apoſtolico Seculo, iſte quarto poſt Nicaenam Synodum, aut quinto ineunte; ſed uterque tamen adhuc incertus, nulloque, ſi mea non fallit opinio, veroſimili argumento deprehenſus. Ceterum hoc luce meridiana clarius, quod nempe ſacri hymni uſus ab indicatis Seculis uſque modo ab catholica eccleſia receptus, piiſſimeque frequentatus, perpetuam traditionem de fide erga S. Triadem cunctis acatholicis gregibus ad oculum demonſtrat. Plura de progreſſu ejuſdem uſus laudati *AA.* atque de ipſius adtributis, prae ceteris, *Baſil.* & *Raynaud.* de ritibus demum eccleſiaſticis circa ipſum *Liturgiographi* cum *Bona* & vulgato *Durant.*

Mittimus cetera pro Dogmate documenta, quae latini etiam Codices Liturgici paſſim produnt.

de Deo Patre ſub pag. 425. & ſub num. 3.

E RE LITURGICA.

Te igitur, clementiſſime Pater, per Jeſum Chriſtum Filium tuum Dominum noſtrum ſupplices rogamus....

E LIB. III. SACRAMENT. ROMANAE ECCL. IN ORATIONE PRIMA SACRI CANONIS (ap. laud. *Thomaſ.* l. 6. p. 173.)

Energiam orationis ad Deum Patrem directae expoſitam habes apud *Liturgiographos* ubi de Canone miſſae, cum vulg. *Durant.* l. 2. c. 33. & *Bona* rer. liturg. l. 2. c. 11. n. 3. Sunt qui eam tribuerint S. Clementi Papae ap. *Radulph. Tungr.* de can. obſervat. prop. ultima: minime tamen audiendi, quoniam ſolido fundamento nituntur nullo.

At ſedulo interea obſervandum, totum Canonem ab hac prima periodo ad uſque poſtremam, qua deſinit oratio Dominica, directa acie referri ad Deum tanquam Patrem Jeſu Chriſti, & ad Jeſum Chriſtum tanquam ejus Filium. Ergo documenta Liturgica pro Deo Patre iis digniora ne quaere.

Hanc precem retulerunt vulgatus *Ambroſ.* l. 4. de ſacram. cap. 5. *Paſcaſ. Ratbert.* l. de corp. & ſang. Chriſti cap. 12. & ſub Auguſtini nomine *S. Thom.* p. 3. q. 83. art. 4. Nonnulli cum *Strab.* & *Microl.* ejus Authorem volunt Alexandrum P. I. alii cum vulg. *Alcuin.* & *Bona* vetuſtiorem faciunt, quatenus vel ipſis Apoſtolis in uſu fuerit: pro neutra tamen ſententia documentum hucuſque apud Literatos productum eſt.

Obſervat *Innocentius* P. III. de Myſteriis Miſſae l. 4. c. 5. p. 377. edit. colon 1575. commemorari heic Chriſtum efferentem oculos in coelum ad Deum Patrem, quod tamen in evangelica hiſtoria deſideratur. Ceterum heic Chriſtum ſimiliter oculos in coelum levantem depingunt pleraeque Liturgiae, e. c. quae ſub nomine Petri, Clementis & Marci circumferuntur, tum Coptica & Alexandrina Baſilii, Coptica Cyrilli, Alexandrina Gregorii, & aliae, quas vide ſis apud Codices Liturgicos Renaudoti, Menardi, Aſſemani &c. Quin etiam Chriſtum Dominum, quum Patri gratias acturus erat, oculos in coelum erigere conſueviſſe, notum eſt ex *Matth.* 14. 19. *Marc.* 6. 41. *Luc.* 9. 16. *Joan.* 11. 41: indeque congruenter colligitur, eundem in hac maxima actione ſervaſſe ritum, tametſi Evangeliſtae non ſcripſerint. In hunc ferme modum diſſolvunt nodum Liturgici cum laudato Innocentio, qui ulterius contendit, hanc ſacerrimam precem ex Apoſtolica traditione in Eccleſia Chriſti obtinuiſſe. Nec aliter, ut ego quidem arbitror, tueri poſſis, eam opinionem eſſe veram ſententiam, non autem puram putamque conjecturam.

Kái

Κάι πάλιν ευχαριςήσωμεν τῶ παντοκράτορι Θεῶ τῶ Πατρὶ κύριε καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ιησȣ̃ Χριςȣ̃ . . . .

Nempe

Iterum gratias agamus omnipotenti Deo Patri Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi . . . .

E LITURGIA ALEXANDRINA NOMINE S. BASILII IN PROOEMIO FRACTIONIS (ap. laud. *Renaud.* p. 73.)

Deus Pater, qui Profetam magnum Jesum Christum Filium tuum suscitasti.

EX ORATIONARIO GOTHICO-HISPANO IN ORAT. AD DIEM PRIDIE NON. DEC. (ap. laud. *Blanchin.* p. 13.)

Dignum & justnm est. Nos tibi gratias agere: Domine sancte pater eterne Omnipotens Deus: per Jesum Christum filium tuum Dominum nostrum . . .

E MISSA PARITER MOZ-ARABICA IN QUINTO DOMINICO DE ADVENTU DOMINI, IN INLATIONE (ap. cit. *Lest.* p. 17. lin. 75.)

Ex Moz-arabico quidem ritu non modo quartus dominicus dies de Adventu Domini, quemadmodum ex Romano, celebrabatur, sed etiam quintus, immo & sextus.

Porro adducta hucusque testimonia ex Moz-arabicis Hispanorum Codicibus hoc sanctum dogma mirifice confirmant, uti & alia documenta ex ipsis eruta Codicibus plura Dogmata. Ceterum haud levis in praesentia occurrit adversus eadem testimonia exceptio. Vulgatissima quippe fama est, ejusmodi olim Codices non semel interpolatos fuisse, immo novatorum aliquot dolo erroribus corruptos, eo praesertim de Christo Dei filio adoptivo, quem primus Hispaniam docuisse fertur Theodiseus ille, gente graecus, pseudo-episcopus Toletanus S. Isidori successor, homo impostor & haereticus, qui tandem depositus in Mahumedanam impietatem transiit an. circ. 636. uti adcepimus a *Tudensi* in hist. Hispan. ubi de Cinthilano Rege, quem exscripsit *Baron.* ad an. 636. n. IX. Siquidem Felix Urgellensis Antistes, ac Elipandus Toletanus, Antesignani ejusmodi nequam dogmatis fautores, eum saepe confirmare adgressi sunt, adscitis apertis testimoniis ex eisdem codicibus.

Documenta in hanc rem luculentissima praeferunt *Aguirr.* in collect. CC. Hisp. t. 3. a p. 91. ad 119. *Alcuin.* in libris contra Elipand. *Baron.* ad annos 789. 792. 794. *Nicol. Antonius* in biblioth. hisp. veteri l. 6. c. 2. p. 323. sqq. e quibus praecipue suas in idem argumentum dissertationes adornarunt *Bollandianus Pinius* in tr. hist. chronol. de Liturg. antiq. hisp. praefixo tomo VI. Julii, cap. 4. §. 3. p. XXXVI. sqq. *Lebrunius* in exposit. Missae t. 2. diss. 5. art. 2. p. 287. sqq. *Bona* rer. liturg. l. 1. c. 11. n. 2. cum notis *Rob. Sala*, *Lesleus* in praefat. ad suum Missale Moz-arab.

par. 1. p. xxxii. ſqq. *Zachar.* diſſ. de uſu Liturg. in reb. theolog. cap. 3. n. 6. p. 435. & c. 9. n. 5. p. 459. Eos conſule ſis.

Ergo in ea celeberrima controverſia Felix & Elipandus ſeptem ut minimum textus Liturgicos protulerunt, quibus evincerent, ex vetuſta & ſacratiore Moz-arabum Eccleſiae Toletanae traditione Chriſtum Dominum eſſe, & catholice dici filium adoptivum Dei. Congeſſit eos nobis cit. *Leſleus* ex epiſtola Elipandi ad Alcuinum & ex hujus commentariis adverſus Elipandum. Quin etiam graviſſima eſt doctorum hominum ſuſpicio, Felicem, quo ſuum tueretur errorem, Liturgicos Codices corrupiſſe, quemadmodum (peracerba oratione teſtante Hincmaro Remenſi praefat. in tr. de praedeſtin. ſub init. t. 1. operum edit. Sirmondianae) Codici S. Hilarii de Trinit. l. 4. n. 27. Aquis in Bibliotheca Caroli Magni deprehenſus eſt, corrupto librorum cuſtode, intuliſſe manus, abraſoque τὸ *adoratur*, ſubſtituiſſe *adoptatur*. Plura de hoc argumento *Bartholom. Germonius* de veter. haereticis eccleſ. codic. corrupt. part. 2. p. 381. ſqq.

Jam vero ſi Codices iſti Chriſtum vocant Dei filium, non naturalem, ſed adoptivum, conſequitur plane, ut quum Deum nuncupant Patrem unigeniti filii Jeſu-Chriſti, eum intelligant Patrem, non naturalem, ſed adoptantem; ad ſenſum videlicet Mahumedanorum, quorum jugo ſubjecta tum temporis ingemiſcebat Hiſpania. Quocirca teſtimonia ex ejuſmodi documentis heic producta, nullam pro ſancto Dogmate fidem faciant, oportet.

At nullo tamen negotio objectus nodus diſſolvitur. Siquidem ex ſeptem textibus, qui feruntur ab illis deprompti novatoribus in ſuae cauſſae patrocinium, quatuor ſunt duntaxat, qui pravo dogmati favere utcumque poſſent; ceteri namque catholicum ſenſum abſque dubio praeferunt. Ex illis vero nec unum quidem animadvertere licet apud legitimum Miſſale Moz-arabum, cura & ſumptibus *Ciſnerii* Cardinalis eximii pervulgatum, uti adpoſite obſervat *Leſleus* p. xxxiv. n. 137. Locus ergo dubitandi relinquitur ac ſuſpicandi, immo & adſerendi Elipandum & Felicem eos pro re ſua dolo & mala fide citaſſe, quin illico Hincmarus, Alcuinus, ceterique adverſarii, re ad trutinam deducta, citationes cum laudatis Codicibus, ut par erat, legitime conferendas curarint. (Legendus *Petr. Couſtantius* in vindic. codicum mſſ. cap. 9.)

Quin tamen exinde corrupti Codicis Hilariani Felicem arbitrer reum, qualis idem ſugillatur ab *Alcuino* mox memorato: ibi ſiquidem *adoptatur* legitur in mſſ. codicibus Colbertino & Carnutenſi, Felice vetuſtioribus, tum in exemplari Baſilicae Vaticanae Seculo ſaltem vi. ineunte conſcripto apud *Couſtant.* in vindiciis confirmatis cap. 5. & in aliis; immo totus in ea oratione Hilarii contextus & ſcopus *adoptatur*, non *adoratur* expoſcit, quod late probant *Petav.* dogm. theol. de Incarnat. l. 7. c. 4. n. 2. ſqq. idemque *Couſtant.* in prioribus vindiciis c. 8. & in edit. S. Hilarii ad locum citatum nota (*k*): unde hic ipſe in vindiciis

diciis nullam veri eſſe ſimilitudinem in ea hiſtoriola Hincmari de loco Hilarii a Felice depravato contendit. Cui nec nimis me abnuere fateor.

Quum itaque nullum ex Officio Moz-arabum codicem certo verum habeamus, qui Chriſtum Dominum vocarit ſimpliciter atque ad ſenſum adoptivorum novatorum filium Dei Patris adoptivum, nullus pariter habendus convincitur, qui dum nuncupat Deum Jeſu Chriſti Patrem, eum non intellexerit orthodoxe Patrem naturalem, minime vero adoptantem.

Haec autem delibaſſe ſufficiat pro comprobanda vi & energia ejuſmodi documentorum in ſanctum Dogma. Fuſius celeb rem quaeſtionem, Deo dante, retractabimus in Par. IV. ubi de Deo-homine.

Ulteriora de Deo Patre documenta paſſim offerunt iidem Moz-arabici Codices, ac ceteri quique eccleſiaſtici.

SPECTANTIA AD CLASSEM XIII.

de Deo Spiritu ſancto ſub pag. 499. & num. 7.

E RE LITURGICA.

.... Tu Domine effice nos dignos per virtutem Spiritus tui ſancti ut hoc miniſterium perficiamus.... da nobis ut ſacrificium noſtrum coram te adceptum ſit ... quia purum eſt, ſicut donum Spiritus tui ſancti.

E LITURGIA COPTICA S. BASILII IN ORATIONE POSTQUAM PRAEPARATUM FUERIT ALTARE (ap. laud. *Renaudot.* t. 1. p. 2.)

Porro ex inſigni hoc documento pro ſingulari perſona Spiritus ſancti contra Macedonianos, perſpicue quoque diſcimus morem ſacri Altaris, quo Ss. Euchariſtia conficiebatur jam a primis Seculis, cum apud Orientales, tum apud Occidentales Eccleſias frequentiſſimum. Ipſum quidem Majores noſtri dixerunt quoque Aram ex *Cypr.* l. de orat. *Tertull.* l. 1. ad uxorem &c; Sanctum Sanctorum ex *Euſeb.* hiſt. l. 10. c. 4; Altarium ex *Sulpicio Severo* dial. 2; Βῆμα, Bima, ſeu locum editum ex *Conc. Laodic.* can. 56; ſacrum Tribunal ex *Chryſoſt.* hom. 35; Sanctuarium ex *C. Bracarenſ.* I. ca. 31; Sacrarium ex *C. Vaſenſi* ca. 3; Cathedram, Locum Dei, Requiem, Propitiatorium, Officinam magni ſacrificii, Chriſti Monumentum & ejus gloriae Tabernaculum ex *Simeone Theſſalon.* de templo & Miſſa ap. *Goar.* p. 215; Menſam denique Sacerdotalem aut Sacram ex laud. *Renaud.* in notis ad eam Orationem p. 181. Adeo ipſi totidem epithetis, aliiſque permultis, quos mittimus, ſancte conati ſunt locum unum tantae dignitatis officio, munere atque honore cumulatum exprimere.

Sacroſancti Altaris Euchariſtici meminerunt ſaepius alii ex vetuſtis Patribus & Scriptoribus: e. c. *Origenes* hom. 3. ſup. Judic. *Ignatius* epiſt. ad Philadelphenſ. *Optatus* Milev. l. 6. cont. Parmen. *Nazianzenus*

orat. in Gorgon. & alias, *Ambroſ.* epiſt. olim 33. & 85. & alibi, *Nyſſenus* l. de Baptiſ. *Hieron.* l. cont. Vigilant. *Ruſin.* hiſt. l. 1. c. 12. *Prudentius* hym. de S. Laurentio v. 38. ac de S. Vincentio v. 515. *Chryſoſt.* hom. 53. ad pop. Antiochen. *Auguſtin.* de civ. l. 8. c. 27. *Paullinus* Nolan. l. 2. epiſt. 4. *Cyrillus Alex.* in cap. 19. Iſaiae, *Theodoret.* hiſt. eccl. l. 1. c. 31. *Sidonius Apollinar.* l. 4. ep. 11. Et ex iis quidem totidem pene teſtes veritatis Euchariſticae connumerare liceat, quippe qui de Altari tanquam Liturgicae confectioni Euchariſtiae ſacro ſermonem inſtituere conſueverunt.

Veterum Chriſtianorum Altaria num lignea fuerint, num lapidea, ſeu alterius generis, quis certo noverit aut ſtatuerit? Lignea nobis proponunt apud ſuas regiones obtinuiſſe *Athanaſ.* epiſt. ad agentes vitam ſolitar. *Optat. Milev.* l. 6. cont. Parmen. *Auguſtin.* l. 3. cont. Creſcon. grammat. c. 43, & epiſt. olim 50. Quin etiam, ſi fides *Aringho* in Roma ſubt. l. 4. c. 43, Romae in Sanctae Praxedis exſtat altare ligneum, in quo B. Petrus dum apud Pudentem hoſpitaretur, ut pia fert traditio, Euchariſticum Sacrificium peragebat; ac rurſum, ſi credas *Alex. Alenſi* in ſum. par. 4. q. 33. memb. 3. Silveſter P. ligneum Altare, in quo S. Petrus ac primi Pontifices ſacra fecerunt, in Lateranenſi Baſilica collocavit. Adcinunt Alenſi *Panvin.* de Urbis Eccl. lib. 7. & *Ciampinius* de ſacr. aedif. a Conſtant. M. conſtructis cap. 2. p. 15. col. 1. n. 16. Ceterum optarit fortaſſe quiſpiam cum *Gothof. Voigtio* in Thyſiaſteriologia, ſeu de altar. vet. chriſt. cap. 6. n. 4., potiora documenta, quibus haec Romana Altaria hodiedum exſtantia probarentur. Alia quoque lignea, longe tamen recentiora, in Galliis exſtitiſſe innuit *Marten.* de antiq. Eccl. ritib. l. 1. art. 6. n. v.

Lapidea deinde Altaria uſui fuiſſe Veteribus aperte conjicere eſt ex *Greg. Nyſſeno* l. de Baptiſm. *Chryſoſt.* hom. 20. in 2. Corinth. cap. 3. *Prudent.* hym. 9. de S. Caſſiano, & fortaſſe *Sidon. Apollin.* l. 7. epiſt. 6. Unum praeterea reperio aureum, a piiſſima Pulcheria, Arcadii filia, & Theodoſii ſorore, CPnae Eccleſiae dedicatum, ap. *Sozomen.* l. 9. c. 1; binaque argentea, a Romanis Pontificibus Sixto III. & Hilaro excitata, teſte *libro Pontificali* in eorum vitis. Dixerim itaque, primis temporibus uſum libere atque promiſcue obtinuiſſe pro data opportunitate apud Eccleſias quoad Altaria cum lignea, tum lapidea, vel hujus, vel illius cujuſcumque generis; donec lignea demum improbata ſunt, ac lapidea praecepta; quin tamen hucuſque conſtet apud Eruditos de primo hujuſce praecepti authore, quidquid eum voluerint S. Silveſtrum Papam nonnulli veteres, cum *Alenſi*, *Gerſonio*, *Bielio*.

Quid plura diſſeram de veterum chriſtianae Religionis Altarium origine, definitione, diviſione, forma, numero, loco & ſitu, conſecratione, ornatu, ſanctitate, privilegiis? Haec quidem, quae pro re nata Liturgicae eruditionis gratia paucis innuimus, ſatis ſunto. Plura perquirenti abunde dabunt proxime laudati *Renaud. Marten. Voigtius*, tum vulgatus *Durant.* de ritib. l. 1. c. 15. *Bona* rer. liturg. l. 1. c. 20. n. 12. cum notis *Roberti Sala* in tom. 2. par. 2. p. 64. ſqq. *Joſ. Binghamus* de origin. ſive antiquitat. eccleſ.

eccleſ. tom. 3. l. 8. c. 6. *Walfrid. Strabo* de exord. & increm. rerum eccleſ. cap. 1. & 9.

.... Benedicat vos Spiritus-ſanctus, qui in columba Jordanis fluvium in Chriſto requievit ...

E MISSALI GALLICANO VETERI IN BENEDICTIONE POPULI AD MISSAM MATUTINALEM IN PASCHA (ap. *Mabillon.* de Liturg. gallic. l. 3. n. XXXIII. p. 372. col. 1.)

Miſſa haec, ut notatur in Codice, recitabatur *in die Sabbati exita Paſcha*, hoc eſt, quemadmodum interpretor cum laud. *Mabillon.*, exeunte Paſcha, nempe Sabbato primo poſt Paſcha, quae dies octava erat Baptiſmi ſollemnis, uti probe norunt Eruditi.

.... Hodie nobis lucerna Virginis, quam Spiritus-ſanctus ignivit, verum lumen apparuit ....

E MISSALI MOZ-ARABUM IN ORATIONE PRIMA MISSAE DE NATIVITATE DOMINI (ap. laud. *Mabill.* in adpend. probationum p. 453.)

Adludere mihi videtur Author ad illud *Lucae* 1. 35. *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te*, tum ad textum Symboli *conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria Virgine*; ex quibus divini Verbi Incarnatio jure dicitur Spiritus ſancti opus, quod ejus nempe operae ſingulari titulo adtribuitur.

Ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ ... τῆς ἐλλάμψεως τοῦ παναγίου σου Πνεύματος καταξιώσας με τὸν ἁμαρτωλὸν ....

Nempe

Domine Deus noſter qui ... per illapſum Spiritus tui ſanctiſſimi dignum feciſti me peccatorem ....

E CODICE MESSANENSI IN LITURGIA S. JACOBI (ap. laud. *Aſſeman.* lib. 4. par. 2. p. 78.)

Illapſus hic, me interprete, indicat inviſibilem S. Paracleti Miſſionem in juſtificatione impii, qua nempe in animam non modo illabitur divina gratia, verum etiam ipſa Paracleti Perſona, uti nobis adſertum eſt in eodem Tom. II. p. 421 n. 759.

O Spiritus ſancte, qui a Patre Filioque procedis, doce nos facere veritatem: ut qui de Patre, Filioque accepiſti proceſſionem, indiviſibili nos his a quibus tam ineffabiliter procedis, adſocies caritate ...

EX ORATIONARIO GOTHICO-HISPANO IN DIEM SANCTUM PENTECOSTES AD MATUTINUM (ap. laud. *Joſ. Blanchin.* p. 116.)

En celeberrimum inter cetera quaeque veruſtiſſima documentum pro divina proceſſione ſancti Paracleti a Patre, Filioque ſimul. Et illud quidem,

dem, quod ſciam, primum omnium, quod Hiſpanam de fide Dogmatis traditionem praeclariſſime comprobat; poſito nempe quod hujus libelli codici adſignanda ſit aetas antiquior anno Chr. 400. aut ſaltem anno 589. Liquet hoc adſertum ex dictis in Tomo II. ad pag. 478. in obſervatione, de particula *Filioque*, quam Symbolo primum adjeciſſe tunc putabam Synodum Toletanam I., aut potius III. Plura eo loci de argumento ejuſmodi additamenti diſſeruimus. Ea recole ſis, & adde quae ulterius in ipſam rem diſputarunt *Cabaſutius* in notitia eccleſ. hiſtor. & concilior. a p. 543. & rurſum *Aguirrius* in Theolog. Anſelmiana tom. 2. diſp. 91. & 92.

Haec eadem Oratio recitatur itidem in Miſſa diei ſancti Pentecoſtes ap. Miſſale Moz-arabicum, ex cit. *Lesleo* par. 1. pag 258. n 95. Vereor tamen, ne Miſſalis Author ſuam ab noſtro Orationario ſerius mutuatus ſit.

Domine Deus... qui dignatus es famulos & famulas tuas ab errore & mendacio hæreſeos Arrianae eruere & ad Eccleſiam tuam catholicam eos perducere: Tu Domine mitte in eos Spiritum Paraclitum ſanctum ſapientiæ & intellectus, Spiritum conſilii & fortitudinis, Spiritum ſcientiæ & pietatis & adimple eos Domine Spiritu timoris Dei.

E LIB. I. SACRAM. ROMANAE ECCL. IN BENEDICTIONE SUPER EOS, QUI DE ARIANA AD CATHOLICAM REDEUNT UNITATEM (ap. laud. *Thomaſſ.* t. 6. p. 104. col. 2.)

Vides hoc ſollemni ritu Eccleſiaſtico palam expoſitam, una cum ſacro Dogmate, doctrinam de ſeptem Spiritus Paracleti Donis, quae perſpicue commendavit *Iſaias* cap. 11. 2. De iis nobis ſermo erit in Par. III. Tract. II. Lib. III. in adjecto Conſectario.

Quod deinde ſpectat haereticos & apoſtatas ad catholicam Eccleſiae unitatem redeuntes, eos peculiari ritu exceptos perpetuo fuiſſe, notiſſimum eſt apud Eruditos. Quid vero hanc ſelectae eruditionis telam, ab Clariſſimis Sctiptoribus adprime confectam, pluribus ordiar? Eam lege ſis ap. *Euſeb.* hiſt. eccl. l. 7. c. 2. cum notis *Valeſii*, *Couſtant* diſſ. de vera Stephani ſententia circa receptionem haereticor. *Dughet* in collationib. eccleſiaſticis tom. 2. diſſ. de can. VIII. Concil. Nicaeni, *Vezzoſium* in adlegatum Thomaſii locum, nota (2).

Spiritus Paraclitus, qui olim in Diſcipulos manifeſto ignis eſt declaratus in munere... & qui moeſtificatis eorum cordibus clemens Conſolator occurrit.. quique tunc Apoſtolos docuit veritatem, vos & nunc enutriat fide &c.

Ex

Ex Orationario Gothico-hispano in die S. Pentecostes, in Benedictione ad Vesperum (ap. cit. *Blanchin.* p. 116.)

Iis similia, immo universam doctrinam de adtributis, missionibus, donisque Spiritus S. reperire est apud hunc ipsum Codicem, ceterosque Liturgicos, ubi festum Pentecostes celebrandum proponitur. Hoc autem festum, quod septenario hebdomadum numero decoratum unitate obsignatur, omnium festorum maximum reputatur ab *Eusebio*, ubi refert Constantini obitum, qui in eum diem incidit circa meridiem, in ejus vita l.4. c.64. Antiquissima plane est ejus institutio, & ad tempora, immo ad ordinationem Apostolorum revocari consuevit. Non ausim tamen vulgare hoc adsertum tepetere ex illis de Apostolo verbis *Act.* 20. 16. *festinabat enim, si possibile sibi esset, ut diem Pentecostes faceret Hierosolymis*: siquidem valde dubium est, an heic sermo sit de Pentecoste, quam optaret Paullus celebrare ritu Christianorum, uti existimant plures cum *Epiphan.* haer.75. & *Mendoza* de C. Illiberitano confirmando l.3. c.17. in can.43; vel potius ritu Judaeorum, ut censent *Chrysost. Lorin.* aliique sacri Interpretes in hunc locum, quibus novissime adcessit *Thomassin.* de festis Eccles. l.2. c.17. n.4: quippe quantumvis Lex vetus a die Christianae Pentecostes abrogata fuerit, ex dicendis in Tom.III. ubi de Lege veteri divina, nihilo tamen secius eam postea Christi fideles nonnunquam coluerunt, inquit laudatus *Thomass.*, prudenti quadam dispensatione utentes.

Et vero Christianae nostrae sollemnitatis tanquam omnium memoria antiquissimae meminerunt vetustissimi Authores, puta *Origen.* l.8. cont. Cels. *Tertullian.* de cor. milit. c 3. & de idol. c.14. *Iren.* ap. Pseudo-Justin. quaest.115. *Pseudo-Clem.* l.5. const. c. ult. ut omittam posteriores, *Theophil.* Al. l.1 paschali, *C. Nicaen.* ca.20. & *Eliberitan.* can.43. *Nazianz.* orat.de Pentec. *Cyril.* Hieros. catech. 17. *Basil.* l. de Sp.S. c.27. *Hilar.* praefat. in Psal. &c. E quibus porro manifestae impudentiae revincuntur Centuriatores Magdeburgenses ubi adfirmant cent.1. cap.6. coll.119. nihil de ullo festo primorum illorum temporum expresse legi praeterquam de Paschate.

Ne vero de ceteris in idem festum argumentis prolixius differamus, nobis otium fecerunt plurimi, & ii quidem nobilissimi, Scriptores, qui ulteriora quaerenti consuli possunt: e. c. *S. Isidor.* de offic. eccles. c.32. cum ceteris *Liturgicis* ubi de Pentecoste, *Mendoza* & *Thomassin.* proxime laudd. *Bellarm.* de cultu SS. l.3.c.3. *Albaspinaeus* in can.43. C. Eliberit. *Herrera* l.2. orig.offic.div.c.51. *Benedict.* P.XIV. ubi de festis, l.1. c.11. *Adrian. Baillet* de fest. mobilib. t.4. ubi de Pentec. *Carrier.* t.2. digest. fid. titulo de festis cap.3.

Plura ne quis optaverit pro sancto Dogmate documenta? Infinita propemodum illa sunt apud Graecos, Latinosque Codices Liturgicos, quae congerere non vacat.

Hactenus Adpendix. Haec autem Classibus Tomi II. ordine interserenda, haud pauca praelibavit e re Liturgica testimonia pro Dogmatis in Tomo II. Partem I. nostrae Theologiae complectente contentis atque expositis; complurimis etiam consulto praetermissis: tum pro re nata permul-

ta

ta more liturgico-critico elucidavit, disciplinam liturgicam concernentia, e. c. rituum in utraque Ecclesia orientali & occidentali praestantiam, originem, antiquitatem; Liturgiarum aliquot, quibus nos utimur, ac Liturgiographorum authoritatem; quin etiam de Liturgiographis cum vetustis, tum recentioribus, qui inoffenso pede consuli possint, e. lenchos interdum retulit; specimen demum se ipsa exhibuit methodi ac stili, quibus in reliquis id genus tractationibus toto deinceps Opere nobis uti, si Deus faverit, nec meliora succurrant consilia, pro. positum est. Interim candide ac benevole Lector, hisce nostris Liturgicis primitiis VTERE FELIX.

EXCVDEBAT . ROMAE
PAVLLVS . JVNCHI . TYPOGRAPHVS
PROVISOR . LIBRORVM . S. R. E. IN . BIBLIOTHECA . VATICANA
IN . SANCTI . MICHAELIS . AD . RIPAM
AN. R. S. MDCCLXIX. IDIB. JVN. IND. II
SEDENTE
CLEMENTE . XIV. PONT. OPT. MAX
ANNO . PONTIFICATVS . I

INDICULUS

Monumentorum Liturgicorum & rerum praecipuarum quas Adpendix complectitur.

MONUMENTA LITURGICA.

A

Alexandrina Liturgia Graeca pro Exſiſt. Dei. II. pro Deo Patre XXXIII.

Athanaſiani Symboli delineamenta ex Joſ. Blanchin. & qui de hoc ſymbolo recentius adcurate pertractarunt. XXVIII.

B

s. Baſilii Liturgia pro D. Omnip. VIII.

C

Coptitaram Liturgia pro Exſiſt. D. II. D. Omn. XIV. Immenſo XIV. Miſeric. XV. biſ. Spiritu S. XXXV.

s. Cyrilli Liturgia pro Exſ. D. II. Provid. XX.

D

Doxologia *Gloria Patri* &c. In eam plura. XXVIII. ſqq.

G

Gothicum Officium pro D. Omn. XIII. Deo Trino XXIII.

Gothicum Miſſale pro D. Praedeſtin. XXI. bis.

Graecum Officium S. Baptiſmatis pro D. Trino XXIII.

s. Greg. Nazianz. Liturgia pro D. Omnip. VIII.

I

s. Jacobi Liturgia pro Exſ. D. IV. D. Miſeric. XV. D. Sancto XIX. Spir. S XXXVII.

s. Joan. Chryſ. Liturgia pro Exſ. D. III.

L

Leonianum Sacramentarium pro D. Uno VII. pro D. Omnip. VIII. biſ. pro D. Aeterno XI. biſ. Providente XX. Praedeſtin. XXI.

Lucernarium graecum pro Deo Uno VI.

M

Miſſale Gallicanum vetus pro Spir. S. XXXVII.

Miſſale Moz-arabicum pro Spir. S. XXXVII.

Moz arabica Miſſa pro D. Miſeric. XV. Sancto XIX. D. Patre XXXIII.

Moz-arabicum Officium pro D. Trino XXVIII.

O

Orationarium Gothico-Hiſpan. pro D. Uno VI. biſ. Praedeſtin. XXI. XXII. XXIII. Trino XXVII. XXVIII. D. Patre XXXIII. Spir. S. XXXVII. XXXVIII.

Ordinatio Diaconi ap. Graecos pro D. Provid. XX.

Ordinatio Diaconiſſae pro D. Omn. IX.

Ordinatio Epiſcopi ap. Graecos pro Exſ. D. IV. pro Deo Uno VII.

Ordinatio Presbyteri ap. Graecos pro Exſ. D. IV. D. Omnip. XIII.

P

Praeſanctificatorum Liturgia pro Exſ. D. III Miſeric. XV.

Promotio Abbatis penes Graecos pro D. Trino XXIII.

R

Romanae Eccleſiae liber Sacramentorum pro Exſ. D. IV. & V. pro D. Omn. XI. D. Aeterno XI. D. Immenſo XIV. D. Miſeric. XV. biſ. D. Sancto XVIII. Providen. XX. D. Trino XXV. XXVI. XXVII. biſ. D. Patre XXXII. Spir. S. XXXVIII.

RES PRAECIPUAE.

A

Adpendix iſta quae contineat? XXXIX. ſq. Haec primitias Liturgicas Authoris exhibet. XL.

Aeternitas Dei documentis comprobatur XI. ſqq.

Altare Euchariſticum. An a primis Seculis ligneum, aut lapideum? pluraque de eo. XXXV. ſqq.

Arcudius laudatus & vindicatus. XI.

Aſſemanus Al. Joſ. laudatus. XV.

Authoris mens & conſilium in edendo Adpendicem una cum reliquis deinceps monumentis liturgicis. I.

B

Bayerus laudatus. VIII.

C

Canon Miſſae. Ejus authoritas, antiquitas, dignitas. XI. ſqq.

Canonis clauſula ab Ambroſio citata. XXVII.

Canon Miſſae ad Deum Patrem totus refertur. XXXII.

Codex ordinationis Presbyteri Graecis. Ejus antiquitas. XIII. ſq.

Codex vulgo Leonianus. Ejus antiquitas & author. VII.

Codices Liturgici antiqui, quorum nobis frequentior uſus erit in toto opere. V.

D

Diaconiſſae. IX. De earum ordinatione lis

inter Arcudium & Goarium, & noſtra deciſio. ix. ſq.
Dominicae Adventus ſex ap. Moz-arabes. xxxiii.

E

Electos vult Deus eſſe ſuam Eccleſiam. Quo ſenſu? xxii.
Epinicion Sanctus. xix.
Eulalia Emeritenſis in Codice, non Barcinonenſis, quae ambae ab nonnullis minus ſcite confunduntur. xxii.
Exſiſtentia Dei illuſtratur documentis ii. ſqq. perpluribus heic & alias conſulto praetermiſſis. v.

G

Gothico-hiſpanus libellus orationum editus a Joſ. Blanchino pertinet ne ad Eccleſiam Tarraconenſem Hiſpaniae? vi.

H

Hagios voce utuntur Moz arabes in Miſſa, uti alii Latini voce graeca *Kyrie eleiſon*. xx.
Hymnus vulgo *Angelicus*. Ejus uſus antiquitas, & qui de eo egerunt. xxiv. ſq.

I

Immenſitas Dei comprobatur monumentis. xiv.
Jo. Chryſoſtomi Liturgia ex variis, quae circumferuntur, qualis noſtro uſui electa? xii.

L

Lectio praeferenda in Codice Orationali. xxiii.
Liturgiae Coptitarum & Alexandrinorum authoritas pro dogmatis, in quorum probationem adducuntur. iii. In hanc rem conſulendus Renaudot. *Ibid.*
Liturgiarum veterum authoritas perperam Proteſtantibus improbatur. Nec huic obſunt particulae ſubceſivis temporibus adjectae. ii. ſq.
Liturgica Documenta ſunt depoſitum Eccleſiaſticae Traditionis. ii.

M

Miſericordia Dei documentis illuſtratur. xiv. ſqq.
Miſſa in die Sabbati exita Paſcha, qualis? xxxii.
Miſſale Gothicum. Ejus vetuſtas. vi. ſq.
Miſſa Moz-arabum. Ejus uſus ap. Hiſpanos & qui de ea tractarunt. xiii.
Miſſa praeſanctificatorum. xvi. ſqq. Anne laudanda vel vituperanda? xvii. ſq. Non confundenda cum ſicca & nautica. xviii.
Miſſa S. Marci. xx.
Moz-arabum Codices an corrupti? xxxiii. ſqq.
Muratorius notatus. viii.

O

Oculos ad Patrem elevavit Chriſtus in Miſſa ſua. xxxii.
Omnipotentia Dei monumentis illuſtratur. viii. ſqq.
Oratio ad Oblationem generalis. xxvii.

P

Patris Dei dogma illuſtratur munimentis. xxxii. ſqq.
Praedeſtinatio Dei monumentis illuſtratur. xxi. ſqq.
Praefationes ad canonem Miſſae. xviii. ſq.
Providentia Dei comprobatur documentis. xx. xxi.

R

Romanae Eccleſiae Libri Sacramentorum. Eorum authoritas. iv. ſq.

S

Sanctitas Dei illuſtratur documentis. xviii. ſqq.
Sigla, quae idem ſonat ac *Vere dignum & juſtum eſt*. xiv.
Spiritui S. adtributa Incarnatio Verbi. xxxvii.
Spiritus ſancti a Patre Filioque Proceſſio. xxxvii. ſq.
Spiritus ſancti dogma monumentis comprobatur. xxxv. ſqq.
Spiritus ſancti dona ſeptem. xxxviii.
Spiritus ſancti Feſtum Pentecoſtes. Plura de eo. xxxix.
Spiritus ſancti Miſſio inviſibilis in juſtificatione impii. xxxvii.

T

Trinitas Dei monimentis illuſtratur. xxiii. ſqq.
Trinitatis feſtum. xxvi. ſq.

U

Unius Dei dogma documentis illuſtratur. v. ſqq.

D. M

D. M

PRINCIPIO. AC. FINI. CREATORVM
THEOLOGIAE. COMMENTARIVM
DOGMATICO-SCHOLASTICVM
HISTORICO-POLEMICVM
ANTIQVARIVM
DE. DEO. PRINCIPIO
AC. FINE CREATORVM
ROMANI. EDITORES
VENANT. MONALDINIVS
ET. PAVLL. IVNCHIVS
IN. TESTIMONIVM. ORTHODOXIAE
L. L. M. DEDICARVNT
SEDENTE. CLEM. XIV. P. M
IND. IV

LAURENTIUS RICCI

Praepoſitus Generalis Societatis Jesu.

CUm Opus, cui titulus, *Jo. Baptiſtae Genèr S.J. Theologia Dogmatico-Scholaſtica, perpetuis Proluſionibus Polemicis Hiſtorico-Criticis, necnon ſacrae Antiquitatis Monumentis illuſtrata*, aliquot ejuſdem Societatis Theologi recognoverint, & in lucem edi poſſe probaverint, facultatem facimus, ut typis mandetur, ſi iis, ad quos pertinet, ita videbitur. Cujus rei gratia has literas manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus.

Romae die 23. Octobris 1765.

Laurentius Ricci.

Loco ✠ Sigilli.

ADPROBATIONES.

JUbente Rmo P. Thoma Auguſtino Ricchinio S. P. A. M. *Theologiae Dogmatico-Scholaſticae* Partem II. a R. P. Jo. Bapt. Genèr S. J. Theologo adornatam ea qua potui ſedulitate perlegi. Nihil porro in ea vel fidei, vel moribus chriſtianis repugnans deprehendi. Quin immo hanc Partis primae jam editae ejuſdem Theologiae, & quoad ſoliditatem doctrinae, & quoad copiam eruditionis ſacrae ferme omnigenae prorſus conſonam animadverti. Quocirca luce publica dignam exiſtimo.

Romae ex Aede Immaculatae Conceptionis Kal. Septembr. Anni 1769.

F. Hieremias a Benettis Cappuccinus.

PArtem Secundam *Theologiae Dogm. Schol.* a R. P. Jo. Bapt. Genèr S. J. Theologo laboratam Rmi P. Thomae Auguſtini Ricchinii S. P. A. M. juſſu, quo potui ſtudio perlegi. Nihil autem in ea fidei aut chriſtianis moribus adverſum deprehendi; immo potius valde plura, e quibus & in Rempublicam literariam utilitas permagna, & in ipſum Authorem haud levis commendatio ſubnaſci poſſint. Quamobrem prelo dignam cenſeo.

Romae 10. Martii 1771. in Collegio SS. Vincentii & Anaſtaſii in Trivio.

Thomas Gabrini C. R. M. S. Theologiae Lector Emeritus, atque in Tuſculana Dioeceſi Examinator Synodalis.

CUm jubente Rmo Patre Fr. Thoma Auguſtino Ricchinio Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro *Partem Secundam Univerſae Theologiae Dogmatico-Scholaſticae* a doctiſſimo Viro P. Johanne Baptiſta Genèr Societatis Jeſu Presbytero elucubratam quoad Sacras Antiquitates perlegiſſem, nihil profecto inter illas animadverti quod bonis moribus, Fideique puritati adverſetur; quin immo omnia peropportune adducta fuiſſe cognovi, ita ut monumenta cujuſmodi vel ſanctae noſtrae Religionis dogmata firment, vel priſcam diſciplinam inluſtrent. Quare typis imprimi poſſe puto.

Romae ex Aedibus S. Callixti die XXV. Martii MDCCLXXI.

D. Petrus Aloyſius Galletti Abbas S. Mariae de Faro Congregationis Caſinenſis.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo P. Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

Dom. Jord. Patriarcha Antioch. Viceſg.

IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Auguſtinus Ricchinius Sacri Palatii Apoſtol. Magiſt. Ordin. Praedic.

CON-

CONSPECTUS

TOMI TERTII.

UNIVERSAE

THEOLOGIAE

DOGMATICO-SCHOLASTICAE

PARS SECUNDA

DEUS PRINCIPIUM ET FINIS CREATURARUM. *Pag.* 1.

TRACTATUS I.

De creatione rerum. *ibid.*

LIBER PRIMUS.

De Opificio sex dierum. 2.

CAPUT PRIMUM.

Praeambula de Deo Creatore. *ibid.*

PROLUSIO I.

seu

HISTORIA POLEMICA

De Erronibus in Deum Universi Creatorem. *ibid.*

Ex Ethnicis. *ibid.*

Ex Hebraeis. 6.

Ex Heterodoxis. 8.

QUAESTIONES DOGMATICO-SCHOL. 14

CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS

circa *Deum Creatorem.* 14. sq.

MONUMENTA ANTIQUITATIS

pro Deo Creatore. 16.

CLASSIS I.

E RE LAPIDARIA. *ibid.*

E RE LITURGICA. 24.

E RE DIPLOMATICA. 28.

E RE NUMARIA. 30.

E RE SIGILLARI. 34.

E TABULIS MUSIVIS. 35.

CETERA VARII GENERIS MONUMENTA. 36.

RURSUM QQ. DOGM. SCHOL. 38.

CAPUT SECUNDUM.

De Universo, universe, quoad universalem Creationem. 41.

CAPUT TERTIUM.

De Universo sigillatim quoad singula opera sex dierum. 44.

LIBER SECUNDUS.

De Angelo. 52.

PROLUSIO II.

seu

HISTORIA POLEMICA.

De Erronibus in Angelos. *ibid.*

Ex Ethnicis. 52.

Ex Hebraeis. 57.

Ex Heterodoxis. 59.

Ex Catholicis Doctoribus. 65.

CAPUT PRIMUM.

De Angelo quoad ordinem naturae. 69.

§. 1.

De naturali perfectione Angeli. *ibid.*

QUAESTIONES DOGM. SCHOL. *ibid.*

CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS

circa *Angelos.* *ibid.*

MONUMENTA ANTIQUITATIS

pro Angelis. 71.

CLASSIS II.

CHRISTIANI LAPIDES. *ibid.*

DOCUMENTA LITURGICA. 76.

DIPLOMATICA SEGMENTA. 80.

MUSIVAE AC EBOREAE TABULAE. 72.

RELI-

RELIQUA VARII GENERIS DOCUMENTA. 89.
ANIMADVERSIO CONSECTANEA
PRO ULTERIORE CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS. 90.
RURSUM QQ. DOGM. SCHOL. 92.
§. II.
De Intellectu Angelico. 94.
§. III.
De Voluntate Angelica. 98.
COROLLARIUM. 102.
§. IV.
De Numero, Ordine, Distinctione inter Angelos. *ibid.*
§. V.
De loco Angelico. 104.
§. VI.
De motu Angelico. 105.
§. VII.
De Virtute Angelica ad alias operationes externas. 107.
CAPUT SECUNDUM.
De Angelo quoad ordinem gratiae. 109.
§. I.
De momento primo theologico. 110.
§. II.
De momento secundo theologico. 112.
§. III.
De momento tertio theologico. 116.
LIBER TERTIUS.
De Homine. 119.
PROLUSIO III.
seu
HISTORIA POLEMICA
De Erronibus in Protoparentem Adamum Innocentem. *ibid.*
SECTIO I.
De erroribus in primam innocentis Adae conditionem. 120.
Ex Ethnicis. *ibid.*
Ex Hebraeis & Mahumedanis. 122.
Ex Heterodoxis promiscue atque Catholici nominis Doctoribus. 125.
SECTO II.
De erroribus in immortalitatem animorum. 138.
Ex Ethnicis. 139.
Ex Sectis Judaeorum. 141.
Ex Acatholicis. *ibid.*
Ex Doctoribus orthodoxis. 143.
QUAESTIONES DOGM. SCHOL. 147.
CAPUT PRIMUM.
De Homine innocente quoad ordinem naturae. *ibid.*
CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS
circa *Hominem innocentem* 148. *sq.*
circa *immortalitatem animorum* 149.
circa *Imaginem Dei in homine.* 151.
OBSERVATIO. 154.
OBSERVATIO ALIA. 156.
CAPUT SECUNDUM.
De Homine innocente quoad ordinem gratiae. 160.
OBSERVATIO. 163.
CAPUT TERTIUM.
De Homine innocente, si status Innocentiae perduraſſet. 164.
OBSERVATIO. 165.
TRACTATUS II.
De Homine Lapſo. 168.
LIBER PRIMUS.
De Libertate. *ibid.*
PROLUSIO IV.
seu

ſeu

HISTORIA POLEMICA

De Erronibus in libertatem humanam. *ibid.*

Ex Paganiſmo. *ibid.*

Ex Heterodoxiſmo. 170.

Ex Profeſſoribus Catholiciſmi. 177.

QUAESTIONES DOGM. SCHOL. 182.

CAPUT PRIMUM.

Expenditur natura Libertatis humanae. *ibid.*

OBSERVATIO. *ibid.*

CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS circa *libertatem indifferentiae.* 183.

OBSERVATIO. 184.

CAPUT SECUNDUM.

De Conprincipiis ad libertatem neceſſariis. 190.

CAPUT TERTIUM.

De Impedimentis libertatis. 192.

CAPUT QUARTUM.

De fecunda liberi arbitrii facultate ad actus eliciendos. 197.

CAPUT QUINTUM.

Concordia liberi arbitrii cum aliquot Myſteriis ſupernis. 203.

COROLLARIUM. 204.

LIBER SECUNDUS.

De Lege. 205.

PROLUSIO V.

ſeu

HISTORIA POLEMICA

De Erronibus in Legem. *ibid.*

Ex Ethnicis Sophiſtis. *ibid.*

Ex Hebraeis. 207.

Ex Acatholicis. 208.

Ex Scriptoribus, qui Catholici vulgo habentur. 222.

QUAEST. DOGM. SCHOL. 234.

CAPUT PRIMUM.

De Lege univerſim. *ibid.*

§. I.

Natura & Varietas legis. *ibid.*

§. II.

De iis, quibus eſt jus condendi legem. 239.

§. III.

De iis, qui lege obligantur. 241.

§. IV.

De Interpretatione, Diſpenſatione, Ceſſatione legis. 244.

CAPUT SECUNDUM.

De Lege ſpeciatim. 247.

§. I.

De lege aeterna, lege naturali, jure gentium. *ibid.*

OBSERVATIO. 255.

§. II.

De lege veteri divina. 256.

OBSERVATIO. 261.

§. III.

De lege nova divina, ſeu evangelica. 267.

§. IV.

De lege canonica. 271.

OBSERVATIONES. 273.

OBSERVATIONES ALIAE. 276.

OBSERVATIO HISTORICA. 281.

OBSERVATIO ALTERA HISTORICA. 285.

OBSERVATIO ITIDEM HISTORICA. 299.

§. V.

De lege civili. 308.

§. VI.

De lege privilegiari, ſeu de privilegio. 317.

§. VII.

§. VII.

De lege non ſcripta, ſeu de conſuetudine. 322.

LIBER TERTIUS.

De primario Hominis Lapſu. 326.

PROLUSIO VI

ſeu

HISTORIA POLEMICA

De Erronibus erga peccatum Originis. *ibid.*

QUAESTIONES DOGM. SCHOL. 361.

CAPUT PRIMUM.

De perſonali Adami lapſu. *ibid.*

§. I.

De lege Adamo injuncta. *ibid.*

§. II.

De natura & gravitate lapſus Adami. 365.

§. III.

De poena, poenitentia, venia, ſalute aeterna, Adami lapſum conſequutis. 369.

CAPUT SECUNDUM.

De Originali lapſu in poſteris Adami. 372.

OBSERVATIO. 374.

MONUMENTA ANTIQUITATIS

pro peccato Originis. 375.

E RE LAPIDARIA. *ibid.*

E RE LITURGICA. 377.

E DOCUMENTIS VARII GENERIS. 387.

RURSUM QQ. DOGM. SCHOL. 391.

§. I.

Natura peccati originis. *ibid.*

§. II.

Cauſſa peccati originis. 397.

OBSERVATIONES. 402.

§. III.

De iis, qui noxa originali infecti ſunt. 404.

INDICES ALPHABETICI. 408.

INDEX I.

DOGMATUM

una cum ipſorum patronis, elucidationibus & adverſariis. *Ibid.*

INDEX II.

SAPIENTUM ETHNICORUM. 421.

INDEX III.

MONUMENTORUM ANTIQUITATIS. 423.

INDEX IV.

QUAESTIONUM DOGM. SCHOL. 425.

INDEX V.

ERRONUM. 426.

INDEX VI.

RERUM PRAECIPUARUM. 432.

UNIVERSAE THEOLOGIAE

DOGMATICO-SCHOLASTICAE

PARS SECUNDA

DEUS PRINCIPIUM ET FINIS CREATURARUM.

ALTERA haec Pars noſtrae Theologiae, rejectis ad Philoſophiam, aliaſque Theologias, tanquam ad ſedes magis proprias, bene multis eorum, quae heic *Angelicus* more ſuo diſputat, Quaeſtiones ſelectiores ac Dogmatico-Scholaſticae magis adcommodas reſolvet, in ternos diſtributa Tractatus, quorum I. de creatione rerum, II. de homine lapſo, III. de fine creaturae rationalis.

TRACTATUS PRIMUS

DE CREATIONE RERUM.

2. EA ſub hoc titulo comprehendimus, quae ſpectant Creationem, cum univerſalem, quam in opificio ſex dierum adſpicimus, tum ſingularem creaturae rationalis, nempe Angeli & Hominis. De primo cuncta fere diſputat Theologia Biblica, ſeu poſitiva ad tria priora capita Geneſeos, itemque nonnulla de ſecunda, plurimum juvante Phyſiologia, itidemque Theologia naturali. Quocirca pauca ſuper iis Theologiae Dogmatico-Scholaſticae ſerio pertractanda ſuperſunt; at plura tamen, nec quidem leviora, Hiſtoriae polemicae, Concordiae fidei & rationis, ſacrae demum Antiquitati.

LIBER PRIMUS

De Opificio ſex dierum.

CAPUT PRIMUM

Praeambula de Deo Creatore.

PROLUSIO POLEMICA HISTORICO-CRITICA

De Erronibus in Deum Univerſi Creatorem.

HISTORIA POLEMICA. 3 PErmultis ex capitibus in Deum, qua unicum totius Univerſi ex nihilo effectorem in tempore, pugnarunt inſipientes plurimi. Et quidem tum ex Ethnicis Philoſophis, tum ex Heterodoxis Chriſti nomen jactantibus, tum ex Rabbinis Judaeis. Et quidem principio

Ex Ethnicis (*)

I. *Philoſophi* Moſe veteſtiores, aut ipſi, qui natus eſt an. Mundi 2433. forte coaevi, ab nullo Authore Mundum eſſe conditum docuerunt. Contra eos ſuam Geneſeos hiſtoriam Moyſes objecit, quemadmodum teſtari videtur *Philo* Judaeus in Coſmopoeia ſub init. per haec verba „ quidam mundum magis quam mundi creatorem admirantes, „ illum quidem non factum & aeternum adſerunt, Deum vero alto „ in otio degere impie mentiuntur; quum debuiſſent contra hujus qui„ dem ut conditoris & patris admirari potentiam, illum vero non „ praeter modum venerari. At Moyſes tum philoſophiae faſtigium „ adſequutus, tum oraculo de praecipuis naturae arcanis edoctus, animadver-

ADNOTATIO.

(*) PRofecto paucis exponi nequit quantum a vero plerumque Paganiſmus aberrarit in ſtabilienda Mundi geneſi, & quantum ſubinde in ſuis de ipſa geneſi placitis diſcreparint ejuſdem Sophiſtae. Adeo quidem, ſi lucerna fidei abfcedat, plena tenebrarum res eſt, arduiſque difficultatum ſalebris impervia! Juſto ero prolixior, ſi adgrediar fabuloſa quaeque gentilium Philoſophorum, Poëtarumque ſyſtemata expendere, immo & recenſere.

Nonnulla in Proluſionis decurſu pro inſtituto noſtro delibamus: perplura exponunt *Euſeb.* praep. evang. l. 1. c. 7. ſqq. *Baſil.* in Hexaëm. hom. 1. n. 2. *Ambr.* etiam in Hexaëm. l. 1. c. 1. *Laërt.* de rebus Philoſ. *Cudworth.* in Syſtem. int. cnm *Moſhemii* adnotat. *Stanlei. Brucker. Capaſſ.* in hiſt. Philoſoph; & ii quidem ſinguli ſparſim, ubi de Philoſ. ſyſtem.

Tum *Nat. Alex.* hiſt. vet. Teſt. primae aetatis, art. 3. *Calmèt.* diſſ. de ſyſtem. mundi ex veteri Hebraeorum ſenrentia, commentario in Ecclicum praefixa, art. 5. plerique demum ſacri Interpretes cum *Corn. A Lapide* in Geneſ. cap. 1. verſ. 1.

Quod vero Pagani Philoſophi atque Poëtae ſuis de mundi origine producendis ſyſtematis, plerumque ex Moſis hiſtoria ſuos irrigarint hortos, ſatis ſuperque liquet ex eorumdem commentariis cum Moſaica Geneſeos hiſtoria collatis; idque poſt veteres Patres luculentiſſime demonſtravit *Huetius* in demonſtr. evang. c. 3. ſqq. Ipſam tamen ſacerrimam hiſtoriam, uti alias plura, nimium deformarunt, ac infinitis propemodum fabulis, Graeci praeſertim, obduxerunt, ut late probat idem Author cap. 8.

„ madvertit duo esse in rebus necessaria ; alterum causſam agentem , al-
„ terum quod ab agente adficitur . (*a*)

II. *Thautus* ille celebratiſſimus & antiquiſſimus Theologiae Phoenicum Author , apud *Pseudo Sanchuniatonem* , quem procudit Porphyrius , rerum omnium principium conſtituit in aëre tenebricoſo , ceu vento quodam agitato ; vel potius in obſcuro , ſubtilique aëre , tanquam vento vel ſpiritu ; ac in chao , obſcura quadam , confuſaque in abyſſo demerſo . Et is quidem perplurium Seculorum intervallo , ut ipſe commentus eſt , rerum ſtatus , e quo denique , nullo divinitatis interventu , mundus exortus eſt . (*b*) Ceterum nonnulli apud Eruditos Viros merito ſuſpicantur , Hebraeum aliquem Doctorem ſyſtema illud ex Moſis Geneſi perperam intellecta procudiſſe . (*)

III. *Proto-Sophiſtae Aegyptii* ſub III. quoque Mundi Chiliadem duo ſtatuerunt rerum mundanarum principia , omnis boni & generationis unum , omniſque mali & corruptionis alterum . (En tibi originem impiam duorum principiorum , quae jam a primis Eccleſiae Chriſti cunabulis heterodoxi greges invexerunt) Tum rerum omnium initium Oſiridi ſeu ſoli tanquam principio activo , atque Iſidi ſeu lunae tanquam principio paſſivo , Typhoni demum ſeu mundo adtribuebant . (*c*)

IV. *Philoſophi plerique veteres* rerum creationem , aut productionem , a quovis praejacente ſubjecto independentem , ut impoſſibilem inficiati ſunt , quibus nempe illud receptum erat ac veriſſimum , ſed perperam intellectum , *ex nihilo nihil fit* . Immo ipſis pleriſque familiare fuit , huic fundamento & principio totum ſyſtematum ſuorum longe abſurdiſſimorum aedificium ſuperſtruere . Heinc vulgo apud ipſos duo pariter ſunt rerum omnium principia , nempe agens & patiens ,

(*a*) Conf. *Maimonides* par. 2. c. 30. *More Nevoch.* tum *Petav.* de Opif. ſex dierum l. 1. c. 1. §. 2. *Cleric.* p. 3. comment. in Pentat. *Spencer.* l. 1. c. 4. ſect. 9.

(*b*) Conferendus *Euſeb.* de praep. evang. l. 1. c. 10.

ADNOTATIO.

(*) Clariſſ. Vir *Petrus Huetius* in demonſtr. evang. cap. 3. ſub perſona hujuſce Thauti , qui tandem Deus Phoenicibus fuit , Moſem , ſacrae Geneſeos Mundi Authorem , latentem deprehendit ; immo & ipſum Moſem ſub pleriſque Mythicae vetuſtatis numinibus deſignari contendit , puta ſub perſonis Mercurii , Serapidis , Oſiridis , Prothei , Vulcani , ac ſimilium .

Id tamen Syſtema , quamlibet acutiſſimo ingenio , uberrimaque eruditione propoſitum & explanatum , haud omnibus probatum eſt ; quod nempe veteres quoſque Philoſophos ad Patriarchas Hebraeorum , praeprimis ad Moſen , obtorto collo , eſto in obſequium fidei , trahere videatur . Hic quidem *Bruckeri* ſenſus in Hiſt. Philoſ. c. 4. p. 561. ; qui alias in Huetianis commentariis , quos infinita propemodum , ſelectaque eruditione confertos jure depraedicat , ſolidiorem , ſeverioremque criticen deſiderat .

Secus alii ſentiunt . Conferendi in hanc rem *Scultet.* praefat. in antidagma 18. *Budde.* iſag. hiſt. theol. l. 2. c. 1. a p. 431. *Samuel Pufendorf* in epiſt. ad fratrem , *Joan. Al. Fabricius* hiſt. Biblioth. Fabricianae par. 4. de libris in quarto vulgari §. IX.

Quod demum ad praefatum adtinet Thautum , ſi idem reapſe author fuerit hujus , quod nuper indicavimus , ſyſtematis , ex eo ſaltem capite Moſem minime retuliſſe quis ſanae mentis non duxerit ?

(*c*) Conf. *Laërt.* de vit. & ſent. Philoſ. in prooem. ſegm. 10. & 11.

ſeu Deus & materia aeterna ac improcreabilis, ut loquitur *Apulejus*, per quam Deus creet & ſingula, vel potius ex qua omnia educat. Quin & ex iis, quibus materia ſeu mundus Deo coaeternus eſt, eum nonnulli a Deo dependentem voluerunt, alii vero prorſus independentem (*d*).

Itaque in eorum cenſum, qui Mundum temporanea creatione a Deo artifice fabrefactum denegarunt, ii ſpeciatim vulgo referuntur.

Principio *Plato* (*e*) & *Platonici Diſcipuli*, praeſertim recentiores, e. g. *Proclus* (*f*) *Simplicius* (*g*) *Plotinus*, *Porphyrius*, *Jamblichus*, *Macrobius* (*h*)... *Ariſtoteles* cum *Schola ſua Peripatetica vetuſtiore* (*i*).... *Strato* Lampſacenus cum ceteris vere *Atheis* (*k*) iique ulterius nugati ſunt, infinitos ante hunc noſtrum natos fuiſſe mundos ac diſſipatos, omnique monſtrorum, imperfectorumque animalium genere refertos (*l*)... *Zeno* Citieus cum *Secta* ſua *Stoica* (*m*).

Deinde *Democritus*, cui hoc placuit confingere de mundo ſyſtema: ex fortuito atomorum concurſu cuncta genita ſunt ac generantur; atque haec omnium lex ſola eſt (*n*)... *Xenophanes* Colophonius, ſectae Eleaticae parens, qui nihil ex nihilo fieri hoc ſenſu docuit; quod nempe res quae ſemper non fuit, nunquam exiſtere poſſit, ſubindeque quidquid eſt, id ſemper fuerit, & quidem aeternum, unicum, invariabile. (*o*).., *Epicurus*, qui preterea decrevit, Univerſum eſſe infinitum, aeternumque; hunc vero mundum, caſu efformatum ex fortuito atomorum occurſu & concurſu, finitum eſſe & aliquando periturum (*p*).

Iis inſuper vulgo adcenſentur *Epicharmus* (*q*)..., *Ocellus Lucanus* ſecta

(*d*) Conf. *Juſtin.* in cohort. ad Graecos a n.3. *Theodoret.* ſerm.5. de materia & mundo, in t. 4. ejus oper. p. m. 528. ſqq. *Perſius* ſatyra 3. v.78. ſqq. *Raynaud.* theol. nat. diſt.8. a n.319. *Th. Gataker.* in Antonini librum 4. §.4. & l.5. §.13. *Cudvvorth.* ſyſt. int. t.1. c.1. §.31. p.48. cum notis *Moſhem.* n.4. *Brucker.* hiſt. Phil. t.1. a p.676. & in amoenit. liter. t.8. a p.304. demum *ſuperius* a nobis adſerta Par.I. Tom. II. p.90. & 91.

(*e*) Ap. *Athanaſ.* l. de Incarn. n.2. in tom.1. oper. n. 2. p.48. *Juſtin.* in Paraen. ad Graecos n.5. p.10. *Epiph.* haer.6.*Brucker.* hiſt. Phil. t.1. a p.676. & in amoenit. liter. t.7. a p. 304.

(*f*) In argumentis 9. 11. 12. pro mundi aeternit.

(*g*) L.8. Phyſic. in digreſſ. contra Philopponum, quae habetur poſt text.9.

(*h*) Ap. *Viveſium* in D. Aug. de civ. l. 10. c.31.

(*i*) Ap. *Ambroſ.* in Hexaëm. l.1. *Atticum* Platonicum ap. & cum *Euſeb.* praep. evang. l.15. c.6. *Cameracenſ.* in 4. q.1. lit.A. *Magium* l.1. de mundi exuſtione c.1. *Bened. Perer.* in c.1. Geneſeos, & Phyſic. c.7. *Valeſium* controv.8. ſub fin. *Gaſſend.* in Phyſic. ſect.1. l.1. c.6. *Huet.* in qq. Alnet. l.2. c.5. *Jac. Thomaſ.* de Stoica mundi exuſtione diſſ.4. *Moſhem.* ad Cudvvorth. t.1. p.141. n.6.

(*k*) Conf. *Tull.* quaeſt. Academ. l.4. c. 38. *Laërt.* in Stratone ſeg.58. *Cudvvorth.* in ſyſt. int. t.1. p.101. *J. A. Fabricius* bibl. graeca l.3. c.101. *Schloſſerius* diſſ. de Strat. & ejus Philoſ.

(*l*) Lege laud. *Cudvvorth.* t.2. a p.813.

(*m*) Ap. *Epiphan.* haer.5. *Plutarch.* de placit.philoſ.l.2. c.1. *Laërt.*l.7. ſegm.143.quos fideliter exſcripſit laud. *Bruck.* t.1. p.922.

(*n*) Conf. *Clem. Alex.* 2. ſtrom. & l.2. Paedag. *Cudvv.* t.1. p.101. *Bruck.* t.1. p.1187. *Laërt.* in Democrito, ſegm.44. *Gaſſend.* in Philoſ. Epicuri ſect.2. c.5.

(*o*) Ex *Clem. Alex.* ſtrom.5. & 7. *Laërt.* l.9. ſegm.19. *Ariſt.* l.1. Metaph. c.5.

(*p*) Lege *Euſeb.* praep.ev. l.1. c.8. *Laërt.* l.10. ſeg. 38. *Plutarch.* de placitis Phil. l.1. c. 20. *Athanaſ.* l. de Incarn. n.2.

(*q*) A laud. *Bruck.* in amoenit. lit. t.8. p.304.

ſecta Pythagoreus (*r*) *Galenus* (*s*) ... *Cleanthes* (*t*) *Chalcidius* Platonicus (*u*) cujus quidem Chriſtianam profeſſionem ii adſerunt cum *J. A. Fabricio* (*x*) illi vero mordicus negant cum *Moſhemio* (*y*) ... *Crantor* cum Diſcipulis (*z*) ... Tandem, ut reliquos plures mittam, ab Scriptoribus Hiſtoriae Philoſophiae ſparſim vulgatos, *Lucretius* Epicureus cenſuit, cecinitque (*a*).

Nullam rem e nihilo gigni, nil poſſe creari
De nihilo ...
Nam ſi de nihilo fierent, ex omnibu' rebus
Omne genus naſci poſſet, nec ſemine egeret (*).

V. *Veteres itidem Philoſophi* alias ſaepe a recta via aberrarunt in ſuis de creatione mundi opinionibus. Siquidem nonnulli, (praeter *Heraclitum* Epheſium, *Zenonem* Eleatem & alios, quibus mundus multiplex fuit) infinitos mundos ſomniarunt. E. g. *Archelaus* Athenienſis aut Mileſius, Anaxagorae auditor & ſubceſſor an. M. circ. 3700; tum *Metrodorus*, *Anaximander*, *Anaximenes*, *Ariſtarchus*, *Xenophanes*, *Diogenes*, *Democritus*, *Leucippus*, *Epicurus*, *Anaxarchus*, Alexandri Magni coaevus (*b*).

VI. *Addendi*, ut alios ex multiplici capite Errones lubenter mittamus, qui mundum, aut coeleſtia ſaltem corpora eſſe animata autumarunt; quales vulgo feruntur e Priſcis Philoſophis permulti *Chaldaei*, *Aegyptii*, *Graeci*; e Judaeis *Philo*, & *Rabbi Moyſes*; e recentiore Arabum

(*r*) In l. de univ. c.1. §.11.
(*s*) In l.2. de uſu partium.
(*t*) In l. de atomis.
(*u*) In Timaeum c.1. §.23. p.285. ex edit. *J. A. Fabricii* 1718.
(*x*) In Bibl. lat. l.3. c.7. p.554.& alias.
(*y*) In not. ad Cudvv. t.1. p. 732. ſqq.
(*z*) Ap. Proclum in Timaeum Platonis pag. 85.
(*a*) Libro 1.

ADNOTATIONES.

(*) I. EX adlatis pro mundi aeternitate Philoſophis, nonnulli Platonem purgant; puta *Euſeb.* pr. ev. l.15. c.6. *Ambr.* in Hexaëm. l.1. c.1. n.3. *Hierocl.* l. de provident. fere *Auguſt.* civ. l.10. c.31. *Plutarchus*, *Atticus*, *Severus* ap. *Ludov. Viveſium* in eum Auguſtini locum. *Theodoret.* 1v.contra Graecos, circa med. *Nicetas Coniat.* in theſauro orthod. fidei l.1. c.3. *S.Th.* 8. Phyſic. lect. 2. *Marſil. Ficin.* in compend. Timaei Platon. c.9.ſqq. Et quidem „ ſi ex libris, quos habemus, Platonis, maxime ex Timaeo, „ ſententia hominis metienda ſit, id quod fas „ eſſe puto, nullum omnino eſt dubium, quin „ mundum conditum & a Deo generatum „ eſſe putaverit „. Ita prudenter *Moſhem.* in Cudvv. t.1.p.286. n.63.eique nullus, qui laudatum praecipue Timaeum legerit, reor, obſtinate refragabitur.

II. Varia quoque varii ut Stagyriten Ariſtotelem vindicarent. Videlicet *S.Th.* proxime laud. *Udalric. Argentina* in 2. diſt. 1. q.1. ſub fin. *Ludov. Molina* in 1. p. q.45. ar.1. in comment. *Suarezius* in Metaph. diſp. 20. ſect.1. n.23. & de op. ſex dier. l.1. c.1. n.3. *Guilielm. Saldenus* in otiis theologicis, exercit. 5. de Prae-Adamitis n.1. *Soncinas* in Theol. Ariſt. l.3. c.148. p.422, alii. Mihi vero contra torrentem adcuratiorum Interpretum de ſententiis veterum Philoſophorum pugnare, temeritati fere ſimile videtur.

III. Id ipſum quidem definire non abnuo comparate ad perpaucos alios, qui unius vel alterius ex notatis Philoſophis patrocinium ſuſceperunt. Conferendus praemaxime in hanc rem laud. *Moſhem.* in diſſ. de creatione ex nihilo, quae exſtat ap. tom. 2. Cudvvorthi a p.957. ad 1000.

(*b*) Conf. *Laërt.* in eorum vitis. De hoc ipſorum dogmate plura ſparſim laudati *Cudvvort. Moſhem. Brucker.*

bum disciplina *Avicennae*, *Algazelis*, *Alpharabius*, *Albumazar*; ex Astrologis *Ptolomeus* & alii (*c*).

Ex Hebraeis

I. *Anonymi Doctores e Talmudica Schola* adspectabilem mundum statuerunt duplicem, rati, praesentem hunc non esse primum, sed alium eum antecessisse, destructum anno ipsorum Sabbatico, quum jam per sex annorum millia constitisset. Quippe opinabantur, singulis septem annorum millibus destrui mundum, & tunc novum a Deo Creatore aedificari (*d*). In eandem sententiam concessisse videtur ex ipsorum grege *Rab. Abbhu*, haec adiecens, *habemus quod Deus aedificavit mundos, & illos iterum destruxerit* (*e*).

II. *Talmudistae* iterum fabulosum illud commentum venditarunt de concursu XXII. literarum Alphabeti Hebraei ante Dominum, quum mundum tandem creare vellet; quasi Deus earum literarum auxilio destitutus quicquam efficere nequivisset. Heinc gravis apud Talmudicos Doctores oborta contentio super litera, qua Deus orbem condidit (*f*).

III. *Rabbini* alii commenti sunt, Deum anteaquam mundum conderet, creasse Angelos; tum eos in concilium adsciviss, atque expetiisse suffragium pro mundi, sive, ut aliis placuit, pro hominis creatione: quasi Dominus infinite Sapiens creaturae indiguisset consilio (*g*) (*).

IV. *Cab.*

(*c*) Plura de hisce Erroribus in nostra *Hist. dogm. pol.* in utraque Parte sparsim.

(*d*) Ex *Guil. Saldeno* in otiis theol. exercit. 5. a p. 62. ubi conjectat, refellitque eorum fundamentum pro hac opinione, quod scilicet Mosaica creationis mundi historia initium ducat ab hebraica litera ב, quae binarium indicat numerum. Desidero tamen in Saldeno documentum quod haec sua effata testetur. Et vero nugas alias iis adsimiles circa Deum Universi Creatorem, percenset e *Talmude* Judaico *Basnagius* in hist. Jud. t. 2. l. 3. c. 6. §. 12. p. m. 712. Eum consule.

(*e*) Ap. laud. *Salden.* ex *R. Menasseh Ben-Israel* in problem. de creat. 12.

(*f*) Putidam fabellam, inanemque litem, quas recensere taedet, habes ap. laud. *Bartoloccium* in Bibl. magna Rabbinica t. 1. p. 690. sqq.

(*g*) Viles hasce nenias late profert laud. *Bartoloc.* p. 263. sqq.

ADNOTATIO.

(*) ANne vero Rabbinica illa sententia de creatione Angelorum ante mundi productionem, erroris, immo haereseos nota merito inurenda? Porro ap. *C. Lateran.* IV. an. 1215. coactum in decreto 1. definitur, quod Deus *simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem & corporalem, angelicam videlicet & mundanam, ac deinde humanam quasi communem ex spiritu & corpore constitutam*, ap. *Harduin.* in collect. CC. t. 7. p. 15. ad eum an.

Ceterum Rabbinicam illam opinionem perplures olim, cum Graecae, tum Latinae Ecclesiae Patres adseruisse deprehendimus; e. c. e Graecis *Origen.* tr. 9. in Matth. *Basil.* ap. & cum *Anast. Sinait.* l. 1. Hexaëm. sub init. *Nazianz.* orat. 42. in Pascha, & orat. 38. de Nativit. ibique *Nicet.* §. *Quoniam autem. Chrysost.* l. 1. de Provid. fere sub init. *Mosem* Episc. Syrum de paradiso par. 2. c. 7. *Damasc.* de fide orthod. l. 2. c. 3: sub fin; immo omnes Doctores Graecos, ut Author est *S. Thom.* 1. p. q. 61. a. 3. ad 1.

E Latinis vero *Pseudo-Clem.* l. 8 constit. c. 12. *Hieron.* in Titum c. 1. *Ambr.* in Hexaem. l. 1. c. 5. *Cassian.* collat. 8. c. 7. *Hilar.* de Trinit. l. 12. post med. *Isidor.* l. 1. sent. c. 12. *Gregor.* 28. Moral. c. 7., ut taceam Authorem, *Gennadium* vulgo creditum, libri de eccl. dogm. c. 10., qui, me judice, perperam trahitur in hanc partem.

Ec-

IV. *Cabbaliſtae Rabbini* hoc de creatione mundi ſyſtema confinxerunt. 1.° nihil ex eo quod non eſt fit atque oritur. 2.° Deus non fuit cauſſa mundi efficiens, aut producens libera, a qua nempe effectus vere diſtinguitur, ſed cauſſa emanativa aut neceſſaria, cujus effectus plane fuerit ejuſdem cauſſae pars & particula. 3.° primum produxit Deus Adam Kadmon, cujus ope & auxilio cetera deinde omnia effecit.

Heinc vero haec liquido fluunt impia conſectaria. 1. Mundus aeternus eſt, eumqne Deus neceſſario condidit. 2. Quodlibet creatum eſt particula divinae eſſentiae; atque adeo univerſa natura eſt Deus modificatus. 3. Non eſt Deus creatorum omnium immediatus ac proximus effector. 4. Nulla eſt materia, ſed creata omnia ſunt ſpiritus (*h*).

His adde mundorum pluralitatem, adſertam in quodam Codice mſ. Cabbaliſtico, ex iis pluribus, qui olim uſui fuerant *Joanni Pico* Mirandulae Comiti (*i*) (*).

I. *Simon*

Ecquis autem prudenter cenſeat, opinionem tanta fultam authoritate reprobare tanquam haereticam Concilium, ubi oppoſitam tanquam fide ſanctam definierit?

Dicendum itaque arbitror, heic Concilium duntaxat ex profeſſo definire temporaneam Univerſi totius procreationem, adverſus priſcos Philoſophos, & inſequutos Heterodoxos; articulum vero de ſimultanea Angelorum una cum reliquis Univerſi partibus productione, obiter duntaxat & per tranſennam propoſuiſſe; quae propterea tanquam fide certa minime definita eſt, ex regula pleriſque omnibus Theologis probatiſſima, quam ſupra tradidimus in Tom. I. de Prodromis, Prodromo III. n.70. p.305.

Heinc *S. Thom.* qui probe noverat & expenderat praefatum conciliare decretum, in citato articulo quamprudenter adſeruit, hanc Rabbinorum, Graecorumque Patrum, qua de agimus, opinionem, tametſi minus probabilem, non autem eſſe reputandam erroneam.

Plura in hanc rem, nobis adſtipulantes, *Doctores* alii cum *Cajet.* in cit. locum S. Thomae, *Suar.* de Angel. l.1. c.3. n.6. ſqq. *Vazq.* 1. p. d.224. fere per tot. *Bartolocc.* proxime cit. a p.265. quos adeas.

(*h*) Conf. *Henric. Morus* in Cabbala denudata par. 2. tom.1. ubi de fundamentis Cabbalae Aëto-paedo-meliſſaeae p. m. 293. ſqq. & *Paull. Bergerus* in Cabbaliſmo Judaico-chriſtiano detecto c.3. §.26.

(*i*) Ap. *Jo. Chriſtoph. VVolfium* in Bibl. Hebraea t.1. in adpend. ſeu ipſorum Codicum indice, exarato a Jac. Gaffarello, p. m. 21. ſub fin.

ADNOTATIO.

(*) *Cabbaliſtae* dicti ſunt a *Cabbala*, vel *Kabbala* judaica, ſeu diſciplina cabbaliſtica, quam profeſſi ſunt. *Cabbala* vero, hebraeum nomen, idem ſonat ac *Traditio*, ſeu *Receptio*, hoc eſt doctrina a Moſe ore tenus tradita Hebraeo populo, & ab ipſo recepta & adſervata; ut mittam multiplex aliud etymon, paſſim obſervatum & expoſitum ap. adcuratiores *lexicographos* art. *Cabbala*, alioſque Hebraeos Scriptores, de ſua *Cabbala* pertractantes.

Diſciplina haec, ſi Hebraeos audias, ſacerrimam continet doctrinam, at obſcuriſſimis tamen, ac fere impenetrabilibus, etiam penes ipſos, arcanis & aenigmatis obvolutam.

Porro magna eſt ac pene incredibilis inter chriſtianos Authores in hancce Cabbalam cordium, mentiumque varietas. Sunt qui eam tanquam donum coelicum ac pene divinum recipiunt, oſculantur, amplectuntur, ad ſidera efferunt, interpretantur cum *Pico Mirandulano* in ſuae Apologiae quaeſt.5. & in dogmatis e Cabbaliſticis Codicibus excerptis, *Archangelo Burgonovenſi* in commentariis in eadem excerpta dogmata, *Joan. Reuchlino*, alias *Capnione*, tr. de arte Cabbaliſtica, *Athan. Kircherio* in oedipo Aegypt. t.1. de Cab-

Ex Heterodoxis Chriſti nomine inſignitis

I. *Simon Magus* ſtulte docuit, mundum hunc adſpectabilem, non a Deo, ſed ab Angelis fuiſſe conditum; Angelos vero ex ſe & ex femina circumlatrice, quam Helenam vocavit, progenitos eſſe (*k*).

Simonis de mundo ab Angelis condito commentum perplures ſibi ſimiles deinceps amplexi ſunt: puta *Menander* & *Baſilides*, ejus diſcipuli

Cabbala, *Alſtedio* in encyclop. l.10. c.1. & l.35. ſect.4. §.1. & alias, *Paull. Riccio* ubi de Talmudica doctrina, *Petro Galatino* de arcan. cathol. veritatis l.1. c.6. & alias; quibus adcedere mihi videntur ex parte *Campegius Vitringa* in obſervat. ſacr. l.1. c.10. *Henr. Morus* in Cabbala denudata, 4. tomis in 4. & quotquot prolixos prodiderunt commentarios in Cabbaliſticum Zephirot.

Sunt autem vice verſa, & quidem communiſſime, qui eam tanquam putidiſſimum Judaeorum commentum repudiant, abominantur, oppugnant, flocci faciunt, cum *Fraſſenio* in diſquiſ. bibl. l.2. c.2. §.6. *Nat. Alex.* hiſt. vet. teſtam. t.2. diſſ.4. art.3. *Richard. Simonio* hiſt. critica vet. teſt. l.1. c.7. & l.3. c.5. & alias, *Authore* bibliothecae criticae ſacrae, editae Bruxellis 1705 t.3.diſſ. 11. a p.1. ad 68. *Paull. Bergero* proxime laud. c.1. & deinceps, *Auguſto Pfeifero* in critica ſacra c.7. *Baſnagio* in hiſt. Judaeor. t.2. l.3. c.10. ſqq. laud. *V Volfio* t.2. l.7. per tot.

Nonnulli praeterea, etiam ex iis, quos pro utraque parte recitavimus, tum plerique *Lexicographi* ſub artic. *Cabbala*, ternas diſtinguunt Cabbalas, puta bonam, indifferentem, pravam. Ex iis bona fuit priſcorum Judaeorum, qui Chriſti ortum praeceſſerunt, continetque myſticam, ſecretamque ſacri Codicis expoſitionem ore traditam, idque non omnibus, ſed populi ſenioribus & ſapientioribus. Hujus Cabbalae, ſeu doctrinae videntur nonnumquam meminiſſe veteres Patres.

Indifferens adſcribitur recentibus Judaeis, qui primaevam illam Cabbalam ignorantes aut negligentes, omnem ſuam ponunt operam in adnotandis ſacri Codicis hebraici elementis, punctis, adcentibus, ut myſticos inde ſenſus eliciant; ut nempe ex multiplici combinatione, permutatione, compendio, valore arithmetico, atque figura & vi elementorum ſacra Myſteria eruant, vel potius divinare contendant.

Prava, aliis practica, recentium quoque Judaeorum diſciplina eſt; eaque potiſſimum occupatur in elementis aut verbis hebraicis Scripturae promiſcue compoſitis, ac mirum in modum detortis; e quibus videlicet ejus facultatis doctores & profeſſores opinantur ſe Angelis familiares reddere, poſſe patrare miracula, fugare daemones, quoſlibet morbos depellere, & quidem tanquam virtute divini Verbi, quum tamen aperte ſit ejuſdem diabolica profanatio: quocirca nonnullis haec ars cabbaliſtica origo eſt omnis daemonolatriae, atque idololatriae fons.

His ipſe quartam adderem ſpeciem, infidelem ſcilicet, aut haereticam, quae nempe dogmata chriſtianae fidei contraria cudit ac profitetur; & ea quidem vel ex Talmude Rabbinico, vel ex privata cujuſpiam Cabbaliſtae opinione petita.

Jam vero ex iis primam ſeu bonam Cabbalam nemo unus, me judice, merito repudiandam eſſe cenſuerit. Secundam aut indifferentem, uti arbitror, receperunt abſque crimine, commentariiſque illuſtrarunt plerique ex chriſtianis, quos mox adpellavimus, ſcriptoribus, & quidem vel aliqua animi paſſione abrepti, vel oſtentandi ingenii ac eruditionis cauſſa. Tertiam demum & quartam, ſeu pravam & haereticam quis niſi caecutiens in meridie non rejecerit penitus, diriſque omnibus non devoverit?

Paucis itaque Cabbalae notionem, diviſiones, ſententias, tractatores, pro noſtro inſtituto indicavimus, ac in re ſatis obſcura & implexa mentem noſtram aperuimus, ubi de Cabbaliſtis Erronibus prima ſeſe offert diſputatio. Qui plura voles, adeas mox laudatos Scriptores, nec deinde praetereas *Sixt. Senenſem* in Bibl. S. l.2. art. *Eſdraſ.* tum *Serar.* in Joſue c.10. q.2. *La Haye* in prolegom. ſect.28. per tot *Mich. Medinam* de recta in Deum fide l.2. c.7. p.61. & l.7. c.14. p.248. *Petr. Cunaeum* de rep. Hebraeor. l.3. c.8. cum Notis *Blaſii Ugolini* ap. theſaurum antiq. ſacrarum, volum.3. a p.m.CMV.

(*k*) Conf. *Tertull.* l. de praeſcript. c.46. *Iren.* l.1. c.20. & 21. *Epiph.* haer. 21. n. 2. *Theodor.* l.1. haeret. fab. c.1.

puli (*l*) ... *Carpocratiani* (*m*) ... *Cerinthus* (*n*) ... *Nicolaitae* (*o*) ... *Cajani* & *Sethiani*. (*) ... *Archontici* (*p*).

Hoc ipſum ex parte delirium ſomniaſſe videntur ex priſcis *Saturninus*, & ex recentioribus *Bogomili*, atque *Stadinghi*, quos omnes alias produximus. Et quidem *Saturninus* pervulgavit, mundum viſibilem ab ſeptem Angelis praeter Dei conſenſum exſtructum fuiſſe cum illis ex Geneſ. 1. verbis, *faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram* (*q*) *Bogomili* vero creatorem mundi fecerunt Satanaëlem, aut Satanam (*r*) *Stadinghi* denique Luciferum crediderunt coeleſtium conditorem, & ad priſtinam olim gloriam praecipitato Domino rediturum (*s*).

II. *Hermogenes*, Valentini magiſter, pervetuſtum Philoſophorum dogma de materia ingenita, Deoque coaeterna retinuit (*t*).

In eodem haeſiſſe luto feruntur *Manichaeus* hoc eſt *Manes* architectus Manichaeiſmi, *Marcion*, *Valentinus* (*u*) ... *Seleuciano-Hermiani*, addentes, creatores animarum eſſe Angelos de igne & ſpiritu (*x*) ... *Anonymi* Philoſophi Pariſienſes, *Ekardus*, *Riſwich.* (*y*).

III. *Nicolaitae* fabulati ſunt, complures Aeones aut Deos, Spiritus ſeptem ac daemones ortum duxiſſe ex concupiſcentia & commixtione tenebrarum cum lumine (*z*).

IV. *Duitae* ſeu *Dualiſtae* plurimi, hoc eſt duos deos aut duo contraria ponentes principia, unum boni & aliud mali, huic rerum (plerumque viſibilium) procreationem adſcripſerunt. In ejuſmodi tenebrionum cenſum ii noſtra opinione incunctanter referendi:

Cerdon Alexandriae Epiſcopus ſub an. circ. 144. (*a*) ... *Apelles*, Marcionis auditor, an. circ. 146. (*b*) ... *Manes*, alias *Cubricus*, Mani-

(*l*) Ap. *Epiph.* haer. 22. & 24.

(*m*) Ap. *Iren.* l. 1. c. 24. *Epiph.* haer. 27. *Euſeb.* hiſt. l. 4. c. 7.

(*n*) Adfirmat *Aug.* c. 8. innuit *Iren.* lib. 1. cap. 25.

(*o*) Eos unum reperio Auguſtinum indicare cap. 5.

ADNOTATIO.

(*) ITa refert *Laur. Cozza* in comment. in lib. S. Auguſtini de haereſ. cap. 1. n. 82. Optarem equidem ut teſtem produceret; nec enim eum de duabus pariter hiſce Sectis errorem lego apud priſcos Patres, ubi inſana de ipſis proferunt dogmata.

E. c. ipſum omnino tacent *Iren.* l. 1. c. 35. *Auguſt.* de haer. c. 18. 19. *Philaſtr.* de haer. c. 2. 3. *Theodoret.* haeret. fab. l. 1. c. 14. 15. Et unus *Epiph.* haer. 39. n. 1. Sethianos ejuſmodi erroris inſimulat.

(*p*) Ex *Aug.* c. 20.

(*q*) Ex *Tert.* de praeſcript. c. 46. *Aug.* c. 3. *Theodor.* haer. fab. l. 1. c. 3.

(*r*) Ap. *Euthimium* in panopl. par. 2. tit. 23. c. 7.

(*s*) Ex literis *Gregorii* P. IX. dat. ad Conradum Marburgenſ. & alios, ap. *Raynald.* in Annal. ad an. 1233. n. XLIV.

(*t*) Eum nervoſe confutavit *Tertull.* in comment. adverſus Hermogenem; retulit duntaxat *Theodor.* haer. fab. l. 1. c. 19.

(*u*) Ap. *Chryſoſt.* t. 4. edit. Montfouconianae, hom. 2. in Geneſ. n. 3.

(*x*) Teſtatur *Aug.* c. 59.

(*y*) Eos in ſcenam produximus *ſuperius* Tom. II. Par. I. p. 90. & 91.

(*z*) Ex *ſupra* adſertis Tom. I. p. 328. Art. IV.

(*a*) Ex *Epiph.* haer. 41. n. 1.

(*b*) Ex eodem *Epiph.* haer. 44. & Aug. haer. 23.

chaeorum Author inſtitutus an. circ. 277. aut 280. (c)... *Priſcillianus*, Abulenſis apud Hiſpanos Antiſtes, Priſcillianiſtarum parens IV. Chr. Seculo jam vergente (d)... *Paulliciani*, duce *Paullo* Samoſateno Seculo VII. (e).. *Albigenſes* an. circ. 1206. (f)... *Cathari* & *Valdenſes* &c. (g) (*).

V. *Ori-*

(c) *Epiph.* haer. 66. *Aug.* haer. 46.

(d) Conf. *Aug.* haer. 70. & l. 2. retract. cap. 60.

(e) Ex *Petro Siculo* hiſt. de vana & ſtolida Manich. haereſi, *Jo. Damaſc.* dial. contra Manich. *Phot.* hiſt. Manich. edita a Montfauc.

(f) Hiſt. Albigenſium c. 2. Authore *Petro Vallicernenſe* ap. Biblioth. Ciſterc. Tiſſierii t. 7. ſub init.

(g) Ap. Cl. *Ricchin.* in V. Monet. diſ. 1. c. 4. quem conſulas, & ap. *Boſſuet.* in variat. l. 11. &c.

ADNOTATIONES.

(*) I. LIquido plane conſtat inter Eruditos, ex doctrina priſcorum Haereſeologorum, cum Epiph., multo plures ea duo principia cooptaſſe ex adſertis *ſuperius* Par. I. Tom. II. pag. 10: qui vero principium illud malum perſpicue ac indubitanter effecerint mundi viſibilis creatorem, ii ſaltem ſunt, quos ultimo loco advocavimus.

Quin & ex iis ipſis *Apelles*, quum decreverit Deum malum a Deo bono effectum fuiſſe, nec bina principia aeque prima poſuerit, ut Authores ſunt laud. *Epiph.* & *Aug.* ubi de Apelle; remote ſaltem, ac mediis cauſſis ab eodem conditis, in Deum bonum, tanquam in authorem, mundi opificium retulit. Ita *Gabr. Vazquez* in 1. p. t. 2. d. 171. c. 1. n. 3. cui lubenter ſubſcribimus.

His vulgo adcenſentur ab pleriſque Theologis *Gnoſtici*, adlegatis *Auguſtini* verbis c. 6. de Gnoſticis, *dicunt quoque bonum Deum & malum Deum in ſuis habere dogmatibus*. Sed haec tamen minime innuunt, in ſuis habere dogmatibus, malum Deum eſſe mundi viſibilis molitorem. Nec hujus quidem dogmatis diſerte adcuſatos Gnoſticos alias hucuſque reperire licuit.

II. Eruditiſſimum Vir *Jo. Chriſtoph. VVolfius* in Manichaeiſmo ante Manichaeos & in Chriſtianiſmo redivivo, nimium liberalis, immo prodigus in amplificando Manichaeiſmo, iis, quos nos jam pridem & modo nominavimus, Dualiſtis, duorum ſaltem principiorum profeſſoribus longe plures adnumerat, e. c. *Simonem Magum*, *Menandrum*, *Saturninum*, *Hermogenem*, *Sethianos*, *Ophitas*, *Dorcetas*, *Mahumedem* & c. At mea tamen ſententia, tenuibus plerumque conjecturis uſus, rem quidem raro aut nunquam conficit; nec ſecus plane ſentiet qui eruditiſſimum commentarium evolverit ac penitius expenderit.

Inſtar plurium exemplo ſit *Simon Magus*, quem *Duitarum inter Chriſtianos authorem ac primipilum habendum* jubet p. m. 175. edit. Hamburgenſ. 1707. Eccur autem? Eo praecipue quod teſtetur *Iren.* l. 1. c. 28. *Cerdonem dogma ſuum de duplici Deo Simonianis adceptum ferre*. Heic vero qui Simonianos unice adpellat, Simonem omnino tacet. Potuit enim fieri, quemadmodum & in aliis impiis ſectis perſaepe eveniſſe novimus, ut Simonis diſcipuli, quos Cerdon audiit, primaevis magiſtri dogmatis hoc de duplici Deo ſingillatim adjicerent, aliis morem gerentes tum temporis ejuſdem impietatis adſertoribus.

Vel ne unum quidem nobis adferet VVolfius ex priſcis Haereſeologis, qui hunc errorem diſertis verbis Simoni adſcripſerit. Relege dicta in hanc rem *ſuperius* Tom. I. p. 325.

III. Sunt qui abnuant, adſertores duplicis ejuſmodi principii hoc ipſo eſſe ac nuncupandos Polytheos, aut duplicis Dei propugnatores. Idque ſpeciatim circa Manichaeos exiſtimant *Ger. Jo. Voſſius* de orig. & progr. idol. l. 1. c. 5. p. m. 37. *Arnoldus* Manetis promachus, in Haereſeol. p. 125. ap. laud. *VVolf.* p. 227. *Beauſobrius* in hiſt. Manichaeorum & Manichaeiſmi par. 2. l. 5. c. 6. Clariſſ. V. *Petrus Lazeri* S. J. Romani Collegii Bibliothecae Praefectus, in exercit. de haereſi Albigenſium, edita Romae 1756., §. 2. p. 9.

Mihi vero quicumque duo obtrudunt principia, Dei inſtar dominantia, a ſeſe viciſſim prorſus independentia, utraque aeterna, partes in rebus creatis pene aequaliter utraque gerentia, a re ac nomine Polytheiſmi, quid-

V. *Origenes Adamantius* has incuſatur opinationes cudiſſe circa Opificium mundi: 1.° materiam Deus ab aeternitate creavit; alioqui, ait, Deus ab aeternitate non fuiſſet omnipotens, utpote carens exercitio

quidquid contra objeceris, liberari non poſſunt. Ita & *VVolf.* proxime laud.

Idcirco *ſuperius* Tom. II. p. 10. ſejuſmodi Dualiſtarum peſtes in Polytheorum claſſem merito revocavimus. Utpote adſectati verba & ſenſum priſcorum Patrum, pluriumque vulgo Scriptorum recentium, qui ſingulas id genus peſtes adpellare indiſcriminatim & promiſcue conſueverunt, & duplicis principii, & duplicis Dei defenſores.

Sic quidem *Iren.* ubi de Cerdone ſermonem inſtituit l. 1. c 28. *Auguſt.* ubi de Gnoſticis c. 6. de Cerdonianis c. 21. de Apellitis c. 23. & alias ſaepe ubi diſputat contra Manichaeos, *Theodoret.* ubi de Cerdone & Marcione l. 1. haer. fab. c. 24. *Epiph.* ubi de Cerdone haer. 41. n. 1. de Marcione haer. 42. n. 2. de Manichaeis haer. 66. n. 21. verſus fin. & 26. ex Archelao, *Damaſc.* in dialog. adverſus Manich. c. 12. & alias in t. 1. edit. Lequienii, *Philaſtr.* ubi de Cerdone c. 44. de Marcione c. 45. de Manichaeis c. 61.

Sic rurſus e recentioribus *Petr. Vallicernenſ.* ubi de Albigenſibus in laud. ipſorum hiſt. c. 2. *Caeſarius* ubi de Albigenſ. eiſdem in dialogis diſt. 5. c. 21. ap. Biblioth. Ciſterc. Tiſſierii t. 2. p. 138. *Ebrardus* ubi de VValdenſibus in l. contra ipſos, c. 5. ſub init. ap Bibl. PP. Lugd. t. 24. p. 1540. *Ermengardus* ubi pariter de VValdenſibus in lib. contra eorum ſectam c. 2. ibidem p. 1603. *Fellardentius* ubi de Marcione in adnotat. 1. ad c. 29. l. 1. Irenaei, *Caſtrus* ubi de Gnoſticis, Manichaeis, Priſcillianis art. *creatura*, *Deus*, *mundus*, *principium* & alias, *Praedeſtinatus Sirmondianus* ubi de Cerdonianis c. 23. *Prateolus* ubi de Manichaeis l. 11. c. 6. & ſaepe alias, *Reinerius* ubi de VValdenſibus ap. Bibl. PP. Lugd. t. 25. p. 264. col. 2. ſub fin. & ibid. alias, *Cozza* ubi de Cerdonianis t. 1. in S. Aug. p. 431. & ſaepius, Clariſſ. *Ricchinius* ubi de Catharis in V. Moneta diſſ. 1. c. 4. §. 3. *Laur. Alticotius* ubi de Manichaeis in diſſ. de antiquis, noviſque Manichaeis c. 7. §. 26.

Jure itaque & Manichaei, & ſinguli quique duorum principiorum adſertores, veri Polythei nuncupantur & ſunt. Conferendus demum in hanc rem adverſus Manichaeos S. *Auguſt.* l. 1. contra Fauſt. capp. 1. 2. 4.

IV. Anne ulterius Dualiſtae omnes creationem mundi viſibilis malo principio adſcripſerint ex ingenita ſuae doctrinae conſequutione, quamobrem huc jure omnes advocandi? Plane adſertores creationis mundi a principio malo exinde perſuaſi videntur, quod inveſtigantes origenem tot, quae mundum obruunt, malorum, qua naturalium, qua moralium, nec eam vero, bono, optimo Deo adtribuere auſi, materiae natura malae ac noxiae, immo peſſimis ſuis qualitatibus ſingula quaeque inficienti adſcripſerunt; eamque ſubinde mali principium, Deo coaeternum, ab eo independens, ipſi adverſum, ac totius creaturae viſibilis, hoc eſt materia conſtantis, aut cum materia utcumque connexae, efficiens adpellarunt.

Haec quidem ſumma vulgatiſſimi illorum ſyſtematis, variis deinceps hypotheſibus a ſuis profeſſoribus exornati & communiti. Rem pluribus explicant, & ſparſim perſequuntur *Cudvvorth.* in Syſt. int. cum notis *Moſhem.* laud. *VVolf.* ſect. 1. & 2. *Beauſobr.* cit. tom. 1. *BrucKer.* in hiſt. Philoſ. t. 1. praeſertim ubi de placitis Perſarum, *Stanlej.* hiſt. Phil. ubi de placitis Orientalium.

Jam vero, his poſitis, quanta ſit utriuſque opinionis connexio, nempe de aeterno principio mali, ac de mundo, qui malus ſupponitur, creato ab eodem principio mali, etiam reluctante vero Deo, ſeu principio boni; nullus eſt, qui non videat: atque adeo vel nullam, vel utramque amplectaris, oportet. Enim vero quod Errones in ſyſtematis ſumme impiis pugnantia paſſim effutiant, quis ignoret?

Itaque ex Dualiſtis Ethnicis, pleroſque utrumque illius Syſtematis placitum tenuiſſe deprehendimus, cum eorum *Interpretibus* mox laudatis. Num vero Heterodoxi Dualiſtae illorum ſubceſſores, praeter eos, quos hoc capite adpellavimus, idem omnino docuerint, plane non auſim adſerere; quoniam de ipſorum ſyſtematis perpauca quidem nobis priſci Haereſeologi tranſmiſerunt; nec plerumque quod hanc rem ſpectat ferme alia, quam nuda eorumdem impietatis theoremata.

Unum huc pertinens Manichaei Syſtema de duplici principio excepimus fuſe explana-

ſuae potentiae. (*h*) Hinc 2.° univerſum hoc Deo coeternum eſt (*i*). 3.° Ante hunc mundum viſibilem alii conſtiterant, & poſt hunc ipſum alii plures venient (*k*). 4.° hic mundus ex occaſione duntaxat creatus eſt, nempe ad puniendas & quibuſdam velut ergaſtulis concludendas animas, quae ante mundum creatae, deliquerant (*l*). 5.° animae omnes, & quaecumque ratione prodita ſunt, e Dei ſubſtantia expreſſa prodierunt, ipſiuſque partes ſunt (*m*). 6.° Sol, luna & ſtellae animam gaudent, quae priuſquam ipſae ortum haberent, creatae ſunt (*n*). 7.° creatio mundi qualis a Moyſe deſcribitur, non eſt ad literam adcipienda (*o*) (*).

VI. *Colluthus* Alexandrinae Eccleſiae Presbyter, & Epiſcopalis muneris uſurpator, Arii impii Synchronus, docuit, omnium Creatorem malorum naturae ac poenae Authorem non eſſe (*p*). Quamcito tamen in fumum abiit Colluthianorum ſecta (*q*). Unus autem *Praedeſtinatus Sirmondianus* adſeruit hujuſce ſectae errorem in eo conſiſtere, quod docuerint, mala & bona creaſſe Deum (*r*).

VII. *Jo. Wicleffus* turpiſſimi reus criminis redarguitur a *Th. Valdenſi* (*s*) quod

tum ab *Epiph. Auguſt. Archel. Tito Boſtren. Damaſc.*, permultiſque aliis junioribus nuper adductis. Enim vero quis niſi hariolando eaſdem omnino Manichaeicas hypotheſes ac poſitiones ceteris quibuſque duplicis principii portentum ſubſtinentibus adſeruerit; ubi praeſertim firma non ſuppetunt documenta?

(*h*) In l. 2. de princip. c. 1. & 2.

(*i*) Ap. *Method.* prout eum retulit *Phot.* cod. 235. p. m. 934.

(*k*) In l. 2. de princip. c. 3. Et hujus dogmatis reus adcuſatur ab *Hieron.* epiſt. ad Avit. olim 59. c. 2, necnon a *Juſtiniano* Imp. epiſt. ad Menam.

(*l*) In eodem l. 2. de princip. c. 1. & 8. & l. 3. c. 5. Idque ferunt, reſelluntque *Hieron.* in laud. epiſt. c. 2. & 3. *Theophil.* Alex. paſch 1. *Aug.* 11. civ. c. 23.

(*m*) Ex laud. *Hieron.* cap. 4.

(*n*) Idem *Orig.* in libello de orat. n. 7.

(*o*) In l. 4. de princip. c. 2. n. 16.

ADNOTATIO.

(*) Haec ſunt potiſſima capita ex heteroclitis opinamentis, quae literis mandavit Origenes, praeſertim in περὶ ἀρχῶν, hoc eſt *de principiis*, qui quidem propterea commentarius prae ceteris ejuſdem valde pluribus maximam ei criminum invidiam concitavit apud veteres ſuos adverſarios, puta *Euſtathium*, *Theophilum*, *Epiphanium*, *Hieronymum*, *Auguſtinum*, *Marcellum Ancyranum* &c. immo & apud juniores, quales dixeris e. c. *Nat. Alexandrum*, *Saurinum*, *Baelium*, *Doucinum* &c.

Alii vero Authoris Vindices, cum priſci, tum moderni, uti alias plura, fere omnia ex adductis opinamentis benigna interpretatione emollire contendunt. Non vacat ſingula longiore ſermone diſcutere. Ea, me judice, adcurate, prudenterque, ſi quis alter, libravit, judicavitque Clariſſ. *Huetius* in Origenianis l. 2. quaeſt. 6. & 12. quo propterea ſtudioſum Origeniano-polemicae hiſtoriae quoad haec puncta remittere non gravamur.

Unum monemus: quod nempe ſaltem pleraque ex adſignatis theorematis produxerit Author, non more adſerentis rem certam, ſed duntaxat differentis & inveſtigantis de re ſibi incerta, nimiumque obſcura: id quod mihi praefationem, pluraque heinc inde commentarii de principiis ſtromata perlegenti perſpicuum eſt.

(*p*) Ap. *Philaſtr.* c. 79. *Aug.* haer. 65. *Iſid.* de orig. l. 8. c. 7.

(*q*) Ut Author eſt *Epiph.* haer. 69.

(*r*) Cap. 65.

(*s*) In doctrin. fid. l. 1. art. 1. c. 17. & 20.

quod in Trialogo 1. adſeverarit, potentiam Dei non ſe extendere ad merum nihil, atque adeo nihil ex nihilo poſſe Deum creare. Quod quidem recidere videtur in erroneam priſcorum Philoſophorum opinionem ſuperius recitatam art. IV. Cum Valdenſi pugnavit etiam *Raynaudus* contra Haereſiarchen (*t*) (*).

VIII. *Zaninus de Solcia*, Pergamenſis Canonicus, & juris utriuſque Doctor, ſub an. 1459., praeter alia nefanda dogmata vulgavit auſu ſacrilego, *Deum quoque alium mundum ab iſto creaſſe & in ejus tempore multos alios viros & mulieres exſtitiſſe, per conſequens Adam primum hominem non fuiſſe*. Ita Pius P. II. in Brevi, quo haereſiarcham, demiſſe revocatis erroribus, perpetuo carceri mancipavit (*u*).

IX. *Chriſtophorus Sandius*, notae impietatis vir, haec ſub an. circ. 1670. literis mandavit (*x*). „ Antiquiſſimi quique cum Pythagora, om-„ nibuſque Platonicis & Origene, animas ante corpora in principio ſingu-„ las ſimul conditas in ſtatu feliciori, quam in corpore ſunt, ſtatuebant. „ Huic ſententiae nos quoque ſubſcribimus, qui antiquiſſima dogmata ut „ plerumque ſaniora recentioribus anteferre docti ſumus a Tertulliano „.

Huc

(*t*) In tom. 5. de Theol. nat. diſt. 3. q. 5. ar. 4. n. 328.

ADNOTATIO.

SEcundum VVicleffi philoſophiam, rei creatio eſt productio de puro eſſe intelligibili aut ideali in mente Dei ad eſſe eſſentiale extra Deum: quocirca terminus a quo creationis eſt eſſe illud ideale, quo fungitur in mente Dei, priuſquam creetur, res quaelibet. Heinc vero aperte conſequitur rem nullam fieri poſſe ex nihilo, vel ſeorſim, aut independenter a ſuo eſſe ideali, quod ex aeternitate habuit in mente Dei, ubi creatio ſupponitur eſſe tranſitus ab eſſe ideali rei in Deo ad eſſe rei eſſentiale extra Deum.

Adſequutus videtur atque ſequutus hic Author mentem & doctrinam Subtiliſſimi *Scoti*, qui in 2. diſt. 1. q. 1. §. *quantum ad iſtum*. tenet, nullam rem creari de nihilo, ſeu de nullo modo ente, nec ſimpliciter, nec ſecundum quid; quippe omnia, quae creantur, prius habent eſſe intelligibile in mente Dei; quod quidem ipſe acutiſſimus Doctor alias adpellavit eſſe diminutum, objectivum, & ſecundum quid creaturarum.

Hoc autem, ut ego arbitror, ad mentem Scoti, nihil aliud eſt, quam eſſe poſſibile, ſeu futurum creaturarum nondum exiſtentium, ſed objective duntaxat praeſentium divino intellectui, e quo nempe res quum creatur ad ſtatum exiſtentiae traducitur.

Praeterea ex priſcorum TT. ſenſu, nihil aut non ens bifariam dici poteſt, nempe aut ens quod non exiſtit, ſed exiſtere poteſt; aut ens quod in ſeſe implicat contradictionem: circa primum verſatur divina Omnipotentia, minime circa ſecundum. Ita *S. Thom* 1. p. q. 25. a. 3. *Ferrarienſ.* in l. 2. cont. gent. c. 22. *Henric.* in ſum. art. 2. q. 23. & 24. alii. Poſita autem hac diviſione, vere & catholice adſeritur, ex hoc ſecundo nihilo poſſe nihil a Deo creari, omnia vero poſſe ex primo.

Jam vero dum VVicleffus decernit, terminum a quo creationis non eſſe omnino nihil, ſocium habet Scotum; ſi deinceps intendat, ex nihilo eodem ſecundo nihil poſſe Deum producere, cum Theologis optimae notae ſentit; ac longe abſcedit a vetuſtiſſima, caecaque illa Philoſophia, quae rem adprime definire nelcivit. Ergo non eſt cur ita ardenter heic in haereticum invehantur Valdenſis & Raynaudus; nec enim ipſe, nec ceteri Heterodoxi in omnibus, quae adſeruerunt, errarunt. Rem multis critice perſequitur *Vazquius* in 1. p. d. 70. per tot. & d. 172. c. 1. & 2. omnino conſulendus.

(*u*) Ipſum recitat *Raynald.* ad eum an. n. 31.

(*x*) In lib. de origine animae fere ſub fait.

Huc denique revocanda quae ſummi Creatoris opificium concernunt, dicta *ſuperius* Par. I. Tom. II. pag. 92. & 93. de *Abaelardo*, *Wicleffo*, *Palamitis*, *Socino*, *Auguſtino Steucho*.

At manum de tabula. Theologicas Diſputationes adgredimur.

QUAESTIONES DOGMATICO-SCHOLASTICAE.

4 QUAESTIO I. Quid ſit Deus Creator? ADSERO 1. Eſt Omnipotens productor creaturae ex nihilo, id eſt abſque praejacente ſubjecto. Per τό *Omnipotens* intelligitur productor Deus, id eſt virtute propria, & ab alio non adcepta (*y*). Ita intelligitur Deus Creator Mundi, quatenus totum univerſum, ſaltem quoad ejus Spiritus, & materiam primigeniam ex nihilo produxit in tempore, uti fert Dogma fide ſanctum ex *Script.* cum *Geneſ.* 1. a ℣. 1. ſecundum omnium Patrum, Doctorumque interpretationem, *Pſ.* 101. 26. & 32. 9. & 145 6. *Eccl.* 18. 1. *Iſai.* 41. 24. & 2. *Machab.* 7. 28. *Joan.* 1. 3. *Rom.* 11. 36. *Hebraeor.* 1. 10. & 3. 4. *Apoc.* 10. 6.

5 Tum ex *CC.* paſſim in ſuis fidei profeſſionibus, cum *Nicaen.* (*z*) & *Later.* (*a*) Item ex *PP.* alias de eodem argumento differentibus, cum *Lactant.* (*b*) *Athanaſ.* (*c*) *Nyſſen.* (*d*) *Euſeb.* (*e*) *Epiphan.* (*f*) *Auguſt.* (*g*) *Ambroſ.* (*h*) *Hug. Victor.* (*i*) 11. Minus ſtricte Deus Creator eſt prima cauſſa rerum, quatenus effective concurrit ad effectus omnes, tum independentes per creationem, tum dependentes per eductionem a ſubjecto praejacente. Ita noſtrates Theologi plerique omnes abſque lite. Heinc indiſcriminatim ſaepe ſumitur *Creator* ubi de Deo Optimo Maximo ſermo eſt, in duplici expoſita differentia.

6 Profecto CONCORDIAM FIDEI ET RATIONIS circa Deum Univerſi Creatorem aperte demonſtrat Ethnicorum Sophiſtarum doctrina ſuper eo dogmate. Hoc etenim profeſſi ſunt complurimi, cum ex vetuſtis, tum ex junioribus. Puta *Gymnoſophiſtae Brachmanes*, inter Indos antiquiſſimi Philoſophi (*k*) *Sinae* vetuſtiſſimi (*l*) *Xaca*, doctiſſimus item apud Sinenſes Philoſophus (*m*) ſuppar Confucio, qui natus fertur an. Mundi 3233. in urbe Kioceouhien, Provinciae Chan Tong, *Aegyptii* Philoſophi, (*n*) *Thales*

(*y*) *TT.* plerique omnes orthodoxi.
(*z*) In ſymbolo.
(*a*) Ex Cap. *Firmiter.* de ſumm. Trin.
(*b*) L. 2. div. inſt. c. 9.
(*c*) Orat. de Incarnat. Verbi.
(*d*) L. de homine.
(*e*) Praep. Evang. l. 7. c. 8. 9.
(*f*) Haereſ. 66. & alias.
(*g*) L. 12. confeſſ. c. 4. & l. 10. cont. Fauſt. cap. 14. & l. de nat. boni contra Manich. c. 12. ſqq. & ſaepius.
(*h*) L. 1. Hexaëm.
(*i*) L. 1. de Sacram. par. 1. c. 1.
(*k*) Ex *Anonymo* de Brachmanibus p. 94. & *Pſeud Origene* in Philoſoph. c. 24. Conferendus *Brucker.* in hiſt. Phil. t. 1. l. 2. c. 4. p. 205.
(*l*) Ap. *Franc. Noëlium* in Philoſ. Sinica c. 1. q. 2. §. 1. & 2. p. m. 7. & alias, ex libris Claſſicis eorundem Sinarum, a celeberrimo Philoſopho *Confucio* concinnatis, & ab ejus diſcipulo *Iſem Tſu* paullo fuſius explicatis, quos idem *Noëlius* e Sinenſi idiomate in Latinum verſos exhibuit in comment. de ſex Sinenſis Imperii libris Claſſicis.
(*m*) Ex *Borryo* de rebus Sinenſib. ubi de Xaca.
(*n*) Ap. *Jamblichum* de doctrina Pythagorica.

Thales Milesius, Sectae Jonicae Author (*o*) Veteres *Persae* (*p*) *Pythagoras* (*q*) *Indi* sub tempora Alexandri Magni (*r*) *Socrates* (*s*) *Anaxagoras* Clazomenius, ejusdem Socratis Magister (*t*) *Plato* & *Aristoteles* (*u*) *Zeno*, Stoicae Scholae Autor (*x*) *Virgilius* (*y*) *Sinae* recentiores (*z*).

7 Perplures alii dabunt, sancte pariter de nostro dogmate sentientes (*a*). Sed praestat e paganis eisdem catholicae veritatis adsertoribus unam vel alteram audire sententiam. Ergo *Orpheus* ita cecinit,

Unus est per se exsistens, ab uno omnia facta sunt.

Ita & *Sophocles*,

Unus revera, unus est Deus,
Qui coelum condidit, & terram longam,
Marisque coeruleos fluctus, & ventorum impetus (*b*).

8 Tum ex Philosophis *Theophrastus*, praestantissimus Aristotelis Auditor haec decernit, *Deus ex nihilo creavit omnia* (*c*) haec itidem *Algazelis* Arabs Peripateticus, *prima omnium rerum caussa non indiget materia* (*d*) *Plotinus* demum, *brutales illae quaestiones*, inquit, *procul amovendae a Deo: ex qua materia Deus condidit mundum? quibus ferramentis fabricavit?* (*e*) Iis nempe qui mundum adserebant aeternum, sanctum dogma de Deo mundi conditore tanquam perridiculum ostendere satagebant (*f*).

9 Tanto jam vero Dogmati comprobando, illustrandoque adcedant illico ex instituto nostro sacrae Vetustatis omnigena documenta, quae deinceps ad morem Scholae, reliquae theologicae Quaestiones excipiant.

E RE

(*o*) Ap. *Laërt.* de vit. Philos. in Talete.

(*p*) Ap. *Thom. Ide* de relig. vet. Persar. c. 9. p. m. 163. ex *Ibn Shahna* Arabe Mahumedano in lib. de primis & postremis.

(*q*) Ex sententiis eidem vulgo adtributis de summo Deo & de diis.

(*r*) Ap. *Strabon.* l. 15. p. 713. in Geograph. cum. notis *Casauboni* ad eam pag.

(*s*) Confer ejus Theologiam ap. laud. *Brucker.* t. 1. p. 560.

(*t*) Ap. laud. *Laërt.* in Anaxag.

(*u*) Ap. nonnullos; at consulenda de iis dicta in proxima Prolusione.

(*x*) Ap. *Laërt.* in Zenone.

(*y*) Georg. 4.

(*z*) Ap. *Martinum Martinium* in hist. Sinica, decad. 1. l. 1. sub init. & *Noël* in Philos. Sinica tr. 1. c. 2. §. 1. & alias.

(*a*) Nimirum *Justin.* in paraenesi, *Lactant.* inst. l. 7. c. 3. *Aug.* civ. l. 10. c. 4. & l. 12. c. 17. *Euseb.* de praep. evang. l. 3. c. 3. & saepius, *Eugubin.* de peren. philos. l. 7. per tot. *Petav.* de opif. Mundi l. 1. c. 1. *Huet.* in qq. alnet. l. 2. c. 5.

(*b*) Utriusque Poëtae carmina tradit nobis eruditissimus *Alsted.* in Encyclopaed. l. 25. sect. 1. c. 2. p. m. 323. tom. 3. edit. Lugdun. 1649.

(*c*) In lib. de saporibus.

(*d*) In lib. cont. Averrhoem.

(*e*) In lib. de contemplat. & uno.

(*f*) Plures id genus quaestiones ab Atheis objectas proposuit *Cudworth.* in Syst. tom. 1. pag. 90. sqq. easque facile solvit in tom. 2. p. 1184. sqq. *Thom. Stackousius* in Theol. completa par. 2. a. p. m. 12. speciosas addit rationes pro temporanea mundi creatione. Vide sis *Tull.* de nat. deor. l. 1. c. 8.

MONUMENTA ANTIQUITATIS. CLASSIS I. Num. 1.

E RE LAPIDARIA.

PVER . NATVS Ā Ω
DIVO . IOVIANO . AVG. ET
VARRONIANO . COSS
ORA . NOCTIS . IIII
INVXIT . VIII. IDVS . MADIAS * — * *Majas*.
DIE . SATVRNIS . LVNA . VICESIMA
SIGNO , APRIORNO . ** NOMINE . SIMPLICIVS — ** *Capricorno*.

Romae in Muſeo Capitolino . Exſcripſit , retulitque Maffejus in Inſcript. variis p. m. 252. n. 2.

Titulum aliter legit , qui eum ſub an. 1714. reperit in coemeterio Gordiani & Epimachi , *Boldett.* in obſerv. p. 84. aliter deinde *Franc. Blanchinius* in prolegom. ad Anaſtaſ. tom. 2. p. LXVIII. col. 2. , aliter demum *Lupius* in epitaph. Severae p. 18. Cui autem ex quatuor hiſce Scriptoribus omni exceptione majoribus adhibenda fides ? ſed age , ac modo ponamus cum Maffejo legendum .

Spectat Simplicii Saxum ad diem 8. Maji, diem Sabbati, anni Chr. 364. quo Conſulatum gerebant Imp. Fl. Jovianus & Joviani F. Varronianus , ut liquet ex caſtigatioribus Faſtis , cum *Almeloveenio* ad eum an. p. m. 164.

TÒ INUXIT , ait laudatus *Maffeius* , fortaſſe intelligendum *inluxit* , hoc eſt lucidus moriendo evaſit ; aut *inuſſit* , videlicet inuſtus eſt fidei nota , vel ſacro lavacro . Haec hariolari nititur doctiſſimus vir in re nimium obſcura .

Fortaſſe Saxum ex ejuſdem facie prorſus ethnicum quiſpiam dixerit : quoniam ritu ethnico Jovianum adpellat divum , & Sabbatum nuncupat diem Saturni , quem nempe Pagani Saturno Deo ſuo ſacrum volebant , quemadmodum diem Dominicum Soli , feriam ſecundam Lunae &c: id quod quantum ad Sabbatum Saturno conſecratum conjicere licet , ut plures mittam , e *Corn. Tacito* l. 5. hiſt. ſub init. , conſentitque *Baron.* ad an. 34. n. 153. citato eodem Tacito in l. 22. Annal. Quin etiam eundem ritum ethnicum circa Sabbatum Saturno ſacrum diu retinuiſſe plures gentes , e. c. Chaldaeos , Aegyptios , ac Indoſtaniae populos , Author eſt Clariſſ. *A Benettis* in chronol. & crit. tom. 2. p. 392. n. XX.

Nihilo tamen ſecius chriſtianum eſſe Titulum ad oculum demonſtrare videntnr adfixae Siglae Ā Ω , quas plane apud unum aliquem profanum incaſſum quaeſieris . Sunt quidem ex iis , qui aut Ā aut Ω ſeparatim adferant , ut conſpicere licet apud *Corſinum* ubi de notis Graecorum ; at ambas ſimul conjunctas in peculiarem aliquem adductas ſenſum , mihi ſaltem nuſpiam legiſſe contigit .

Jam vero a primordiis Eccleſiae in more poſitum fuit apud Chriſtianos eas binas ſiglas ſepulcralibus Titulis & alibi pluries adjectas conſecrare ; quibus nempe teſtabantur ſe fide certa credere , Deum eſſe Creatorem , ſeu Principium & Finem rerum omnium : deſumto videlicet

licet Dogmate ex verbis, quibus idem rerum Conditor Evangeliſtam & cetera creata adloquens, ſic *Apocal.* 1. 8. effatus eſt, teſte eodem Evangeliſta, *Ego ſum* A *&* Ω., *principium & finis, dicit Dominus Deus, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, omnipotens*, ac deinceps cap. 22. 13. *Ego ſum* A *&* Ω, *primus & noviſſimus, principium & finis*: quaſi dixerit Deus, uti ex communi Patrum & Interpretum voce loquitur heic *Calmetus*, ego ſum cauſſa, origo, principium omnium creaturarum; omnia a me fluunt, & ad me redeunt.

Ergo quatenus A & Ω ſunt primum & ultimum ex elementis Alphabeti graeci, adſumpta ſunt ab ipſo Numine ad ſeſe perſpicue declarandum principium & finem rerum omnium, quemadmodum opportune protulit *Tertullian.* l. de monogam. c. 5. in haec verba „ duas Graeciae literas ſummam & ultimam ſibi induit Dominus, initii & finis „ concurrentium in ſe figuras: uti quemadmodum A ad Ω uſque volvitur & rurſus Ω ad A replicatur, ita ut oſtenderet in ſe eſſe & initii decurſum ad finem, & finis recurſum ad initium „. Id ipſum & ſub eodem ſenſu uſurpaſſe videntur Hebraei *Aleph*, & *Thau*, quae ſunt in ſuo alphabeto elementum primum & poſtremum, ut videre eſt in lib. Zohar, in Porta lucis, in Portis juſtitiae, ap. *Hug. Grotium* & *Ludov. Capellum* in hunc locum Apocalipſeos.

Certum itaque ſit, Chriſtianos veteres idem Sanctiſſimi Numinis adtributum efferre ac profiteri intendiſſe, quoties eas ſiglas, ubi ſaltem aliud non fertur additamentum, aut ſaxis, aut aliis quibuſque Monimentis, deinceps proponendis, adjecerunt.

Quod ea demum ſigna ſpectat, quae ſaxum noſtrum videntur ethnicum portendere, cenſeo plane cum laud. *Maffeio*, quod veteres Chriſti cultores interdum longi temporis conſuetudine abrepti, uſitatis promiſcue per Chriſtianos, paganoſque formulis, nihil ultra cogitantes, utebantur. Quod quidem haud paucis exemplis confirmare liceret, quae nempe Chriſtiana quum ſint, unam tamen, vel aliam Paganiſmi praeferunt notam. Sic enim in chriſtiano Lapide Aurelii Balbi dicitur IOVIS. OP. MA BENEFICIO, ap. *Grut.* p. 1050. 3; in altero Marturi habetur, I. KAL. DECENBRIS. D. SOLIS, ap *Eduard. Corſin.* diſſert. 3. p. LXIIII: in illo Tigridis ap. *Murat.* p. 1949. 10. legimus FECIT SIBI DOM *aeter* NALEM. ac ſimilia non raro offendimus in aliis. Conſule ſis in hanc rem eundem *Corſin.* diſſ. 1. p. XVI. & *Lupium* in epitaph. Severae §. XII. p. 99. ſqq.

De notis chronologicis hujuſce Lapidis plura & quidem ſelecta *Franc. Blanchin.* in prolegom. ad Anaſtaſ. parte 2. tomi 2. p. LXVIII. n. 11. ſqq. omnino conſulendus.

2 B. *x.* ω. M.

HIC. REQVIESCIT. IN. PACE. HONORATA
H. . . . . QVÆ. VIX. ÆT. ANN. XXVI. D. . . .
KAL. MART. HER. ET BAL. V̄V̄. CC.
KONLIB. . . . . .

In Agro Mediolani ap. Fleetvvood p. 414. 2.

Idem *Fleetvv.* legit & exponit, *Hermineríco, & Baſilico Coſſ. A. D.* 465. *Conliberti fecerunt*. In Faſtis vero conſularibus ponitur ad hunc annum Fl. Baſiliſcus ap. *Almeloveen.* & Baſilius ap. *Glandorp.*

3

A ☙ PATRICI A ☙

PATRICIVM DOMVS HAEC AETERNA LAVDE TVETVR
ASTRA TENENT ANIMAM CETERA TELTVS HABET.
REQVIESCIT IN PACE SVB D. CONS. A ☩ ☙

Neapoli ad Clonicos ap. Capacium in hiſt. Neapolit. l. 2. *c.* 6. *p.* 432.

Titulum e Capacio exſcripſit *Reineſ.* p. 980. n. 363. at non omnino fideliter. Pugnat ibidem cum Capacio ſuper τὸ D. CONS. Hic nimirum interpretatus eſt *ſub Divo Conſtantino*, ille vero *ſub Decio Imperator Conſule*, vel potius, *ſub Divo Caecina Mauro Baſilio Decio*. Mihi tamen utrumque adſertum valde ambiguum; quum pro neutro documenta vel ex ejuſdem Saxi conditionibus aut circunſtantiis, vel aliunde peti videam. Litem dirimat, ſi auſit, Eruditus Lector.

Quod ſi Conſtantinum heic ſubintelligendum decreveris, haud facile certum annum adſignabis Lapidi, quum Auguſtus ille etiam octavum geſſerit Conſulatum an. Ch. 329; ſi vero Caecinam poſueris, tribuendus Lapidi annus 463. quo hic cum Vibiano Conſulatu potitus eſt, ap. *Faſtos Petavianos*, vel potius an. 529. ap. *Almeloveenos*.

Fleetwood praeterea adgreſſus etiam rem divinare p. 453. 1. legit, ſub *Caecina*, *vel ſub Decio Importuno A. D.* 509. At nec iſtam divinationem alicujus ratione momenti ſuffultam video.

Addidit demum incaute *Capacius* ibid. *ſymbola, quæ adſunt, optime declarant, quibus in Labaro utebatur* Conſtantinus.

Et vero in Labaro Conſtantini poſt devictum Maxentium apud Hiſtoricos & Numiſmatum Collectores conſpicio paſſim Monogramma ☧, nuſquam Symbola AΩ, quibus Patricii Titulus exornatur.

4

PARENTES . DIONISIO . FILIO . DVL
CISSIMO . VIX . AN. V. M. VII. D VIII. D. P.
XVI. KAL. SEPT. CONSTANTIO X. COS. IN P.

A ☧ ☙

DVLCISSIME FILIE ERO ANETI . VIX
ANN. II. M. VII D XI. DEP. XIIII. KAL. SEP.
CONSTANTIO X. COS. IN PAC.

Romae e coemeterio S. Helenae ap. Boldett. in obſervat p. 86. *n.* 29. *modo exſtat Bononiae in coenobio Sancti Dominici ap. Murat. tom.* 1. *Inſcr. p.* 382. 4.

Spe-

Spectat Titulus an. Ch. 360. quo gerebant Conſulatum Imp. Fl. Conſtantius decimum, & Fl. Claudius Julianus Caeſar tertium.

Vides heic ſacris interjectum ſiglis venerandum Monogramma ☧; more utique apud primaevos Chriſti cultores frequentiſſimo. Porro de hoc ſpeciatim argumento pluribus differemus cum recentibus Criticis in Par. IV. Tr. I. L. II. ubi de monumentis pro Divinitate Chriſti Domini: quocirca haec paucis hoc loco praenotare & adſerere juvat.

Principio ſaepenumero priſci fideles ſacris hiſce ſymbolis interponebant Chriſti Crucem aut Monogramma; & iſtud quidem variis modis confictum, uti demonſtrat Cl. *Vitry* in diſſ. de tumulo T. Fl. Clem. §. 1. ſub fin. p. 21. Huncque morem jam ab uſque aetate Joannis Evangeliſtae in Eccleſia orthodoxa obtinuiſſe, cum *Bonarrotio* conjectabat *Dominic. Georgius* in diſſ. de Monogr. Chriſti c. 2. p. 4.

Deinde fere apud omnes convenit, fideles ea conjunctione ſiglarum & Crucis, aut Monogrammatis intendiſſe exprimere ac profiteri Chriſti Divinitatem, aut praecipua Chriſti, qua Deus eſt, adtributa. Haec autem ex effato, quo Chriſtus idem *Apoc.* 22. 13. ſymbola A & Ω expoſuit, in eo ſita ſunt, quod ipſe qua Deus fuerit *principium* & *finis* creatorum omnium. Rem quidem, reique ſenſum apud priſcos fideles diſertiſſimis verbis explicuit *Prudent.* in cathemerinon hymno pro omni hora p. m. 53. ſic concinens,

„ Corde natus ex parentis, ante mundi exordium
„ *Alpha* & Ω cognominatur, ipſe fons & clauſula
„ Omnium, quae ſunt, fuerunt, quaeque poſt futura ſunt.
„ Ipſe juſſit, & creata: dixit ipſe, & facta ſunt.
„ Terra, coelum, foſſa ponti, trina rerum machina,
„ Quaeque in his vigent ſub alto ſolis & lunae globo.

Probant itaque priſca quaelibet ejuſmodi monimenta dogma de Deo principio & fine creaturarum, ac de Chriſto Deo. Id quod mihi pariter innuiſſe videtur Cl. *Mamach.* orig. & antiq. chriſt. t. 3. l. 3. c. 1. §. 24. p. 75. & 76. & apertius *Vitryus* proxime laud.

Quamobrem ea omnia, quae pene innumera dixeris, hiſce tribus illuſtrandis dogmatis adſumere poſſumus jure quam optimo. Ceterum vitandae confuſionis gratia, aliis praeſens dogma illuſtrabimus, & aliis duo reliqua. Quin etiam ipſa, quae pro tribus hiſce dogmatis proferenda reſtant, documenta, quum vim omnem & omne decus, quod rem noſtram ſpectat, praeferant in laudatis ſymbolis A & Ω, ubi quidquam ulterius nota dignum non occurrerit, feſtino calamo expedienda decrevimus.

5 A Ω

SINTICIO FAMVLVS DEI

&c.

Ut ſupra in Tom. II. Claſſ. I. n. 32. p. 25.

6

Hoc eſt
Requieſcit in pace
ancilla Dei Juliana
quae vixit &c.

Florentiae non ita pridem repertum eſt hoc Tituli fragmentum in ſubterraneis Baſilicae Laurentianae, & olim adſervabatur in Muſeo Bonarrotiano ap. Gorium in antiquis Etruriae Inſcript. t. 1. p. 220. n. 22. & t. 3. p. 349.

Quod ſi haec Juliana ſit illa ſanctiſſima femina, quam laudavit ut ſanctam *Baron.* in notis ad Martyrol. Rom. ad diem 7. Febr. nota *g.* & in Annal. t. 6. an. 511. n. 14. & alias, ſpectat hoc Saxum tempora Juſtini ſenioris Imp. At de iis, dante Deo, fuſius alibi.

7 DD NN. C[AEARCO * ET RICOMEDE ** VV. CC. *Clearcho. **Ricemere
CONSVLIBVS BENEMERENTI OLIBIONI
QVI VIXIT ANNVS XV. MESIS VI. DIES XX. DECESSIT
DIE XII. KALENDAS OCTOBRES IN PACE A.C.384.

Romae e coemeterio S. Hippolyti ap. laud. Boldettum p. 32. n. 17. GEMI-



8

GEMINAE CONIVGI SEVERVS
QVAE VIXIT ANNOS XX.
MENSES DVO QVAE FECIT
CVM MARITO ANNOS II.

Romae in ſubterraneis cryptis ap. Fabrett. in antiq. Inſcript. dom. p. 268. n. 122. ex AA. Romae ſubterr.

9

Romae e coemeterio Praetextati erutus eſt ſub Benedicto XIV. P. M. an. 1744. menſe Decembri; eumque ſic deſcriptum adferunt Maffei. in Inſcript. p. 359. n. 2. Ludovic. Sabbatinius de Anſora in Epiſt. ad Cardin. Beſozzium, Phil. Mazochius in epiſt poſt. ad Dominic. Georgium, & alii.

Profecto ii fere omnes, cui adcenſere licet *Barufaldum* in peculiari diſſert. Bononiae edita, varie Titulum marmoreum legunt, ac interpretantur; ſed nullus tamen ex ipſis, ſacris ſymbolis Monogrammati Chriſti adjectis litem intentat. Idcirco variantes eorum lectiones nihil heic moramur, eas poſtmodum, ſi Deus dederit, diſcuſſuri in Par. IV. Tr. III. L. III. ubi Monumenta pro Sanctis Sacramentis proferentur.

TRE-

10



TRETES . FAMVLA . XR̄T
VIXIT . ANNOS . PLVS . MINVS
ΛIXII . ET . RICESSIT IN . PA
CE . D. III. ƐDVS. MARTIAS
ERA . Z . IIII.

In Vico Membrillae Agri Utrarienſis apud Hiſpanos, referente Donio in Inſcript. Claſſe XX. *n.* 14. *ex Roderico Caro.*

Tabula haec marmorea, inverſum ω praeferens, ſepulcrum olim tegebat, & ab quodam aratore effoſſa eſt. Et quidem optarem, ut Cl. *Gorius*, qui Donianas Inſcriptiones notis illuſtravit, hujuſce noſtrae aenigmata tantiſper aperuiſſet, aut ſaltem quod aetatem ſpectat. Quod ſi τὸ Z valeat pro DC, haec aera hiſpana congruit anno Ch. 566., uti docte computat *Murat.* p. 1950. 8. ubi tamen paullo aliter legit Marmor.

11

AVR. ALEXANDER . QVI VIT
ANNVS . XVII. MN. VII. DP
XII. OCTOB. VALENTINIANO
III. ET VALENTE III. COSS *A. C.* 370.



Romae e ſacris Cryptis ap. Boldett. p. 80. *n.* 7.

Suſpicor, literam T ſacris ſymbolis interjectam fuiſſe Dominicae Crucis loco.

12

BEBI . VINDEMI ALINIS . QVI . BIXIT . ANNVS
P̄. M̄. LV. DVLCISSIMO . PATRI
FECERVNT . FILI . DOLENTIS. DP
VI. KAL. OCTOB.

Frope Rignanum ap. Maffei . p. 258. 8.

Lapi-

Lapides, qui praeferunt τὸ Ω. videntur mihi recentiores, quam qui ponunt τὸ ϖ; video enim, illius uſum in ſaxis, ceteriſque monimentis recentius obtinuiſſe.

13

Romae e coemeterio Lucinae, ubi Primus reconditus latebat, ap. Aringh. cit. t. 1. p. 595.

14

LIVIA MARIA A ☧ ϖ IN PA Ⓘ. V. A XLVI
M. V. CV. M. F. AN. XV. D. IN BISO
SV. COS. ELIA F. PO. V. K. AV.

Romae in ſacris cryptis ap. cit. Fabrett. p. 269. n. 129. ex Roma ſubt.

Ceterum in Roma ſubt. ap. *Aringh.* t. 2. p. 140. diverſo aliquantum modo lego obſcuriſſimum Saxum, videlicet.

MARIA A ☧ ω IN PAΘE
& IN BISOS.

Et quidem Fabrettiani typi Titulos ab aliis exſcriptos haud raro minus fideliter ſolent reddere.

15

SALBO. LOTVNATO. EPIS. SEMPER. CRESC.
AVT A DIVINA ✠ IPSIVS. TEMPORIB.
ADHVC MAIORA VIDEVIS
A ☧ ϖ

HIC. PRO. VOTO. SARABO. PRESB. FECIT

In

In Criptae Ferratae ap. laud. Donium Claſſ. XX n. 69. e ſchedis Nicol. Alemanni.

A ☧ Ω

16 CERVELLA CLARISSIMA FEMINA FA
MVLA CHRISTI VIXIT ANN. PLVS MI
NVS ANN. XXXV. RECESSIT IN PACE !
III. KAL. FEBRVARIAS ERA. DC. *A. C.* 562.

Hiſpali in Sancti Bernardi ap. Morales in Chron. Hiſpan. t. 2. l. 11. c. 56. fol. 64. & 65.

Ita quidem Morales, qui teſtatur id eruiſſe ex epitaphio, ſiglis, aut adbreviationibus confertiſſimo, quod ipſe vidit. Heinc corrigendi quamplurimi, qui ipſum longe ſecus recitarunt: e. c. *Boldett.* p. 639. *Murat.* &c.

Plura Saxa, ſacris itidem ſymbolis inſignita protulit Morales, nempe de Culfino ibidem, ac de Gregorio & Litorio in fol. verſo 47., *inferius* a nobis recitanda. Addit idem Author fol. 48. ſaepenumero in ſaxis, aliiſque pervetuſtis Hiſpaniae monumentis reperiri ſacra ſymbola, interpoſito Monogrammate ☧.

17 ERENEA VI
BAS IN DEO A ☧ Ω

Romae in Muſeo Kircheriano. Exſcripſi.

His liceret complura ſubnectere ejuſdem generis documenta, quae recenſent Antiquarii Scriptores: e. c. *Fleetwood* pag. 485. 4. & p. 505. 3. *Aringh.* t. 2. p. 523. & 591. *Murat.* p. 1871. 5. &c.

ERE LITURGICA.

18 *Aeterne Fili, qui in ſempiternum ſubſiſtis, conſubſtantialis Patri, illique throno & creatione aequalis: qui ſola bonitate ex nihilo feciſti hominem & collocaſti eum in paradiſo voluptatis....*

E LITURGIA COPTICA S. GREGORII IN ORAT. OSCULI PACIS (ap. *Renaud.* in collect. liturg. oriental. t. 1. p. 26.)

Haec oratio eadem eſt, quae in graeco Codice Alexandrino. Ipſam nonnulli Codices MSS. Sancto Gregorio adjudicant, alii S. Severo Patriarchae, Antiocheno ſcilicet, nequaquam Alexandrino, uti contra Guidonem Fabricium Boderianum ſcite obſervatum eſt a laud. *Renaud.* in not. ad eam Liturg. p. 303.

19 Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὃς ἔπλασας ἡμᾶς, καὶ ἔθου ἡμᾶς ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς τρυφῆς.

Nem-

Nempe

.... *Domine Deus noſter, qui plaſmaſti nos & poſuiſti nos in paradiſo voluptatis* ....

E LITURGIA ALEXANDRINA S. BASILII AD INITIUM OBLATIONIS (ap. cit. *Renaud.* p. 65.)

20 *Suſcipe Creator omnipotens Deus, quae jejunantes de tuae munificentiae largitate deferimus* ...

E LIB. I. SACRAM. ROM. ECCLESIAE IN ORAT. SECRETA PRO FERIA TERTIA QUADRAGESIMAE (ap. *Thomaſ.* t. 6. edit. Vezzoſianae p. 18. col. 2.)

21 *Deus mundi conditor, author luminis, ſiderum fabricator: Deus qui jacentem mundum in tenebris luce perſpicua retexiſti: Deus per quem ineffabili potentia omnium claritas ſumſit exordium: Te in tuis operibus invocantes, in hac ſacratiſſima noctis Vigilia de donis tuis Cereum tuae ſuppliciter offerimus Majeſtati* ....

EX EODEM LIBRO IN BENEDICT. CEREI (ap. cit. *Thomaſ.* p. 69. col. 1.)

Egregium plane documentum pro ſancto Dogmate! cui nempe confirmando ipſum a primis uſque ſeculis hac ſollemnitate exaratum videtur ſub ſacro Cerei conſecrati ſymbolo; eo ſiquidem nihil expreſſius mihi videntur Majores noſtri deſignaſſe, quam Deum authorem primigenii luminis in procreatione univerſi; id quod ex reliquo adlatae orationis contextu manifeſtius liquet.

Vides heic ex antiquiore diſciplina, cujus meminerunt *Tertullian.* l. 2. ad uxor. c. 4. & *Hieron.* in cap. 25. Matth., morem celebrandi officium Paſchale, una cum benedictione Cerei, pluribuſque peculiaribus ritibus, in vigilia noctis Sabbati ſancti; hoc enim die, ſicut & in Paraſceve nullum offerebatur Sacrificium, ex *Innocentio* P. I. epiſt. 1. cap. 4. Sed a multis tamen uſque ſeculis ſollemne hujus Sabbati officium ante meridiem terminatur. Lege *Hugon. de S. Vict.* de ſpecial. Miſſae obſervat. l. 3. c. 21. *Durand.* in rationali l. 5. c. 76. *Bailletum* de feſtis, in hiſt. Sabbati ſancti §. 2. *Thomaſſin.* de celebrat. feſtor. l. 2. c. 14. n. 10. ſqq. *Benedict.* P. XIV. de feſt. l. 1. c. 8. n. 1. & 2.

Sane praefata Cerei Paſchalis benedictio celeberrima fuit & latiſſime obtinuit uſque modo, ſub hac vel illa verborum formula, apud Eccleſias, ſaltem latinas. Quando vero hic ritus incaeperit, mihi prorſus inexploratum. Anne inſtitutus primum eſt ſub Ennodio Ticinenſi Epiſcopo, vita functo ſub an. 531; quippe qui primus omnium ejus binas formulas produxit in opuſc. 9. ap. Sirmond. t. 1. oper. col. 1721. ſqq? Ita plane cenſent *Menard.* in nota 300. in Sacrament. Gregor. &

Grancolaſius comment. in Breviar. Roman. l. 2. c. 66; ceterum nihil prohibet quominus Ticinenſis ita primum evulgarit ritum longe pridem alias inſtitutum.

Anne ſub S. Auguſtino vel citius? Ajunt non pauci cum *Thomaſio*; quoniam ipſe, uti habetur in variis Miſſalibus, author eſt celebratiſſimae illius Praefationis in benedictione Cerei, *Exſultet jam Angelica* &c. tum idem S. Doctor in l. 15. civ. c. 22. ſcribit, *in laude quadam Cerei breviter verſibus dixi* = *Haec tua ſunt* &c. ſic enim omnia ad unum MSS. tradere teſtantur Maurini in poſtrema editione S. Auguſtini ad eum locum. Et vero diſceptatio haud parva eſt apud Criticos in verum ejus praefationis authorem; ac inſuper volumina edita fere cuncta legunt, *verſibus dixit*, ſcilicet alius author, non Auguſtinus. Enim vero ſiquis alius eos tum dixerit verſus in laude Cerei, jam ſub Auguſtino aetas Cerei paſchalis reperta eſt.

Anne ſub S. Hieronymo aliquantum vetuſtiore, qui utique Epiſtolam de Cereo Paſchali ſcripſiſſe fertur ad Praeſidium Diaconum? Verum putant quotquot illam exſiſtimant genuinam cum *Trithemio* de Script. eccl. in Hieron. Modo tamen notham jure dicunt Critici cum *Mariano Victorio* in cenſura praefixa tomo 9. S. Hieronymi e ſua editione de an. 1572. *Bolland.* ad tom. 8. ſept. p. 668. n. 1255. *Poſſevin.* in adp. in Hieron. *Caveo* hiſt. lit. ad Sec. IV. p. 157. Nihilo tamen ſecius quum illa ignoti authoris epiſtola Valentinianum & Gratianum Impp. tanquam nuper extinctos adpellet, ad Hieronymi aetatem illa merito mihi pertinere dicitur.

Anne ſub Zoſimo Papa anno 417., a quo nempe, teſte *Anaſt. Bibliothe.* in ejus vita, *per Parochias conceſſa licentia Cereos benedici*? Adfirmant *Amalar.* vulgat. *Alcuin.* nonulla *Ritualia*, aliique Recentiores cum *Sigeber.* in Chron. ad eum annum. Ceterum exinde non conficitur pridem in more non fuiſſe apud majores Baſilicas Cerei ritum obſervare.

Anne ſub *Aur. Prudentio*, qui ad an. 405. ſuo Cathemerino inſeruit hymnum quintum, aliis ſextum, inſcriptum *ad incenſum Cerei Paſchalis*, uti legunt permulti Prudentii Editores cum *Georgio Fabricio*? Adſerunt perplurimi cum *Gretſero* de feſtis l. 1. c. 25. p. 72. ſqq. in noviſſima operum editione tom. 5. & *Blanchin.* in orationario cit. p. CCXXII. ſqq. Alii vero cum *Hoſpiniano*, *Joan. Weitzio*, *Nicol. Heinſio*, *Mabillonio*, *Sirmondo* mox citato in hymnum Veſpertinum Ennodii in l. 1. Carminum, col. 1826. nota (*b*) & *Aldo*, qui primus omnium Prudentium typis edidit, inſcriptum hymno legunt *ad incenſum lucernae*, & quidem tanquam magis aptum & conſentaneum ſcopo & materiae ejuſdem hymni, uti probare contendit *Hoſpinian.* ap. laudat. Gretſer.

Anne demum ritus hic originem trahit a Conſtantino Magno, quemadmodum author eſſe videtur *Euſeb.* in ejus vita l. 4. c. 22? Sic definiunt e Calviniano grege aliqui cum *Hoſpin.* ap. cit. Gretſer. At reliquos omnes, quos viderim agentes de inſtitutione Cerei, ſingularis haec eruditio omnino fugit. Nec mirum quidem; ibi enim Euſeb. ſolum com-

commendat eximiam Conſtantini pietatem, quatenus nempe vigilias etiam ea ſacra nocte in templo agebat; jubebatque cereos ingenti numero adcendi, *ita ut haec myſtica vigilia* (paſchalis) *quovis vel ſplendidiſſimo die ſplendidior redderetur*. Haec ille. Quid autem inde, ſodes, pro nova Cerei, qua de agimus, benedictione?

Ex iis itaque rite perpenſis haec nobis ſtatuere liceat. Ritum hunc alicubi ſtabilitum fuiſſe ſub Ennodio, certum eſto. An ſub Auguſtino & Hieronymo? Admodum veroſimile ſit. An ſub Sozimo? ſi fides ſit Anaſtaſio, longe veroſimilius. An ſub Prudentio? Non omnimoda caret probabilitate. An denique ante Prudentium? Incertum prorſus & obſcurum. Plura in hiſtoriam ejuſdem Cerei dabunt antiqui *Liturgiographi*, tumque juniores cum *Marten.* de antiqua Eccl. diſcipl. in div. celebr. officiis cap. 24. n. 5. ſqq. *Menard. Gretſer. Grancol.* proxime laud. *Languet* de vero eccleſiae ſenſu in ſacrarum ceremoniar. uſu, edit. Pariſ. 1721. a p. 225. *Merat.* in Gavant. par. 2. tom. 1. a p. 1149. *Bened.* XIV. cit. n. 54. ſqq. *Vezzoſ.* in notis ad Thomaſii editionem t. 6. ubi de Miſſali Gothico, p. 282. nota (2) & rurſum *Menard.* in concordia regularum c. 24. §. 2. & *Lesleo* in notis ad Miſſale Moz-arabum ad pag. 177. lin. 55.

22 *Deus Spiritus ſancte, a quo creata ſunt omnia & reſtaurata ſunt univerſa, qui animas amas, quas inabitando ſanctificas... ſingulariter te manifeſtum oſtende.....*

Ex orationali Gothico-Hispano, orat. dicenda ad matutinum in feſto Pentecoſtes (ap. laud. *Blanchin.* ubi de hoc orationali p. 117.)

Vides heic Univerſi creationem ſancto Spiritui adtributam, non modo qua Deus eſt, ſed etiam qua Spiritus, aut tertia Triados perſona, ſecundum noſtram ſententiam mox ſtatuendam ſub Quaeſt. II. hujus Capitis. Quin & eundem noſtrum ſenſum illa oratio alias adducta ex eodem Orationali, tuo Domine verbo coeli sunt facti et Spiritu oris ornati, perſpicue adprobat & commendat.

23 Ulteriora pro Dogmate documenta liturgica qui percupis, adeas laud. *Renaudot.* p. 28. 38. 40. 86. cit. *Thomaſ.* p. 7. 69. 107. 121. *Mabillon.* de Liturg. gallic. p. 205. 212. 450. *Aguirr.* t. 3. CC. Hiſp. p. 273. col. 1. *Goar* in Eucholog. Graec. p. 37. 98. 199. 319. 792. *Blanchin.* in libello orat. Gothico-Hiſp. p. 18. 27. 103. ſqq. 116. *Joſ. Al. Aſſeman* in Cod. lit. eccl. univerſae l. 4. par. 2. pag. 69.

24



Chil te ber thus Rex



Francorum Vir Inl. * * *Vir Inluſter.*



Creatur Omnium Ds delectatur oblacioñ Fideli



um licet ipſi cunct, domenatur..... CHIL-

CHILDEBERTUS III. Francorum Rex in exordio Praecepti de Napſiniaco villa in Pago Bituricenſi, monaſterio S. Dionyſii conceſſa ſub an. 694. 13. Decembr. (ap. *Mabillon.* de re diplom. edit. 1. p. 383. tab. XXI. & rurſus p. 476. ex autographo.)

Porro ſi hoſce caracteres praeſertim quoad literas majuſculas, conferas cum aliis, qui ex eodem Seculo VII. circumferri ſolent, haud parum diſcriminis inter utroſque repereris. Adeo quidem (quod ſaepius inculcavimus) plerumque fallit canon ille, qui pro dignoſcendis legitimis Diplomatis, depromi conſuevit a caracteribus, qui uno generatim, eodemque Seculo conſcripti feruntur.

25 *Omnipotens pater, ſpes unica mundi, fabricator coeli, conditor orbis* &c.

EDIGARUS Rex ut *ſupra* in Tom. II. Claſſ XII. n. 4. p. 425. & 426.

26

In nomine ſanctæ Trinitatis &c.

SANCTIUS Rex, ut *ſupra* in Tom. II. Claſſ. XI. n. 20. p. 382.

Hoc Sanctii, pluriumque Aragonenſium Regum Signum, Diplomatis praefixum ſic ego quantum ad Siglas interpretor, P. *Pater*, A Ω. *Filius*, S. *Spiritus Sanctus*; quod & ipſi Reges perſpicue exponunt, ubi proxime ſubjiciunt in formula tres ſanctiſſimas Perſonas, quas advocant.

His jure adjicienda complura priſcorum Caſtellae Regum Privilegia, quae ante initialem formulam Siglas A Ω, interpoſito Chriſti Domini Monogrammate praeferebant, ſi fides *Moraleſio* in Chr. Hiſp. l. II. c. 41. fol. verſo 48.

27 *Sub imperio ſummi artificis rerum, qui unus in Trinitate extat adorandus, Domino ſancto* .....

ORDONIUS III. Gallaeciae Rex in Placito pro Epiſcopo Compoſtellano ſub. an. 952. (ap. *Florez* in Hiſp. ſacra t. 19. p. 364.)

Habes in hac religioſiſſimi Viri periodo Adtributa Dei Creatoris, Unius, Trini, Domini, Sancti-

28 *Altitroni moderatoris .... qui totius mundi fabricam mira ineffabilique ſerie diſponens, microcoſmum* Adam *videlicet* &c.

EADGARUS Anglorum Rex ſub an. 958. ut *ſupra* Tom. II. p. 284. ſq.

29 *.... Ego ... quamquam indignus ... dilexi, ut in quolibet locum hereditatum mearum hereditarem*

Crea-

Creator omnium cæleſtium, ac terreſtrium, ipſo juvante coleretur per ſæcula....

S. Ossorius Gutierrez ex Comite monachus, in teſtamento, quo erexit monaſterium de Laurenzana apud Hiſpanos an. 969. (ex laud. *Florezio* t. 18. p. 332. e tabulario ejuſdem monaſterii.)

30 ℣ *Univerſitatis Creatore in æternum regnante &c.*

Aethelredus Rex, ut *ſupra* in Tom. II. Claſſ. XII. n. 6. p. 426.

ERE NUMARIA.

31

Numus ſecundi moduli F. I. Conſtantii Imp. Conſtantini Magni & Fauſtae filii, qui deſignatus eſt Caeſar an. Ch. 323. & Auguſtus poſt patris obitum an. 337. fato functus an. 361. Ap. Bandur. t. 2. p. 368. ſub fin. & 384. col. 2. ubi rurſum duos alios deſcribit ejuſdem Imp. Numos, ipſa ſacra Symbola in poſtica referentes.

Primus hic Author Conſtantius Numi ſacris Symbolis, Monogramma Chriſti comitantibus, exornati, quem deinceps Auguſti complurimi aemulati ſunt. Intulerit quidem prae Conſtantio Conſtantinus Pater in labarum & in numum Chriſti monogramma, itemque poſt ipſum Conſtantinus junior, Conſtans, Vetranio, ut videre eſt apud Claſſicos regalium Numorum Collectores, *Cangium*, *Triſtan. Mediobarb. Patin. Bandur.* (ubi deſcribunt eorum Imperatorum Numiſmata): at omnium tamen primus, ceterorum religionem praetergreſſus, Numos Conſtantius ſuos Dei Creatoris, & finis omnium ſymbolis inſignivit; iis utique palam profeſſus Chriſti divinitatem, quam interjecto monogrammate deſignabat.

Ergone, inquies, ſic ea profeſſus credi poſſit Conſtantius, Arianis decretis ut qui maxime addictiſſimus, quemadmodum teſtantur Hiſtoriae cum *Hilar. Ambroſ.* &c? At nihil haec premunt, ſi adſeram, eos ipſum edidiſſe Numos, quum vere orthodoxus erat, ac paternae fidei heredem ſefe oſtendebat. Et quidem laud. *Mediobarbus* p. 489. alteri ex ejuſmodi Numiſmatis conſignat annum Ch. 337., quo nempe Conſulatum gerebant Fab. Titianus & Felicianus.

Adde,

Adde, quod Magnentius ac Decentius germani fratres, vita functi an. Ch. 353., commiſſa cum Conſtantio pugna, ut catholicos ad ſua arma vocarent & adlicerent, ſeque catholicos ſimularent, idem, quod Conſtantius, protulerunt orthodoxiae teſtimonium, Numum videlicet eiſdem ſacris ſymbolis, interpoſito Chriſti Monogrammate percuſum. Quod quidem argumento eſt, veram tum temporis de Chriſto Deo fidem retinuiſſe Conſtantium, quam data opera ſub eo aenigmatico Numorum typo teſtatiſſimam redderet.

Quid? quod licet vulgo Patres & Hiſtoriographi eorum temporum arianae perfidiae incuſent vehementer Conſtantium; ſunt adtamen, qui a querelis temperent tantiſper; immo ipſum tanquam de chriſtiana Religione alias benemerentiſſimum pluribus efferant. Videſis *Gregor. Naziaz.* orat. 2. in Julian. & orat. in laud. Athanaſ. *Ambroſ.* epiſt. ad Valent. olim 31. *Athanaſ.* orat. 1. cont. Arian. & e junioribus *Tillemont.* in hiſt. Imperat. t. 4. ubi de Conſtantio, art. 64. ſub fin.

Ecquid autem, urges, ſi Numi ejuſmodi ex aliis capitibus adulterini probentur? Puta e. c. quia haec ſacerrima ſymbola nimium diſtant ab aliis ethnicis, quibus alios ejuſdem Conſtantii Numos percuſos legimus cum Inſcriptionibus, Jovi Conservatori. T. S. N. & Marti Conservatori P. FR. queis pagana etiam ſymbola adprime reſpondent (ap. laud. *Mediob.* p. 489. ad an. Ch. 337.) tum quia nec iidem Numi hodieque apud quodpiam Muſeum exſtare videntur; nec loca in quibus aliquando exſtiterint, adferuntur; nec ratio & opportuna occaſio, propter quam editi fuerint, deſcribitur; nec veroſimilia pro ipſorum legitimitate teſtimonia reperire eſt apud Numariae diſciplinae Scriptores, qui quidem immo potius Numiſmata a vetuſtioribus deſcripta nullo diſcuſſa examine in ſuos videntur commentarios retuliſſe; nec ipſi demum a pluribus e claſſicis & gravioribus Numographis ſingillatim commemorantur.

Ceterum multiplex haec objectio, non modo in Numos hoc capite propoſitos, ſed etiam in alios pene innumeros ex vetuſtioribus, qui ex communi ſententia certi videntur, inſtituta, pluribus convellere liceret, ſi permitteret propoſiti ratio, atque fas eſſet ampliſſimam decurrenti provinciam heic diutius immorari. Ex adlatis ſparſim ubi Numi occurrunt, plane cuncta diſſipantur. Sufficiat modo id unum objectis brevi reponere. Quod nempe expoſcit aequitas, ut fidem habeamus primoribus aliquibus diſciplinae Numariae Magiſtris, dum proferunt vulgo Numum tanquam genuinum, nec ab aliis ejuſdem facultatis proceribus oppugnantur; propterea ſiquidem in ſingulis quibuſque Artibus ſua gaudent primorum peritorum opiniones praeſcriptione, nec niſi urgentiſſima ratio denuo inventa eas a poſſeſſione deturbare conſuevit apud ſapientes. Jure itaque legitimus habendus Numus noſter, quem nempe, nullo hucuſque ex peritis (quod ſciam) reclamante, ut genuinum ac indubium produxerunt plurimi cum *Cangio* in fam. Byzant. aug. tab. XI. & proxime laudatis *Mediob.* ac *Band.*

Pro

Pro intelligentia & critica eruditione Rei Numariae nonnullos indicavimus Scriptores *ſupra* in Tom. I. p. 316. nota (*i*) quibus inſuper addimus *Ducang.* in diſſert. de numiſmat. Impp. CP. inferioris aevi, *Ezech. Spanhemium* de praeſtantia & uſu numiſmatum, *Matthae. Hoſtum* hiſtor. de re numaria, *Sebaſt. Erizzum* de numis antiquis, *Aeneam Vicum* diſcurſ. ſuper numis antiquior. *Ludovic. Jubert*, una cum ſuo *Adnotatore*, edito 1739. *Eraſm. Froëlich* tentamina IV. in re numaria vetere, *Anton. Le Pois* diſcurſ. ſuper antiq. numis, *Joan. de Quiñones* diſſert. ſeptem de Numiſmatum origine &c. *Ludovic. Savot* diſcurſ. ſuper vetuſtis Numiſ. *Carol. Patinum* introduct. ad hiſtoriam Numiſmatum, *Phil. Bonarrot.* obſervat. in aliquot priſcos Numos maximi moduli, *Ottonem Sperlingium* diſſ. de numis non cuſis tam veterum, quam recentiorum, *Laurent. Begerum* obſervat. & conject. in numiſmata quaedam antiqua, *Chriſtian. Frideric. Rube* ſpecimen philologiae numiſmatico-latinae I. & II. *Stephan. Chamillart* diſſert. ſup. plurimis numis ſui Cimelii, *Zachar. Goëſium* diſſert. XX. de numis, *Joan. Chriſtoph. Olearium* ſpecim. rei numariae, *Le Blanc* tract. hiſtoric. de numis Francorum.

Hi ergo praecipui Scriptores dici poſſunt ex iis, qui pro addiſcenda Numaria diſciplina adcuratos, quibus inſtituaris, canones tradunt, explicant, confirmant: ut eos modo mittamus Numographos, qui varias collectiones, aut interpretationes de numis ediderunt; quos quidem apud Numarias Bibliothecas *Labbei* & *Banduri* vide ſis recenſitos.

32

Pars poſtica Numi aerei maximi moduli, qui repraeſentat caput nudum Tyranni Magnentii, denati an. Chr. 353. ap. Albert. a Bergamo in Muſeo Piſano, olim Corrario t. I. p. m. 222. ac t. 4. tab. LXXXV.

Plures ejuſdem Tyranni Numos cum eiſdem ſiglis & Monogrammate in poſtica, licet ſub diverſis Inſcriptionibus, & ſiglis ſub Monogrammate, recenſent *Cangius*, *Occo*, *Mediobarbus*, *Bandur.* ubi de Numis Magnentii. Alium quoad haec ſacra ſymbola omnino parem protulit *Baron.* ad an. 350. n. 11. ex *Angelo Breventano* Papienſi. Ita vero Tyrannus, quem *Athanaſ.* in Apol. ad Conſtantium n. 6. *diabolum* adpellavit, alias tamen plane Chriſtianus, quemadmodum & Decentius frater, ex laud. *Baron.*, Conſtantii aemulus, veros Chriſti cultores ſibi obſtringere voluit.

Numus

33

Numus quoad partem posticam ex incerto aere Decentii, dicti Caesaris a germano fratre Magnentio Mediolani, & vita functi sub an. 353. ap. Patinum in numis Impp. Rom. in Decentio, p. 474.

Alios Decentii similes quantum ad Sacra Symbola & Christi Monogramma proferunt Numographi cum *Mediobar.* & *Bandur.* in Decentio.

Ea inscriptio in parte aversa id designat, SALVS Dominorum Nostrorum AUGustorum & CAESarum in Christo Deo, omnium Principio & Fine posita esse censetur. Tò TR. P. indicat, Numus TReveris Percussus est, ex sententia laudati *Patini*. Nescierim tamen an eadem sit reliquorum hujus rei interpretum sententia, quum pene propriam quotusquisque ferat in ejusmodi siglis exponendis; nec minus quidem, nec minori jure pro iis pugnatur a Numographis, ac pro suis a Lapidariis (ex adsertis *supra* Tom. II. p. 260.) utrobique enim implexum adverteris aenigma, quod Aedipo eget.

Joan. Harduinus in exponendis id genus siglis audax & acutissimus, at non aeque felix, Decentii Numum exhibet cum sacris Symbolis, & Monogrammate, hac ibidem inscriptione CHNOTVNNOTONEΣ ac infra Monogramma CLPC (ap. *Jobert* in scient. num. instruct. II. p. m. 400.) Haec autem, ut putavit esse quandam deprecationem pro prosperitate armorum Principis, sic reddidit,

Christe Deus Caesari fave nobilissimo, contra Tyrannum urbium nostrarum nobilissimam oppugnantem: tutela Caesaris nostra erit salus. Commune Lugdunensis Primae Civitatum.

Haec autem expositio sublime Harduini acumen Eruditis probat; minime rei verisimilitudinem. Esto quidem. Aperiant vero iidem Eruditi sensum suum erga ipsum aenigma; & unus alter, putes, eis consentiet? Haec autem est Numariae disciplinae indoles hac in re, uti in pluribus aliis; ut non nisi nudas & aërias speculationes admittere possit,

34

Numus Clodovei (fortaſſe I.) *Francorum Regis, Chriſti fidem amplexi an.* 495. *ac demortui* 511., *ap. Leblanc in tr. hiſt. Numiſmat. Franciae, p. m.* 14. *edit.* 1703.

Huic addendi perſimiles Regum Francorum Numi, praeferentes in poſtica ſacra ſymbola A Ω. Videlicet primum unus Theodeberti, qui Patri Theodorico ſubceſſit 534. & fatis conceſſit 548. (ap. laud. *Leblanc* p. 22.)

Deinde duo Dagoberti I. denati ex communiore ſententia ſub an. 638. ex *Daniele* in hiſt. Franc. ad hunc an. (*ibid.* p. 50.)

Permulti Romanorum Imperatorum omnino pares quantume ad ſacra ſigna nobis alias producendi ſuperſunt.

ERE SIGILLARI.

35

Sigillum plumbeum, Gotichum fortaſſe aut Langobardicum, ap. Ficoron. de plumb. antiq. par. I. *tab.* IX. 5.

Huic duo addenda, quae pariter ſacris ſymbolis exornantur ap. ipſum Authorem tab. VIII. 2. ac tab. IX. 4.

Porro tria haec monimenta cuiquam ex eorumdem forma, perantiqua jure ſint. De reliquo tamen Ficoronio, mihique ignota omnia.

ETA-

E TABULIS MUSIVIS.

36



Ravennae olim in abſide templi Claſſici S. Apollinaris ap. Ciampin. de veter. monim. t. 2. tab. 24. poſt p. 80.

Hoc muſivo opere ornatum eſt illud templum ab an. Ch. circ. 567. τὸ IMDVC, quod ſcribit *Ciamp.* legit ipſe deinde IMDYC, ac interpretatur *Immolatio Domini Jeſu Chriſti*. Num vero haec tranſpoſitio & interpretatio rei congruant, aliorum eſto judicium, aut potius hariolatio nova ſuper veteri hariolatione. Lectionem porro valde diverſam, & vero quidem ſimiliorem Eruditi alii recipiunt.

37

Romae apud Baſilicam Liberianam, in medio quaſi vertice arcus triumphalis.

Ad hujus muſivi Monumenti normam, ut opinor, quoniam ipſum ceteris quibuſque antiquius fuit, conſtructa Romae & alibi ſunt complura in ſimilibus priſcorum templorum abſidibus, aut arcubus, uti olim vocabantur, triumphalibus; qualia nempe Romae videmus in S. Mariae Tranſtiberim, & in aliis pleriſque Baſilicis.

Sub eadem pariter forma viſitur Ravennae in S. Vitalis ap. *Ciampin.* de vet. monim. t. 2. tab. xx. poſt p. 68.

His adde aliud hujus generis documentum, quod exſtat Romae

apud S. Marcum in abſide ſummi altaris, ubi in ſuppedaneo, cui innititur Chriſti imago, haec conſpicimus inſcripta ſacra ſymbola.

38



Ea pariter deſcripſit laud. *Ciampin.* tab. XXXVII. poſt p. 122.

Rurſum addito ſimilia Monimenta, quae hodieque ſuperſunt Mediolani in S. Aquilini, ap. *Allegranzzam* in Commentario ſacrorum aliquot Monumentorum priſcorum Mediolanenſium, diſſ. 2. tab. 1. ſub finem voluminis. Ubi habes Chriſtum ferentem in nimbo A ☧ ω, cui quidem parem antiquo muſivo opere figuram hucuſque reperi nullam.

CETERA VARII GENERIS MONIMENTA.

39

Romae in Calliſti coemeterio reperta ſunt haec ſacra ſymbola, in umbone crateris vitrei delineata, Boldetto ipſo adteſtante p. 194. 195.

Quod hujuſmodi vitrea Monimenta in cryptis Urbis inventa, ſint antiquiſſima, ac fere Diocletianei Seculi aetatem contingant, plurimis promovet *Bonarrot.* in obſervat. in praefat. conſulendus ibidem.

Ro-

40



Romae in coemeteriis, cum intra, tum extra loculos Anuli ferrei ſub hac forma complurimi reperti ſunt a laud. Boldet. ipſo refe. rente, eoſdemque inluſtrante p. 502. 504.

41

Romae olim ap. Muſeum Franciſci Senioris Cardinalis Barberini chriſtallinus hic Anulus exſtabat, ap. Bottarum in Roma ſubterr. tom. 1. pag. 155. 156.

42



Romae in Vaticanis ſepulcris repertae ſunt duae arculae cum operculis hoc modo inſcriptis, an. 1571. ap. laud. Aringh. tom. 1. p. 336. e Tiberio Alpharano.

His demum adjicienda celeberrima Dei O. M. procreantis Mundum anaglypho opere argenteo deſcriptio, quae viſitur in ſummitate Crucis Stationalis Lateranenſis, ſupra laudatae in Tom. II. Claſſ. xi. num. 33. p. 392. Illam quoque depictam adfert & commentario illuſtrat *Ciampin.* t. 2. vet. monim. tab. x. & p. 44.

Plu-

Plura reſtant exponenda Monimenta hiſce venerandis Symbolis inſignita, ubi de Deo fine creaturarum; & plurima ubi de Chriſti Divinitate.

RURSUM QQ. 10 DOGM. SCHOL.

QUAESTIO II. Quo pacto *creare* ſit proprium totius Trinitatis? ADSERO 1. Quatenus creare eſt proprium Omnipotentiae, quae ſingulis Perſonis communis eſt (*g*). Unde & Deus, qua trinus eſt, creat; & Perſonae producunt per praedicata abſoluta, ipſis communia. Heinc Axioma illud Theologicum, *Opera Trinitatis ad extra ſunt indiviſa* (*h*). Et *Dionyſius* (*i*) dixit, *communia totius Trinitatis eſſe omnia creabilia*.

11 II. Quatenus ſingulae Perſonae per ſeſe requiruntur ad creandum; adeo ut Pater ſine Filio, & Spiritu S. creare non poſſet (*k*). Quoniam Pater ſine Verbo non poſſet eſſe loquens, nec poſſet dicere, vel praecipere, ut res fiant: immo nec ipſa intellectio poſſet exſiſtere ſine ſuo termino intrinſeco. Neque deinde poſſet Deus ſpirator eſſe complete, ac perfecte donator reſpectu creaturarum, niſi producendo Spiritum, qui eſt perſonaliter donum: immo nec amor ipſe Dei poſſet exſiſtere, ſi careret intrinſeco termino, qui eſt Spiritus.

OBJECTIONES.

12 Objicis *primo* contra Adſertum II. Perſonae non creant formaliter ſecundum proprietates ſuas perſonales: adeoque non requiruntur ſingulae per ſeſe, ſed tantum materialiter ad creandum. Nam 1.° creant formaliter per praedicata abſoluta: ergo non per relativa. 2.° relatio, qua talis nullius eſt activitatis. 3.° Perſonae non ſunt formaliter potentia exſequutiva, quae eſt principium proceſſionis creaturarum. 4.° C. Lateran. *cap. Firmiter.* definit, Patrem, Filium, & Spiritum eſſe unum universorum principium; at Pater, Filius, & Spiritus, qua tales, non ſunt unum, ſed tria. 5.° idem Conc. cap. ſq. adſerit, ſolam Dei Eſſentiam eſſe universorum principium.

13 R. *N. Adſ.* Nam ex *Pſal.* 32. *Verbo Domini coeli firmati ſunt, & ſpiritu oris ejus omnis virtus eorum*, & ex *Joan.* 5. *Pater meus uſque modo operatur, & ego operor*. Deinde ex *Athan.* (*l*) *ſi non ſit Filius, quomodo Deus creator eſſe dici poterit?* Ex *Cyril.* (*m*) *nihil unquam operabitur Pater, niſi per Verbum ſuum*. Ex *Baſil.* (*n*) *qui Spiritum aufert, perfectionem eorum, quae ſunt, abſcindit.* Tum inſuper quia ita fiunt creaturae a Deo, ſicut fit opus artis ab artifice; hoc autem fit per verbum intellectus, quo rem faciendam cogitat artifex, & per amorem, quo ad rem faciendam impellitur: pariter ergo. Ad 1. prob. *N. Con.* quia Deus creat aeque ut Trinus, ac ut Unus.

14 Ad 2. *N. A.* quia in relationibus eſt activitas ad producendum Filium,

(*g*) *D. Th.* 1. p. q. 45. a. 6. *Mol.* ibi ex *Scripturis, CC. & PP. Vaz.* ibi in comment.

(*h*) Deſumtum eſt ex Tolet. VI. c. 1. & Tolet. XI. in confeſſione fid.

(*i*) De div. nom. c. 2.

(*k*) *Ruiz* ex *D. Th.* aliiſque *PP.* l. de Trin. diſp. 3. per tot.

(*l*) *Orat.* 3. contra Arianos prope init.

(*m*) L. 1. Theſau. cap. 1.

(*n*) Lib. 5. contra Eunom. prope med.

Filium, & Spiritum : unde & potiori jure ad producendum ad extra creaturas . Heinc *Damaſcenus* (*o*) Verbum & Spiritum adpellat *virtutes ſubſiſtentes Patris*. Ad 3. *N. A.* Nam cum Omnipotentia producit formaliter creaturas triplex connaturale ſuppoſitum, quod includit Omnipotentia, dicente *Cyril.* (*p*) *Filium eſſe virtutem, qua Pater operatur*. Ad 4. *D. Mi.* ſed tria, id eſt, tria ſuppoſita, *C.* tria realia principia, *N.*; quia tres Perſonae creant per eandem Omnipotentiam . Et vero Pater, & Filius ſunt unum principium Spiritus. Ad 5. *D. A.* ſolam Eſſentiam ſeorſim a relationibus, *N.* ſimul cum iſtis, *C.* (*q*)

15 QUAESTIO III. Num Deus potuerit mundum ab aeternitate creare? Supponimus heic ex fidei Dogmate Deum in tempore creaſſe mundum, quemadmodum liquet (praeter *ſuperius* dicta) ex *Script.* e.c. *Prov.* 8. 28. *Eccle.* 24. 5. *Joa.* 17. 5. *Epheſ.* 1. 4. in quibus nempe locis habemus, Deum ante mundum fuiſſe, ſeu quum mundus nondum erat. Tum ex *CC.* cum VI. *Syn. gener.* (*r*) & *Later.* (*s*) Item ex *PP.* cum *Tertull.* (*t*) *Athan.* (*u*) *Cyril.* (*x*) *Hilar.* (*y*) *Baſil.* (*z*) *Chriſoſt.* (*a*) *Auguſt.* (*b*) *Damaſc.* (*c*) His jam vero poſitis, ADSERO. Potuit ſaltem quoad creaturas permanentes (*d*). Quia poteſt quamoptime Deus producere creaturam ſibi coaeternam a parte poſt, ut ajunt, quin haec aeternitas ſit contra conceptum creaturae ; ergo & ſibi coaeternam a parte ante.

OBJECTIONES.

16 Objicis . Impoſſibilis eſt creatura permanens ab aeternitate. Nam 1.° PP. praecipue Athan. Baſil. Damaſc. (*e*) probant contra Arianos divinum Verbum non eſſe creaturam, quia eſt ab aeternitate . 2.° adtributum aeternitatis a parte ante eſt ſolius Dei. 3.° res ab aeterno creata, non crearetur ex nihilo, contra creaturae conceptum . 4.° Angelus ab aeterno creatus, non poteſt a Deo deſtrui in tota aeternitate a parte ante: ac ſi ipſe ſine mora peccaret, nec poſſet tota aeternitate converti, nec a peccato ceſſare: quae repugnant . 5.° ſtupa igni ab aeterno adplicata , nequiret ab igne comburi ab aeterno ; alioqui ſimul exſiſteret, ac non exiſteret ab aeterno: ergo nec ignis combureret quam primum poſſet; quod eſt contra rationem cauſſae neceſſariae .

17 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: argumentum Patrum procedebat ad hominem

(*o*) Epiſt. ſeu lib. de Triſagio prope medium .

(*p*) L. 2. in Joan. cap. 135. ſub fin .

(*q*) Conf. *Valent.* heic d. 3. q. 2. puncto 3. & *Ruiz.* de Trint. d. 111. ſect. 1. & 8. cum quibus optarem equidem ut recentes Scriptores Quaeſtionem iſtam plane theologicam diſputaſſent.

(*r*) Act. II.

(*s*) Cap. *Firmiter* .

(*t*) Adverſ. Hermogen. c. 19. ſqq.

(*u*) L. de decr. Nycaen. Syn.

(*x*) L. 12. theſaur. c. 13.

(*y*) In Pſ. 148.

(*z*) L. 2. conr. Eunom.

(*a*) Hom. 2. in Geneſ.

(*b*) L. 1. de Geneſi ad lit. c. 1. & 11. civ. c. 6.

(*c*) L. 1. de fide orth. c. 8.

(*d*) *D. Th.* q. 46. a. 2. *Scot. Cai.* &c. ap. & cum *Vaz.* diſp 177. n. 6. *Suar. Dur.* &c. ap. & cum *Praepoſ.* in locum cit. D. Th. dub. un. n. 2. & plures in Phyſicis, cum *Arri.* d. 17. ſect. 2. quibus & nos olim ſubſcripſimus .

(*e*) Ap. *Valent.* cit. q. 3. pun. 2.

minem contra Arianos, qui creaturam omnem in tempore creatam esse tuebantur. Ad 2. *D. A.* aeternitatis essentialis absolutae, & a se, *C.* participatae a libera Dei voluntate, *N.* Ad 3. *N. A.* nam crearetur ex nihilo subjecti praejacentis, seu ex nullo subjecto, ac etiam ex nihilo, seu ex carentia sui, quae praecedere potuit. Ad 4. *D. A.* quoad 1. partem: non posset a Deo destrui, consequenter ad suum decretum liberum de aeterna Angeli exsistentia, *C.* antecedenter, *N.* Sic enim neque potest a Deo destrui Angelus, consequenter ad decretum de ejus exsistentia aeterna a parte post. Et *C. A.* quoad 2. partem, & *N. Con.* illa enim durandi in peccato necessitas esset tantum consequens liberam Angeli determinationem peccandi ab aeterno. Ad 5. *N. Con.*; quia tunc igni deficeret adplicatio Omnipoientiae ad comburendum; haberet enim Deus decretum concurrendi cum igne, postquam stupa per aeternitatem exstiterit, non priusquam exstitisset.

18 QUAESTIO IV. Quo pacto Deus sit Principium Universi? ADSERO 1. Necessario tale est, quatenus omne, quocumque modo sit, necessario a Deo est (*f*). Nam *Joan.* 1. *omnia per ipsum facta sunt*, & ad *Rom.* 11. *ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia*. 11. Principium in Deo immediate efficiens creaturarum est decretum, quo vult creaturam hoc modo, & hoc tempore exsistentem; atque adeo voluntas quoad eum actum est in Deo potentia exsequutrix (*g*). Quia sufficiens, & efficax est illud voluntatis decretum, ut ex eo solo emanent creaturae, etiam secluſa per impossibile in Deo quacumque alia virtute exsequutrice. Heinc vulgatus *Aug.* Deum adloquens (*h*) *quia omnia, quae ex nihilo creasti, sola voluntate fecisti* (*i*).

19 QUAESTIO V. Num Deus sit unicum Principium creaturarum, quae fiunt per eductionem? ADSERO: saepissimae comproducunt cum Deo caussae naturales efficientes, tanquam principia inferiora proprie creaturarum effectricia (*k*). Id tamen non provenit ex Dei indigentia, quod caussis aliis egeat ad producendum; sed ex bonitate ipsius, qui etiam caussandi dignitatem aliis conferre voluit. Contrariam Sententiam tenuerunt aliqui Philosophi tum antiqui, tum juniores cum Carte. sianis, Baelio &c., apud quos Sol e. c. non illuminat, sed Deus &c. At stulta est; quia ordinem tollit Universi, propriam operationem aufert a caussis secundis, & sensus judicium destruit.

OBJECTIONES.

20 Obj. *primo*. Sola prima caussa est, quae actu suae voluntatis vere producit rem de non esse ad esse: ergo creaturae, quas vocamus caussas

(*f*) Omnes cum *D. Th.* q. 44. a. 1.
(*g*) *D. Th. Scot.* ap. & cum *Mol.* in 1. p. q. 25. a. 1. d. 2. contra Durand.
(*h*) L. de Speculo c 7.
(*i*) Hanc in rem merito consulendus *Mol.* 1. p. q. 25. d. 2. a. 1.
(*k*) Ita communissime *Theologi* & *Philosophicum* D. Th. in 2. sent. d. 1. q. 1. a. 4.

cauſſas ſecundas, ſolum concurrunt ex Dei determinatione, tanquam mera conditio ſine qua non concurreret Deus. *Secundo*. Deus ſe ſolo praeſtare poteſt omnia, quae facit cum creaturis. *Tertio*. Scripturae interdum Deo tribuunt quae dicimus fieri a creaturis, e.c. educere ventos de eotum theſauris, veſtire prata, & omnia tandem in omnibus operari, ut dicitur 1. *Cor.* 13.

21 ℟. Ad *primum*. *N. A.*; quia paſſim Scripturae tribuunt creaturis vim agendi; quippe quibus ſuaviter ſeſe adcommodat cauſſa prima, ut *Gen.* 1. 11. *germinet terra herbam virentem* &c. & ita quidem hunc alioſque ſimiles textus intelligunt, exponuntque Patres (*l*). Ad *ſecundum N. A.* de actibus vitalibus tum bonis, tum pravis adaequate ſumtis. Id tamen, licet de aliis verum ſit, non obſtat, quominus Deus ſeſe libere, & liberaliter adcommodet rerum naturis, & virtutibus. Ad *tertium*. Hoc ideo dicitur quoniam nihil fit a creaturis, quod non fiat etiam a Deo proxime concurrente tanquam cauſſa prima, & univerſali (*m*).

CAPUT SECUNDUM

De Univerſo, univerſe, quoad univerſalem Creationem.

22 QUAESTIO I. Quo pacto, & ordine creaverit Deus Univerſum? ADSERO 1. Creavit illud tanquam cauſſa efficiens proxima, & unica, ſeu abſque Angelorum concurſu. Fide ſanctum ex *Scripturis* paſſim cum *Geneſ.* 1. ℣. 1. ſqq. ſecundum frequentiſſimam Patrum, quos ſuperius adlegavimus, expoſitionem. Tum ex *CC.* in quibus fidei profeſſio praemittitur, & ſignanter in *Brachar.* I. (*n*) Necnon ex *PP.* cum *Iren.* (*o*) *Athan.* (*p*) *Cyrill.* (*q*) *Baſil.* (*r*) *Epiph.* (*s*) *Ambroſ.* (*t*) Porro ex *Gen.* 1. *in principio creavit Deus coelum, & terram*, quin ullus concreator ibi nominetur. Et quidem ſtricte creavit tum Angelos, tum animas rationales Adami, & Evae, tum omnem materiam primigeniam ſuo informatam complemento; coelum enim & terra, ſola materia plane non ſunt (*u*).

23 II. Creavit illud directe, & per ſe, vel ratione ſuae Bonitatis, non caſu, vel fortuito, aut occaſione deſumta ex defectu, vel fine fundato in culpa creaturarum ſpiritualium. Pariter fide ſanctum (*x*) Liquet ex *ſacris literis* cum *Deuter.* 4. 19. & 26. 19. *Prov.* 16. 4. *Coloſſ.* 1. 16. Tum ex *CC.* e. c. ex v. *Syn. gener.* (*y*) VI. *Syn. gener.* (*z*) *Bracarenſ.* I. (*a*)

(*l*) Cum *Baſil.* hom. 5. Hexaëm & *Ambroſ.* l. 3. Hexaëm. c. 8.
(*m*) Legito *Martinon* d. 32. a n. 47.
(*n*) Cap. 13.
(*o*) L. 1. c. 19.
(*p*) Serm. cont. Arian.
(*q*) Dial. 7. de Trin. ſub. fin.
(*r*) L. de Sp. S. c. 16.
(*s*) Haer. 20. ſqq.
(*t*) L. 1. de Sp. S. c. 3.
(*u*) Conſule *D. Th.* q. 65. art. 4.
(*x*) Uti diſerte propugnant *Suar.* de oper. 6. dier. l. 1. c. 1. adſerto 2. & *Granad.* controv. 8. tr. 1. diſp. 2. n. 5. adverſus Origen.
(*y*) Ap. *Nicephor.* in hiſt. eccl. l. 27. c. 27. & 28.
(*z*) Act. 11. quatenus Sophronii epiſtolam recepit.
(*a*) Can. 6.

Later. (*b*) Quibus addito *PP.* e. g. *Cyril. Alex.* (*c*) *Nyſſen.* (*d*) *Epiphan.* (*e*) *Auguſt.* (*f*) qui nempe ſinguli oppoſitam opinionem tanquam erroneam confutarunt. Et quidem quum *Gen.* 1. de ſingulorum corporum creatione tractetur, non alia redditur ratio, quam ut, quae bona erant, ab Authore bono in lucem ederentur: ergo peccatum non fuit hujus creationis cauſſa. III. *In principio creavit Deus Coelum, & terram*, id eſt in exordio, vel primo momento mundi, & temporis, quando nimirum Deus initium praebuit creationi rerum, quae ipſi coaeterna non fuerunt, creavit *coelum* empyreum, cum Angelis (*g*), & quoque *terram*, id eſt infimum elementum (*h*). Deinde eodem primo temporis die produxit lucem, & reliqua ſingulis quinque diebus ſubceſſivis. Et ſeptimo tandem die *requievit ab univerſo opere, quod patrarat.*

OBJECTIONES.

24 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Ubi nos legimus Gen. 1. *in principio creavit Deus*, in hebraeo habetur *Elohim*, quod Deos ſignificat: quo videntur deſignari Angeli tanquam concreatores. *Secundo* contra II. Adſ. Ex Eccleſiaſtici 39. *ignis, grando, fames & mors, omnia haec ad vindictam creata ſunt*; quin etiam ignis gehennalis *paratus eſt Diabolo, & angelis, aliiſque ſociis ejus*: ergo plures ſaltem creaturae occaſione peccati creatae ſunt.

25 R. Ad *primum*: τὸ *Elohim* deſignat Perſonarum Trinitatem, & τὸ *creavit* unitatem Eſſentiae. Eſt quoque idiotiſmus linguae hebraicae, quae ſepe pro ſingulari pluralitatem adponit. Ad *ſecundum*: ea mala, & ignis ille dicuntur creata a Deo, propter complementum, & perfectionem univerſi, & ut de ſe aptum eſſent inſtrumentum divinae Juſtitiae, ad vindictam delictorum, non quae ante corporum creationem praeceſſerant (uti ſomniarunt Manichaei cum Origene) ſed quae vel eſſe poterant, vel futura praeſciebantur. Ideo Eccleſiaſtici ipſo Cap. additur, *bona bonis creata ſunt ab initio, ſic nequiſſimis bona, & mala*, utique mala illis, hoc eſt nociva (*i*).

26 Obj. *tertio* contra III. Adſ. Deus tunc non creavit coelum empyreum. Nam 1.° empyreum nihil aliud eſt, quam claritas a Dei eſſentia promanans. 2.° coelum empyreum nullibi reperitur in Scripturis: immo *coelum*, quod memoratur initio Geneſeos, eſt aqueum; illi enim reſpondet vox hebraea *Samajm* id eſt, *ibi aquae*. 3.° ex D. Hieron. & Cypri. Moyſes in ſua Geneſi nos docuit duntaxat originem creaturarum viſibilium; at empyreum non eſt nobis viſibile.

27 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* forte erroneum, cum *Sixto Senen.* & *Catharino* contra Eugubinum (*k*). Ad 2. ſaepe reperitur, non ſub nomine empyrei, ſed aliis ſub vocibus, denotantibus proprietates Throni, ſedis

(*b*) Ex cap. *Firmiter.*
(*c*) L. 1. in Joan. c. 9. ſub fin.
(*d*) L. de opific. hominis c. 28. 29.
(*e*) Haer. 64. ſub init. & alias.
(*f*) L. 11. de civ. c. 23.
(*g*) Ita *Mol.* de oper. 6. dierum d. 2. ſub init. cum *D. Th.* q. 46. a. 3.
(*h*) Ita *Gran.* cit. tr. 2. d. 1. n. 9.
(*i*) Vide, ſi vacat, *Suar.* hic l. 1. c. 1. n. 16. 19.
(*k*) Lege *Mol.* hic d. 3. ſub fin.

ſedis Domini, coeli coelorum &c. quae ipſi adtribuuntur a *PP. Clem. Baſil. Hilar. Theodoret. Bed.* (*l*). Illam vero vocem uſurpavit Moyſes, tanquam ſubtiliorem ad deſignanda, quae ſunt nobis inviſibilia, ſcilicet empyreum, & Angelos ibi creatos. Ad 3. *N. Mi.* quia empyreum eſt viſibile in ſe, tametſi non videatur (*m*).

28 QUAESTIO II. Quo anno, quo tempore, quo die, qua figura Deus Univerſum condidit? ADSERO I. Anno quater milleſimo ante Chriſti Domini adventum (*n*). Quia ita liquido eruitur ex hiſtoria Sacrorum Bibliorum, ſedulo annuatim computata. II. Sub verno aequinoctio reſpective ad plagas boreales, quibus Adam conditus eſt Menſe Martio, Hebraeis *Niſan* (*o*). Quia congruum erat, ut Univerſum, & vetus Adam ea tempeſtate conderentur, qua novus Adam Chriſtus incarnatus eſt, noſque redemit. III. Die Dominico (*p*). Quia die ſeptimo, vel Sabbato, requievit: ergo die primo, vel Dominico, caepit molem conſtruere. IV. In figura ſphaerica, vel rotunda; uti vulgo ſentiunt Aſtronomi, ac Geometrae. Quia perfectior eſt (*q*).

29 QUAESTIO III. Num ſex illi dies, de quibus *Gen.* 1. fuerint dies naturales ex viginti quatuor horis, an ſpirituales aut metaphorice ſumti ab Hiſtoriographo Moſe? ADSERO. Fuerunt ſex dies naturales, quibus Deus, ſubceſſive Univerſum quoad omnes ſuas partes condidit, & abſolvit (*r*). Quia non eſt, cur Scripturae literam ad ſenſum figuratum detorqueamus. Audiatur pro multis unus *Ambr.* (*s*) *Dum Deus ſubceſſive hunc Mundum produxit, ac perfecit, imitatores ſuos nos eſſe voluit, ut primo faciamus aliqua, ne dum ſimul utrumque adorimur, neutrum poſſimus implere.*

OBJECTIONES.

30 Obj. Deus creavit Mundum vel uno die, vel uno momento. Nam 1.° Gen. 2. 4. *In die, quo fecit Deus coelum, & terram, & omne virgultum agri*: ergo haec uno die creata ſunt. 2.° Eccleſiaſtici 18. *qui vivit in aeternum, creavit omnia ſimul*: ergo non ſex diebus naturalibus. 3.° Job. 4. *ecce Behemot, quem fecit tecum* id eſt, hominem, & diabolum ſimul creavit Deus. 4.° ex Conc. Later. II. cap. *Firmiter, Deus ſua omnipo-*

(*l*) Ap. *Mol.* cit.

(*m*) V. *D. Th.* heic q. 66. a. 3. *Mol.* cit. d. 3. 4. *Suar.* heic l. 1. c. 4. *Quadr.* Palaeſ. bibl. t. 1. dec. 1. q. 1.

(*n*) *RR.* cum *Uſſerio, Tirino* &c.

(*o*) *Tir.* in Chron. c. 9.

(*p*) Communit. *PP.* ap. & cum *Suar.* cit. l. 1. c. 12. n. 5.

(*q*) De his prolixius olim egimus in Tract. de Mundo tit. 4. adpend. Phyſiol. particular.

(*r*) Communiſſ. *PP.* ap. & cum *Mol.* cit. d. 1. & *Suar.* c. 11. & 12. *Mag.* 2. diſt. 12. ubi *D. Th.* q. 1. a. 2. problematice, *Juen.* par. 3. diſſ. 2. q. 5. §. *Quaeres* 1. *Perrimezz.* diſſ. 154. *Petav.* de opif. ſex dier. l. 1. c. 5. vulgo ſacri Interpretes in Geneſim contra Caj. Can. alioſque diverſimode hac in re ſentientes cum Recentibus *Serryo* de opif. mundi praelect. 2. & 3. a p. 135. *Bert.* in Theol. l. 11. c. 2. Lege *Nat. Alex.* in diſſ. de opif. 6. dier. art. 9. prop. 1. & *Petav.* mox cit.

(*s*) L. 1. Hexaëmer. c. 7.

omnipotenti virtute ſimul ab initio temporis , utramque de nihilo condidit creaturam , ſpiritualem , & corporalem &c. 5.° Deuter. 32. *Dei perfecta ſunt opera* : ergo illa a primo inſtanti perfecta produxit. 6.° Dies naturalis eſt integra ſolis circulatio ; at ſol ex Gen. 1. factus eſt die quarto : ergo ibi ſermo non eſt de diebus naturalibus . 7.° divinae Omnipotentiae nulla poteſt injici mora , quominus operetur : ergo licet ſubceſſionem in productione redoleat narratio , qua ſeſe Moyſes Judaeorum ruditati adtemperavit , facta tamen eſt uno momento . 8.° ſat expeditur Moſaica narratio , ſi nomine *dierum* recurratur myſtice ad cognitiones Angelicas ſuper rebus creatis , uti profunde , licet dubius , adſeruit Aug. (*t*) : ergo nefas eſt a tanto Doctore diſcedere .

31 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. A.* in die , ideſt uno die , *N.* id eſt diebus , ſumto ſingulari pro plurali , uti ſaepe loquitur Scriptura , *C.* Et *D. Conſ.* eninenter , quatenus primo momento quatuor coaeva concreata ſunt , *C.* formaliter , *N.* Ad 2. *D. A.* ſimul , ſimultate inſtantis indiviſibilis , *N.* ſimultate continuationis per ſex dies , *C.* Ad 3. *D. A.* fui tecum , id eſt eodem momento , *N.* id eſt ſub idem tempus ſubceſſivae rerum productionis , *C.* Ad 4. *D. A.* uti ab prob. 2. Ad 5. *N. Conſ.* nam perfecta ſunt , & dicuntur ea , quae ad perfectionem non ſimul , ſed per partes , & ſubceſſu temporis producuntur .

32 Ad 6. heic dies naturalis ſumitur pro ſpatio viginti quatuor horarum , quibus ſolis circulatio realis conficitur . Ad 7. non dedecet Omnipotentiam cunctatio , ſeu ſubceſſio in rebus producendis , quam ad fines ſibi bene viſos elegit divina voluntas , & per Moyſem dilucide explicavit . Ad 8. *N. A.* Nam illa cogitatio nullo fundamento ſolido innititur , & contra eam pugnare videtur ſacer textus , & PP. omniumque fere DD. ſenſus , a quibus proinde reverenter heic deſeritur Auguſtinus (*u*).

CAPUT TERTIUM

De Univerſo ſigillatim , quoad ſingula opera ſex dierum .

33 QUAESTIO I. Quodnam fuerit opus *primi* diei , ideſt Dominici ? ADSERO 1. Productis quatuor coaevis , de quibus alias , ſpatio duodecim horarum *tenebrae erant ſuper faciem abyſſi* , id eſt nulla fuit lux aquis primigeniis , quae undequaque interpoſitum ſpatium empyreum inter & terram occupabant : & *Spiritus Domini* , ideſt divina Voluntas *ferebatur ſuper aquas* , tanquam ſuper materiam , in qua & ex qua operaretur (*x*) . Quare eas aquas primigenias vocamus , quoniam ex illis primo factis poſtea pene reliqua facta ſunt . Ergo hora 12. poſt primum punctum primae creationis *dixit Deus , fiat lux , & facta eſt lux . . . & diviſit lucem a tenebris , adpellavitque lucem diem , & tenebras noctem , factumque veſpere , & mane dies unus* . Haec ex hiſtoria Moſaica in ſacra *Geneſ.* cap. 1. ℣. 1. ſqq. 11. Haec

(*t*) IV. ſup. Gen. ad lit. c. 22. & alibi . cit. dec. 1. q. 5.

(*u*) Conf. *Suar.* l. 1. c. 10. 11. 12 *Mol.* heic d. 1. *Val.* heic d. 5. q. 2. pu. 2. *Quadr.* cit. d. 1.

(*x*) Amplectimur expoſitionem laudati *Mol.* cit. d. 7.

34 II. Haec lux fuit corpus quoddam naturale mediocriter lucidum ſphaericae, ac vaſtiſſimae molis, & lux primigenia, & vicaria, ex qua Sol lucidiſſimus procreatus eſt. Idque fortaſſe putant, qui (*y*) ajunt, iſtam lucem non fuiſſe diſtinctam a luce Solis, informem tamen, & imperfectam; quia in quarta die quaſi perfecta, abſoluta, & conſummata fuit. III. Globus hic, vel Sol primigenius productus eſt a parte orientali comparate ad Palaeſtinam, terram populo Dei promittendam: ac inde progreſſu continuo circulari, ſibi a ſolo Deo vel ab Angelo adſiſtente immiſſo pervagatus eſt, donec integrum diem perficeret (*z*). Factus eſt ergo dies unus naturalis 24. horarum, cujus prima pars fuit ſpatium duodecim horarum abſque luce; iſtaque deinceps adveniens diviſit, vel diſtinxit nocturnum, ac diurnum tempus (*a*).

OBJECTIONES.

35 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Abſonum videtur, Deum opus ſuum a tenebris incaepiſſe, ut notarunt Manichaei. *Secundo*. Non eſt credendum incaepiſſe tot tenebris abvolutam diem illam Dominicam, in qua initiabantur tot Lucis myſteria. *Tertio*. Quum dicitur, *veſpere, & mane dies unus*, τὸ *mane* ſumitur pro tempore antemeridiano, ut 3. Reg. 18. *de mane uſque ad meridiem*; ergo & τὸ *veſpere* pro tempore pomeridiano, non pro nocte tenebroſa.

36 R. Ad *primum*: obtenebrati Manichaei caecutiunt; nam Deus incaepit ab empyreo micantiſſimo. Ad *ſecundum N. A.*; quia ita perhibet ſacra pagina, & congruentiae ſuadent. Ad 3. *D. A.* frequentius, *C.* ſemper, *N.*; quia etiam aliquando ſumitur *mane* pro tota diei artificialis claritate, ut *Iſai.* 21. 14. *mane, & nox venit*. Et idem dic de τὸ *veſpere*, quod heic pro nocte ſumimus, etſi frequentius tempus pomeridianum ſonet (*b*).

37 QUAESTIO II. Quodnam opus *ſecundi* diei? ADSERO 1. *Fecit Deus Firmamentum, diviſitque aquas, quae erant ſub Firmamento, ab his, quae erant ſuper Firmamentum*, ex *Gen.* 1. 11. Nomine Firmamenti veniunt omnes coeli, empyreo inferiores, quos Deus produxit ex aquis primigeniis, vocati propterea Firmamentum, quatenus conſtabiliti ſunt, firmiter in ſede ſua perennaturi (*c*). III. Quoniam Firmamentum productum eſt in medio aquarum, ideo ſuper illud, & ſub illo verae aquae remanſerunt eo die (*d*). Quia nihil obſtat, quominus ſacer textus de propriis, & naturalibus utrobique aquis proprie, ac non per metaphoram loquutus intelligatur; atqui aquae, quae erant ſub Firmamento, erant aquae propriae, apud omnes: ergo & quae erant ſuper Firmamentum, quae ſiquidem replebant locum interjectum, vel qui medius erat inter empyreum,

(*y*) Cum *Suar. Val.* &c.

(*z*) Haec *Mol.* ex parte d. 7. & *Granr.* 2. d. 2.

(*a*) Recolendi *Greg. Nyſſen.* in Hexaëm. *Baſil.* item & *Ambr.* in Hexaëm. *Dionyſ.* cap. 4. de div. nom. cum ſcholiis *Maximi*, *Bened. Pererius* in cap. 1. Geneſ. ubi de primo die, *Petav.* de opif. 6. dier. l. 1. c. 8.

(*b*) Leguntor *Mol.* heic d. 7. 8. 9. & *Quadr.* cit. dec. 1. q. 2. & dec. 2. q. 1.

(*c*) Ita *Mol.* d. 10. *Martinengus* cum 36. *AA.* aliiſque ap. *Gran.* cit. d. 3. n. 5.

(*d*) Audi cit. *Molinam* de hac quaeſtione diſputantem.

pyreum, coelumque ſibi propius. Iſtae tamen aquae adhuc perſeverant, quum ſaepe de eis in Scriptura, tanquam de actu exſiſtentibus fiat mentio; & quidem vel in cryſtallum converſae, vel etiam fluidae, quoniam quum contrarium non habeant, non eſt cur corrumpantur (*e*).

OBJECTIONES.

38 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Nequit heic nomine Firmamenti venire coelum aethereum. Nam 1.° Baſil. (*f*) reprobat coeleſtium corporum ſimilitudinem cum lapide ſolido, & tranſparente, ex aquis concreto. 2.° hoc coelum eſt fluidum, non ſolidum, firmumque, tum quia alioqui errantes planetarum motus non bene componentur, ut jam propius, jam longius a ſole adpareant; tum quia in luna ſunt cavitates, quas coelo fluido repleri oportet; tum quia multi PP. id ſentiunt.

39 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. Baſil. reprobat omnimodam ſimilitudinem, non aliqualem. Ad 2. *N. Adſ.* Ad primam prob. unuſquiſque Planetarum movetur motu proprio per epyciclos, vel ſphaerulas. Ad ſecundam *N.* illam cum Aſtrologis. Ad tertiam: plures PP. oppoſitum ſentiunt, itemque DD. & TT. (*g*).

40 Obj. *ſecundo* contra III. Adſ. Non remanent verae aquae ſuper Firmamentum. Nam 1.° nulla eſt de eis neceſſitas, vel utilitas pro bono univerſi. 2.° ſi ſint in cryſtallum converſae, nec aliquid influunt, nec recipiunt propriam aquae denominationem. 3.° ſi ſint fluidae, nullus eſt de illis uſus, nulluſque finis Deo dignus, citra miraculum: immo ſua gravitate deorſum perpetuo inlaberentur.

41 R. *N. Adſ.* quia ex *D. Aug.* (*h*) *major eſt Scripturae hujus authoritas, quam omnis humani ingenii capacitas.* Adeo cum doctiſſimo *Molina*, (*i*) *nec praeter fallaces hominum exſiſtimationes, violentiam ullam arbitror eſſe Scripturae ſacrae inferendam.* Ad 1. prob. *N. A.* quia ſaltem ad ornatum inſerviunt. Ad 2. *N. A.* quia ſidera ſunt ſolida, & influunt; & glacies dicitur aqua glacialis: eccur ergo nequeant illae proprie aquae chryſtallinae nuncupari? Ad 3. *N. A.* Etſi ejuſmodi uſus, & finis nos lateant, at nihil Deus otioſum edidit. Si divinare liceat; ſua frigiditate ardorem ſolis, ſiderumque temperant. Nec prolabi poſſunt aquae ſubcluſae inter duo corpora ſolida, ſcilicet inter coelum empyreum, ac aethereum (*k*).

42 QUAESTIO III. Quodnam opus *tertii* diei? ADSERO 1. *Dixit vero Deus, congregentur aquae, quae ſub coelo ſunt, in locum unum, & adpareat arida, & factum eſt ita.* Item, *germinet terra herbam virentem & facientem ſemen, & lignum pomiferum* &c. *& factum eſt ita.* Ex *Geneſ.* 1. ¶. 9. ſqq.

(*e*) Vide ſis *Theodoret.* q. 11. in Geneſ. *Origenem* in tomo 1. in Joan. ſub fin. *Caeſar.* dial. 1. interrog. 69. *Perer.* in Geneſ. ubi de opere ſecundi diei.

(*f*) Hom. 3. Hexaëm.

(*g*) Ap. *Quadr.* cit. dec. 1. q. 3. verſ. *Objicies quinto* ex *Arriaga*.

(*h*) Ap. *D. Th.* heic d. 68. a. 2. O.

(*i*) Heic d. 10.

(*k*) Conſule *Epiphan.* in epiſt. ad Jo. Hieroſ. contra Origen. *Mol.* cit. *Petav.* cit. c. 9. §. 2. *Quadr.* cit. dec. 1. q. 4. a n. 6.

ſqq. 11. Aquae illae quae totam terram operiebant, congregatae ſunt in locum unum, ideſt diverſum ab eo, quem occupat terra, quatenus Deus ſua omnipotente virtute maximas quaſdam cavitates in terra effecit, quo aquae ſua gravitate magno impetu confluxerunt. Et heinc adparuit terra jam arida, vel exſiccata, & futuris mortalibus adcommoda, planitie, vallibus, montibus ornata, & quidem aquis, vel mari eminentior (*l*). Itemque repleta tunc adparuit metallis omnibus, ceteriſque mineralibus, quae Deus in terrae viſceribus ex ejus materia produxit, dum terram ſuper aquas elevabat. Quin & inferi omnes tunc exſtructi ſunt in terrae centro; ac forte in ſuum cito detruſi ſunt omnes, vel plures Angeli peccatores, quibus interea Infernus erat aër caliginoſus (*m*).

43 III. Adcepit germinandi virtutem, actuque *protulit terra herbam virentem, lignumque faciens fructum*, ex *Gen.* 1. videlicet tanquam cauſſa materialis, non efficiens (*n*). Produxit itidem tunc terra plantas venenoſas, & noxias, v. g. tribulos, ſpinas &c. (*o*). Quia non minus iſtae nocivae, ac moleſtae ſunt hominibus, quam ſerpentes, quos conſtat ante peccatum exſiſtere. Tandem Paradiſus terreſtris conditus eſt, ſcilicet corporeus quidam locus & hortus deliciis adfluens, quem Adam innocens inhabitaret (*p*). Nec enim pro eo, tempus opportunius valet adſignari. Et quidem conditus eſt Armeniam inter, & Meſopotamiam in eo loco, vel terrae ſitu, quo in unum fluvii Tygris, & Euphrates conjunguntur (*q*). Exſtat ne nunc? Summe incertum (*r*).

OBJECTIONES.

44 Obj. *primo* contra 11. Adſ. Terra quoad ſuperficiem aquis libera, non eſt maris undis prominentior, id eſt longinquior a centro mundi, coeloque proprinquior. Nam 1.° ex Pſ. 103. *ſuper montes ſtabunt aquae*, id eſt erunt montibus eminentiores. 2.° ex Pſ. 68. *veni in altitudinem maris*: unde mare eſt navigantibus eminentius littore, a quo proficiſcuntur. 3.° ex Jerem. 5. *intumeſcent fluctus ejus* (maris) *& non tranſibunt*, id eſt Deo providente, non tranſgredientur fines ſuos, ne terram operiant: quod quidem naturaliter evenire non poſſet, niſi eſſent terra eminentiores. 4.° ex Baſil. (*s*) experientia compertum eſt, mare rubrum eſſe terra eminentius.

45 R. *N. Adſ.* cum *Chryſoſt. Hieron. Damaſc.* (*t*). Ad 1. prob: loquitur Vates de aquis, uti erant a principio ante diem tertium, uti patet expendenti Pſalmum: ac τὸ *ſtabunt* eſt futurum pro praeterito imperfecto. Ad 2. ibi eſt altitudo maris, ubi mare eſt profundius, quod terrae

(*l*) *Suar.* cit. c. 6. *Gran.* d. 4. *Mol.* d. 12.

(*m*) De hoc argumento *D Th.* q. 64. a. 4. cum *D. Aug.*

(*n*) *Suar.* c. 7. *Gran.* d. 5. *D. Th.* q. 70. a. 1. contra Cajet.

(*o*) *Mol.* d. 13 ex *Aug.* & *Th.*

(*p*) *Suar.* cit. c. 7. n. 14. Conf. *Petav.* l. 2. c. 5. & *Serryus* cit. prael. 10.

(*q*) Ita juniores *Hiſtorici* atque *Theologi* cum *Huet.* ex Gen. 2. a V. 8. ad 15. quibus nos olim peculiari diſſertatione ſubſcripſimus.

(*r*) Vide *Quadr.* pal. bibl. t. 2. dec. 3. q. 1. & *Serryum* praelect. 11.

(*s*) Hom. 4. Hexaëm.

(*t*) Ap. & cum *Mol.* heic. d. 11.

rae cavitas ibi depreſſior ſit, ac profundior. Illud ſuſpicantur navigantes ex ſenſuum deceptione. Ad 3. in eo hic elucet Dei potentia, quod quum elementorum natura poſtulet, ut terram operiat aqua, hanc pro bono univerſi in cavitatibus terrae cohibuerit. Ad 4. alii objectam inficiantur experientiam (*u*).

46 Obj. *ſecundo* contra III. Adſ. Plantae virulentae, aliaeque noxiae non ſunt productae ante Adae peccatum. Nam 1.° productae ſunt in poenam peccati, uti Deus Adamo poſt lapſum edixit, *quia comediſti de ligno .... ſpinas, & tribulos germinabit tibi*, ex *Gen.* 3. unde ex Damaſc. (*x*) Bed. & Raban. (*y*) roſa ante peccatum producta fuiſſet ſine ſpinis, poſt peccatum vero ſpinis muniri caepit. 2.° *Deus vidit, quod eſſet bonum* quidquid hoc die produxerat; quod in praefatas plantas non quadrat.

47 R. *N. Adſ.* Ad 1.° prob. *D. A.* quae productae ſunt ante peccatum, *N.* permultae, quas terra germinavit in poenam peccati, alioqui non germinatura, ſi defuiſſet peccatum, *C.* Idque denotat maledictio terrae, ac *tò germinabit tibi*; roſa vero (et plantae ſimiles) non niſi per miraculum oriretur abſque nativo ſpinarum ſatellitio. Nobiſcum ſentiunt *D. Aug.* (*yy*) *D. Th.* (*z*) & plurimi *AA.* cum *Mol. Valen.* &c. Ad 2. noxiae etiam ſunt bonae, id eſt perfectae, ſuoque fini adcomodatae (*a*).

48 QUAESTIO IV. Quodnam opus *quarti* diei? ADSERO I. *Fecit Deus ſolem, lunam, & ſtellas, & poſuit eas in firmamento coeli* ex *Gen.* 1. ℣. 14. ſqq. II. Eduxit ſolem ex globo lucido primi diei; huic enim uni, & tanto ſideri tantum principium reſpondebat. At reliqua ſidera ex firmamenti materia eduxit; ad eum plane modum, quo ex aquae primigeniae materia Orbes coeleſtes infra empyreum educti ſunt (*b*). III. Planetae, ac aſtra reliqua ejuſdem ſunt naturae, ac ſpeciei cum orbibus, quibus inſunt; nec enim aliud ſunt, quam partes denſiores eorundem orbium, non ſecus ac nodi in tabulis ejuſdem ſunt ſpeciei cum reliquis ipſarum partibus, a quibus tantum differunt, quod ſint denſiores (*c*). Haec aſtra non ſunt animata, quamvis habeant Angelos adſiſtentes a quibus moventur (*d*).

49 QUAESTIO V. Quodnam opus *quinti* diei? ADSERO I. *Dixit etiam Deus, producant aquae reptile animae viventis, & volatile ſuper terram*, ex *Gen.* 1. ℣. 20. ſqq. II. Piſces ex aquarum materia producti ſunt, itemque aves (*e*); quia ita exprimit adductus textus. Adcedit, in avium genere multas eſſe ſpecies, quae in aquis degunt. Itemque aves cum piſci-

(*u*) cum *Mol.* cit. verſ. *ad ſecundum.*
(*x*) L. 2. fid. orthod. c. 10.
(*y*) In cap. 1. Geneſ.
(*yy*) De Gen. ad lit. l. 3. c. 18.
(*z*) Heic q. 69. a. 2.
(*a*) Conf. *Val.* heic d. 5. q. 3. pu. 3. & *Suar.* l. 2. c. 7. a n. 9.
(*b*) Recole *Petav.* cit. cap. 15. *Perer.* ubi de die quarto, *Baſil.* hom. 6. in Hexaëm.
(*c*) Inclinant *Mol.* d. 15. & *Grau.* tr. 3. d. 1.
(*d*) Ita omnes catholici.
(*e*) Tenent *Aug.* l. 3. de Gen. ad lit. c. 3. *Baſil.* hom. 8. in Hexaëm. & cum aliis *Mol.* d. 19. contra Caj. & Cathar. cenſentes ex terra fuiſſe productas.

piſcibus in multis convenire, quae cauſſa fuit, nt hac die una cum piſcibus producerentur.

50 III. Haec animantia in ſtatu perfecto quoad ſingulas ſpecies juxta uniuſcujuſque naturam producta ſunt. Ex principio, quod opera Dei perfecta ſunt (*f*). Item cum virtute generandi ſibi ſimilia in generibus, vel ſpeciebus ſuis. Quia haec virtus pertinet ad nativam individui perfectionem, & ad ſpeciei conſervationem neceſſaria eſt. Quod probat illa benedictio, *creſcite, & multiplicamini*. Bina abs dubio individua in unaquaque ſpecie procreata ſnnt. Plura ne? divinae Sapientiae relinquimus (*g*); ejus enim conſilio, & arbitrio haec multiplicatio, & diſtributio effecta eſt. Ex tunc vero animalia carnivora, ut corvus, carnibus depaſta ſunt (*h*). Quia quum id a natura illis ſit inſitum, non eſt admittendum miraculum, quo tunc impediretur.

OBJECTIONES.

51 Obj. contra III. Adſ. In ſtatu Innocentiae animantia carnivora non ſunt carnibus depaſta. Nam 1.° Deus ex Gen. 1. herbas tantum, & fructus inſtituit in cibum pro omnibus animantibus. 2.° ita ſentiunt Baſil. (*i*) & Bed. (*k*) cum pleriſque TT. (*l*). 3.° tunc non fuiſſent inter animalia rixae, ſed pax undique, nec dominio hominis ſubducerentur.

52 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. id intelligitur quoad animalia, quae ſuapte natura illis eſcis utuntur, quae ſi cum carnivoris conferantur, ſunt pene omnia. Ad 2. nobiſcum quoque ſentiunt *D. Th. Cajet. Abul. Mol.* aliique. Ad 3. *N. A.* quia eorum rixae ſibi a natura inſunt, non ab Adae peccato (*m*).

53 QUAESTIO VI. Quodnam opus *ſexti* diei? ADSERO I. Hoc die *fecit Deus beſtias terrae juxta ſpecies ſuas, & jumenta, & omne reptile terrae in genere ſuo*. Item, *creavit Deus hominem ad imaginem ſuam ... maſculum, & feminam creavit eos*. Ex *Geneſ.* 1. ℣. 25. ſqq. Et haec quidem legiſſe videtur *Ovid.* qui ſic cecinit (*n*).

Sanctius his animal, mentiſque capacius altae
Deerat adhuc, & quod dominari in cetera poſſet,
Natus homo eſt.

54 II. Inter haec perfecta quadrupedia, quae de terra ſunt producta minime actu, ſed ſolum in potentia exorta ſunt animalia, quae ex diverſarum ſpecierum coitu generantur, e. c. mulus, quem equa, & aſinus progignunt; eſt enim adulterina generatio, & quodammodo praeternaturalis (*o*). Idem dicito de animantibus imperfectis, quae ex putredine naſcuntur (*p*).

(*f*) Lege *Suar.* c. 10. n. 5.
(*g*) Cum *Suar.* cit.
(*h*) *D. Th.* heic q. 96. a. 1. ad 2.
(*i*) Hom. 11. in Gen.
(*k*) In 1. Gen.
(*l*) Ap. & cum *Didaco de Quadros* in palaeſtra bibl. t. 1. dec. 2. q. 1.
(*m*) Conf. *Mol.* d. 20.
(*n*) Lib. 1. Metam.
(*o*) Lege *D. Th.* q. 73. a. 1.
(*p*) Recole cit. *Suar.* c. 10. n. 11.

55 III. Creatus eſt tandem Adam, ſeu homo, cujus gratia haec omnia praeparaverat Omnipotens (*q*) Hic autem formavit humanum corpus de limo terrae, & in ipſum proxime diſpoſitum animam rationalem immiſit: & quidem in Campo Damaſceno, unde eodem die, Angelorum miniſterio ad Paradiſum translatus eſt (*r*). Ibi immiſſus eſt verus Adae ſopor, tumque de ejus lateris coſta formatum eſt corpus Evae, cui indita eſt anima rationalis, & data eſt ipſa in conjugem Adamo. Creatus hic eſt cum ea coſta ultra eas, quae ipſi erant connaturales, eumque occupavit locum corporis, quem poſtea Deus carne replevit, ſicut in aliis humanis corporibus reperitur. Et quidem ſupernumeraria illa coſta fuit de perfectione Adami, non prout erat quoddam individuum, ſed qua humanae ſpeciei principium (*s*). Plura de Protoparentibus *inferius* (*t*).

OBJECTIONES.

56 Obj. contra III. Adſ. Evae formatio ex Adae coſta non eſt intelligenda literaliter, ſed metaphorice. Nam 1.° ſic intelligitur Adae ſomnus, & τὸ *hoc nunc os ex oſſibus meis*. 2.° Adam cum coſta ſupernumeraria, ſaltem qua tale individuum, eſſet monſtro ſimilis, ac ſi fuiſſet biceps; ac deinde ſine illa mancus. 3.° in Adae coſta non exſtat materia ſufficiens ad integrum Evae corpus formandum. 4.° ex τὸ *maſculum*, & *feminam creavit eos*, Adamum & Evam creavit eodem tempore. 5.° *adduxit eam* (Evam) *ad Adam*; ſi tamen e coſta fuiſſet formata, ſibi adfuiſſet conjunctiſſima. 6.° in ptima rerum productione non ſunt multiplicanda miracula abſque neceſſitate; at ejuſmodi Evae productio eſt valde miraculoſa.

57 R. *N. Ads.* cum univerſa Eccleſia, omnibuſque *PP.* & *TT.* contra unum Caietanum (*u*) Ad 1. ptob. *N. A.* Nam vel fuit ſomnus corporeus (*x*) vel ſpiritualis, aut extaſis, qua plura vidit Myſteria (*y*). τὸ *hoc nunc os* &c. eſt literaliter adcipiendum; eo enim dixit Adam: hoc ſingulare eſt huic mulieri, quod de meis oſſibus exaedificata eſt. Ad 2. *N. A.* quia ut primum ſpeciei individuum, & ad finem ab Authore naturae intentum, debuit illa prius ordinari coſta, & deinde privari.

58 Ad 3. coſta Adae fuit materia fundamentalis, cui reliquum ad corpus Evae neceſſarium addidit Deus, ſupplevitque vel novam creando, vel creatam aliunde adſumendo. Ad 4. *N. A.* Nec enim illa verba ſignificant, ſimul eos creaſſe. Ad 5: etiam haec ſumuntur literaliter; potuit enim Eva fuiſſe formata in loco parum diſtanti, & adduci.

Ad

(*q*) Uti egregie diſſerit *Philo* Hebr. in lib. de opif. mundi.

(*r*) Ita paobabiliter varii cum *Mol.* d. 21. & 23. ac *Suar.* l. 3. c. 1. & 2.

(*s*) *D. Th.* q. 92. a 3. & communius cum *Suar.* c. 2. n. 9. ſub fin. *Serryus* de opif. mundi praelect. 8. contra Caj. Cathar. &c.

(*t*) Lege ſis interea *Lactan.* inſt. l. 7. c. 4. *Tertull.* l. 2. cont. Marcion. c. 4. & l. de reſurr. carn. c. 5. *Gregor.* M. l. 9. moral. c. 27. *Nyſſen.* de opif. hom. c. 3. *Cyrill.* glaph. 1. ſub init.

(*u*) Conſulatur *Suar.* heic l. 3. c. 2. n. 4.

(*x*) Ex *Chryſoſt.* hom. 15. in Gen. & *Epiphan.* haere. 48.

(*y*) Ex *Aug.* l. 2. de Geneſ. contra Manich. c. 12. *Ambr.* ad Epheſ. 5. aliiſque.

Ad 6. debemus plane admittere hoc miraculum; quoniam a Moyſe narratum eſt (z).

59 QUAESTIO VI. Quae tandem adſcribi debeant *ſeptimo* diei? Adſero 1. Ex *Gen.* 2.1. *Perfecti ſunt coeli, & terra, & omnis ornatus eorum, complevitque Deus die ſeptimo opus ſuum, quod fecerat.* Perfecit etiam, ac complevit, non aliquid de novo addendo (*a*), ſed ab omni opere quieſcendo. Unde nihil ſub ſole novum, ex *Eccle.* 1. Verum non quievit Deus ab opere conſervationis, & providentiae erga conditum Univerſum. 11. Ex *Gen.* 23. *Benedixit diei ſeptimo & ſanctificavit illum*, ſic nempe, quatenus tunc temporis caepit opus perfectum conſervare ex decreto immutabili & ex eodem auxilium donavit, ſeu obtulit, ut res jam productae conſervari poſſent, ac propagari (*b*).

60 Et en Hexaëmeron, vel de Opificio ſex dierum Syſtema noſtrum, ſuper probatiſſimis PP., & Scholaſticorum fundamentis ſtabilitum, ac procreatum (*c*).

(z) Nobiſcam ſunt *D. Th.* q. 92. a 3. & *Suar.* heic l. 3. c. 2.

(*a*) Ut Author eſt *D. Th.* q. 73. a. 1. cum communiſſ. contra Cathar. &c.

(*b*) Conf. *D. Th.* cit. a. 3. & *Suar.* l. 1. c. 11. n. 10. & 11.

(*c*) Sua itidem, poſt Patres & antiquiores Theologos, Recentiores alii procuderunt Syſtemata, puta *Petav.* de opif. ſex dier. l. 1. *Juen.* par. 3. diſſ. 2. *Nat. Alex.* diſſ. de opif. 6. dier. *Bert.* l. 11. c. 3. *Perrimezz.* t. 2. diſſ. 154. ſqq. *Stackouſius* par. 2. ſect. 2. p. 96. ſqq. (§)

OBSERVATIO.

(§) PLerique ex Ethnicis Sophiſtis Moſaicam de prima rerum molitione narrationem, ſaltem penes aliquot capita adumbraſſe videntur, aut potius fabularum corticibus depinxiſſe. Siquidem ex mente *Euſebii* de praepar. l. 12 capp. 11. 12. 13. 14. *Plato* in Sympoſio allegorice expreſſit Paradiſum voluptatis, Evae formationem ex Adami coſta, primam hominum vitam, eorumque familiarem ſermonem cum brutis animantibus.

Tum *Huetius* (qui mea & aliorum opinione plura in hoc rerum genere vidit, quam re exſtiterint) in qq. alnet. l. 2. c. 11. & ſaepius in demonſtr. evang. prop. 4. exhibet tanquam ſymbolice deſcriptas Paradiſi delicias in illa aetate aurea Poëtarum, in viridario Adonidis, in Platonico Horto Jovis; in celebratiſſima Heſiodi Pandora, & in Ate Homeri perſonam Evae calamitatum humanarum originis. Quatenus nempe cum Graecae, tum aliae Gentes Moſaicam Hiſtoriam, vel ſcriptis, vel Majorum voce traditam dicerunt, & ad ſua ſenſa prout libitum fuit adaptarunt.

Adeo nec licere remur hos Ethnicos in teſtes adducere revelatae narrationis Moſaicae. Plura nos alias de *Huetio* circa ejuſmodi hariolationes.

LIBER SECUNDUS

De Angelo.

61 ANgelus eſt *ſubſtantia creata ſpiritualis completa*, quae quidem primum lumen, & primarius effuſae Deitatis defluxus vulgo a *Patribus* adpellatur. Et ipſum quidem ex communi, certaque notione ſpiritualem Intelligentiam naturae divinae viciniorem, & ſuper humanam excellentem arbitramur. Ergo Angelum conſiderabimus 1.° quoad naturae ordinem, & 2.° quoad ordinem Gratiae. Jam vero ab erroribus initium ducat oratio.

PROLUSIO POLEMICA HISTORICO-CRITICA

De Erronibus in Angelos.

HISTORIA POLEMICA.

62 DE Angelis tam beatis quam reprobis, quoad naturam, dotes, adtributa, geſta complures a vero enormiter aberrando diſſeruiſſe, paſſim deprehendimus: puta ex Ethnicis fidei ſplendore deſtitutis, ex Hebraeis Moſaicae legi addictis, ex Heterodoxis Chriſtianum nomen praeferentibus, ex Catholicis cetera laude cultuque commendatiſſimis. Videlicet

Ex Ethnicis

I. *Zoroaſter* ille vetuſtiſſimus Perſarum Philoſophiae parens in oraculis magicis capite de daemonibus & ſacrificiis daemonum cultum & magiam probat. Ita *Coccius* in theſauro cath. l. 4. de Angelis, art. 8. ubi de erroribus circa cultum & invocationem daemonum. Coccium exſcripſit *Perrimez.* diſſ. 153. p. 331, nec laudavit (*).

II. *Mer-*

ADNOTATIO.

(*) ERrorem deduxit Coccius ex Zoroaſtreis Oraculis, e quibus quidquid legeris obſcurum eſt; quidquid interpreteris prorſus ambiguum: immo & ipſa Oracula, prout vulgo circumferuntur, aut ſuppoſita mihi ſunt, aut paſſim interpolata.

Neque vero crediderim magis ſincera, aut caſtigata oracula illa quae Coccius legiſſe potuit in prima ipſorum editione Ludovici Tilletani de an. 1563. cum commentario Gemiſti Plethonis, quam in aliis ſubſequutis editionibus, & quidem, ut ajunt, adeuratiſſimis, Jacobi Marthami, Joan. Opſopoei ad calcem Sibyllinorum oraculorum, Franc. Patricii, Thom. Stanlei in hiſt. philoſ. t. 3. a p. m. 320. & poſtremo, quod ſciam, Jo. Alb. Fabricii in bibl. graeca vol. XIV. a p. m. 137.

Nihilo tamen ſecius poſteriores iſtae, quas innuimus, editiones, & ſimili obſcuritate laborant, & eandem pariunt ſuſpicionem falſitatis aut mirae interpolationis. Conf. *Jo. Clericus* in notis in Oracula Chaldaica, quae exſtant in t. 3. laudati Stanlei, p. 333. in prooem. & *Brucker.* in hiſt. crit. Philoſ. t. 1. a p. 184. Itaque ex documento probationis incerto, ac pene falſo non niſi incertus error, ac pene nullus colligi potuit.

Quod ſi praefata Oracula, prout vulgo ab eorum Interpretibus feruntur, exponunturque, genuinus eſſent Zoroaſtris foetus, ipſa errorem Authori adfictum plane proderent in cap. 9. verſu 327. ſub fin. ubi ſic lego,

Ηνικα εὐ ἐρχόμενον δαίμονα πρόσγειον αθρήσης
Θύε λέθον μνίζυριν επανδῶν.
Hoc eſt
Quando conſpexeris genium terreſtrem adcedere,
Sacrifica lapidem mniæurim inclamando.

Heic

II. *Mercurius Triſmegiſtus* cap. 13. Aſclepii daemonum cultum & magica docet. Ibid. laudati *Coccius* & *Perrimez.* (*)

Et

Heic vero, Interprete ac Scholiaſte *Pſello*, ap. laud. *Opſopoeium* ad calcem commentarii de Sibyllinis Oraculis *Servatii Gallaei*, p. 109, praeſcribitur ſingulare ſacrificium terreſtri genio, ſeu daemoni conſecrandum. Id tamen, ex dictis, nonniſi tanquam error ſubdubius Zoroaſtri adpingi poteſt.

Magiam praeterea Zoroaſtream quod ſpectat, nec prava fuit, nec inſtructa praeceptis, quibus ad eam in praxim deducendam malae daemonum artes & incantiones advocarentur, qualem heic tacite depingit Coccius, ac primum depinxerat *Plinius* l. 30. c. 1. & 2., quem plures ſequuti ſunt cum *Jo. Henric. Urſino* in analect. 5. t. 1. l. 2. c. 28., ſed potius naturalem, philoſophicam, immo divinam, quatenus nempe nihil aliud illa fuit, quam deorum cultus, teſte *Cudvvorth.* in ſyſt. int. t. 1. p. m. 325., eam quippe vocavit *Plato* in Alcibiade 1. θεῶν θεραπείαν, *peculiarem deos colendi modum*.

Quod quidem multis promovent Zoroaſtreae Magiae Vindices cum *Apulejo* apol. 1. *Marſ. Ficino* de immortal. an. *Briſſon.* de regno Perſar. l. 2. *Bullengero* in eclog. ad Arnob. c. 5. 6. *Philelph* convivior. l. 2. *Hornio* de Philoſ. barbarica l. 1. *Gabr. Naudaeo* in Apol. magnor. viror. magiae inſimulatorum, c. 8. per tot. *Huet.* in demonſtr. ev. prop. 4. cap. 5. *Petr. Baelio* in lexico ad Zoroaſtr. nota *D. Bruck.* proxime laud. p. 125., quibus equidem noſtrum calculum lubenter ſubjicimus.

Subinde vero Zoroaſtrem heic e ſyllabo certorum Erronum circa doctrinam Angelorum expungendum decernimus.

ADNOTATIO.

(*) PRofecto laudatus Triſmegiſti Aſclepius, vel *Aeſculapius*, hoc eſt *dialogus Hermetis*, aut Triſmegiſti *cum Aeſculapio*, aut alias *Aeſculapii ad Ammonem Regem definitiones*, ea non ſubobſcure docere videtur; quemadmodum & ſimilia effuderat in cap. 9. idem dialogus, ſi fides ejus interpreti *Marſ. Ficino* in t. 1. ejus operum edit. Baſileenſis, ubi latinam e graeca verſionem, quam commentatur, Aſclepii, Apulejo Platonico adtribuit, cum pluribus eum ſubſequutis, e. c. *Cudvvorth.* in ſyſt. int. t. 1. p. 324. & *I. Alb. Fabricio* in bibl. graeca l. 1. c. 8. p. 55., refragantibus tamen aliis cum *Colvio*, *Schickerado*, *VVorvero Elmenhorſtio* ap. & cum *Petro Lambecio* in comment. de Bibl. Caeſ. Vindobon. de an. 1675. p. m. 30., quod ii nempe in laudata verſione ſtilum ab Apulejano valde alium merito ſubodorentur.

Ceterum non una eſt Doctorum ſententia de legitimo primigenii illius dialogi Authore.

Siquidem, ut miſſa faciam quae heinc inde diſputantur apud Criticos circa reliqua opera, quae huic Triſmegiſto fere ſine numero tribuuntur, principio eum faciunt genuinum Aſclepii Authorem quotquot hunc donarunt latio, aut Scholiis illuſtrarunt; puta laud. *Ficinus*, *Turnebus*, *Geſnerus*, *Franciſc. Fluſſus Candalla*, *Hannibal Roſſelus*, *Franc. Patricius*.

Tum alii perplures, qui Aſclepium ut genuinum Triſmegiſti foetum abſque haeſitatione laudant: e. c. *S. Auguſt.* 8. civ. cap. 26. *Lactan.* div. inſt. l. 1. c. 6. & alias, *Mutius Panſa* de oculo ethnicae & Chriſtianae philoſ. l. 1. c. 21. *Raynaud.* t. 5. in Theol. nat. breviculo, n. 63. ſub fin. *Cudvvort.* cit. p. 375., &, narrante *Fabricio* proxime laud. p. 58., *Aug. Steuchus* de per. phil. l. 1. c. 8. & 25., fallitur tamen Fabricius, ibi enim Steuchus Poemandrum Mercurii recitat; minime Aſclepium.

Conſtat denique inter juniores Criticos, Aſclepii, prout vulgo circumfertur, Authorem neutiquam fuiſſe Triſmegiſtum, ut diſerte ſtatuunt citatus *Fabric.* ac noviſſimus Lactantii Editor ac *Interpres* ſub an. 1748. t. 1. p. 23. ad lin. 3. poſt *Huet.* in qq. alnet. l. 2. c. 3. p. 123. immo potius impoſtorem quempiam & veteratorem, qui Seculo Chriſtiano 11., adſumptis cum nomine Hermetis aliquot primaevae Aegyptiorum doctrinae fragminibus, propria contendit dogmata venditare.

Et eum quidem nonnulli Judaeum fuiſſe arbitrantur, cum *Iſaaco Voſſio* de Sibyllinis, aliiſque oraculis, c. 8. p. m. 73., alii vero ſemiplatonicum, itemque ſemichriſtianum, hoc eſt degenerem chriſtianum & recentiorem platonicum, cum *I. Ger. Voſſio* de idololatr. l. 1. c. 10. p. m. 75. laudato *Lambec.* p. 29. *Moshem.* in Cudvvorth. t. 1. p. 375. n. 52. *Brucker.* hiſt. Ph. t. 1. p. 263.

Nihilo tamen ſecius eorum mihi quam maxi-

Et hunc quidem divinnm daemoni cultum, a daemone edoctae *Gentes Ethnicae* fere ubique terrarum frequentiſſime dedita opera detulerunt; e. c. eum in auxilium advocando, ipſi offerendo munera, humanas & inhumanas hoſtias immolando, templa, ſimulacra, ſtatuas, aras erigendo. (*d*) Ex iis autem occaecatiſſimis turbis aliae daemonem ut quoddam beneficentiſſimum numen ſuſpiciebant; aliae vero pertimeſcebant uti atrociſſimum tyrannum & vindicem: illae ſubinde ſua daemoni anathemata devovebant, ut benefaceret; iſtae ne faceret mala. Et iis quidem mihi conſenſiſſe videntur quicumque ex vetuſtioribus Philoſophis duo tenuerunt de bono & malo principia (*e*).

III. *Pagani* communius exſiſtimarunt, Angelos quoſque corporeos eſſe, vel conſtare corporibus, ſed iis tamen aethereis, ac ſubtiliſſimis; quae videlicet nihil prohibere poſſit, quominus ſpiritus adpellentur ſimpliciter; utique vulgo cenſebant, nihil extra Deum nudum ſpiritum eſſe. Eos rejecit *Author* Theologiae Aegyptiorum (*f*) (*).

IV. *Plato* hanc de Angelis doctrinam tradidit. 1.° Daemones (qua voce apud priſcos Philoſophos Angeli ſubinde probi ac improbi adſignari conſueverunt) ſunt deorum progenies, ac re ipſa per generationem exor-

maxime probatur ſententia, quae adfirmat cum laud. *Fabric.* & *Borrichio* apud ipſum, Aſclepium, uti & Poemandrum, & alia nonnulla, quae circumferuntur, noſtri Hermetis opera, reapſe Hermeticas ſententias continere, ſed longo tamen aevo varie interpolatas, aliis, atque aliis heinc inde adſutis. Plura ſiquidem Aſclepii ſigillatim fragmenta, quae priſci Scriptores laudato famoſo Hermete, e. c. Plato, S. Auguſtinus, Jamblichus, aliique Platonici recitarunt, his, quae ex Ficini, aliorumque junioribus editionibus habemus, plane conſonant. Ecquis autem hodiernos unice Criticos hac in re oculatos prudens di-

xerit, reliquos omnino caecos?

Quid jam vero de errore, qui Mercurio in praeſentiarum adhgitur? Porro ſi ea doctrina vere Mercurii ſit, huic extemplo adſcribendus error. Quum autem ſapientiſſimi hujuſce Viri ſcripta millenis interpolationibus obnoxia fuerint, quis certum omnino duxerit, ea duo Aſclepii capita, quae errorem praeferunt, a Mercurio deſipiente profecta fuiſſe, non vero ab impio quopiam interpolatore?

Heic itaque jure reponendus Hermes inter Errones vehementer dubios atque incertos circa daemonum cultum.

(*d*) De iis plura *Macrob.* 1. Saturn. c. 7. *Plutarch.* ap. *Euſeb.* praep. evang l. 5. cap. 4. *Tertul.* in Scorp. c. 7. *Minut. Felix* in Octav. n. 53. *Tatian.* orat. ad Graecos, *Lactant.* l. 1. Inſt. c. 21. et alias, *Heſych.* in cap. 15. Levit. *Auguſt.* 10. civ. c. 9. & alias, *Acoſta* hiſt. Ind. l. 5. c. 19. ſqq. cum ceteris Indiarum Hiſtoriographis.

(*e*) Conferendus J. *Ger. Voſſius* de theol. gent. l. 1. c. 5. verſus fin.

(*f*) L. 1. c. 6. adducta *Socratis* authoritate.

ADNOTATIO.

(*) HUic errori adſentientem facere Ariſtotelem adniſus eſt *Eugubinus* de peren. Philoſ. l. 8. c. 26. ex 5. Metaph. text. 15. Sed oppoſitum tamen aperte palam fit ex iis, quae Philoſophus diſputat 12. Metaph. c. 6. 7. 8.

Eum proinde vindicant *R. Moyſes Majemonides* l. 2. inſcripto *More Nebochim*, c. 6. *Cajetan.* in c. 2. epiſt. ad Epheſ. ſub init. *Author* libri de cauſſis prop. 7. *Raynaud.* in Theol. nat. diſt. 2. n. 32. *Petav.* de Angel. l. 1. c. 1. n. 6. & 7. ubi laudatum Majemonidem adlegat.

Immo *Grotius* in Pſal. 103. 5. autumavit, ſpirituum ab omni materia diſcretorum fabricatorem primum exſtitiſſe Ariſtotelem; eique vulgo adſentiuntur recentes Critici cum *Cudworth* in ſyſt. int. t. 2. c. 5. ſect. 3 §. 37. p. 1091, uno vel altero refragante cum *Stephano Vito* in ſchediaſmate contra diſſert. Joan. Chriſtiani Loërſii de Angelorum corporibus, §. 12. p. 446. De corporibus daemonum plura *inferius*.

exorti ſunt. (*g*) 2.° poſt ſummos deos etiam daemonibus vir ſapiens ſacrificabit. (*h*) 3.° animalium quoque genera gregatim diſtincta daemones quidam tanquam divini paſtores ſortiti ſunt. (*i*) 4.° daemon eſt ſubſtantia inter mortalem, immortalemque, hoc eſt inter corpus & ſpiritum media, terreni ponderis & coeleſtis levitatis admixtione concreta (*k*).

5.° Omnis daemonum natura inter Deum & mortale eſt intermedia; interpretis quippe & portitoris munere fungitur, ut res humanas ad Deos, divinas ad homines tranſmittat. (*l*) 6.° daemonum naturae ductu & auſpiciis omnis divinatrix progreditur, & omnis ſacrificiorum ars & procuratio, quantum videlicet vel in ſacrificiis, vel expiationibus, vel incantationibus, aut etiam denique quantum ad omnem divinationem praeſtigiarumque molitionem verſatur. (*m*) 7.° Daemones aëreum genus ſunt, quod tertiam & mediam regionem obtinet; animalia ſunt ex aëre, quae propter munus ſuum medium deos inter & homines, precationibus, omnique honoris genere colere debemus (*n*) (*).

V. *Grae-*

(*g*) In Timaeo t. 3. p. 40. inter opera Platonis, edita 1578.

(*h*) De legibus l. 4. p. 717. ibid. t. 2.

(*i*) In Politico p. 271. ibid.

(*k*) Ap. *Minut.* n. 45. ex Platonis Sympoſio, ſeu convivio, ubi tamen nihil ejuſmodi lego, ubi agitur de daemonibus, in t. 3. oper. Platonis, a p. 202.

(*l*) In Sympoſ. proxime cit. p. 202.

(*m*) *Ibidem*.

(*n*) In Epinomide, hoc eſt Philoſopho, alias de legum inſtitutione dialogo 13. inter laudata ejus opera t. 2. p. 984. ſqq.

ADNOTATIONES.

(*) I. EX hiſce quibuſdam ſegmentis Platonicam de natura Angelica doctrinam, tametſi nonnullis faedatam naevis, nemo eſt qui jure non miretur in viro Ethnico. Divinum merito nuncuparunt veteres Platonem.

Porro hic probos inter ac improbos Angelos nihil diſcriminis agnoviſſe videtur: quidni vero diſcrimen iſtud, ſolis fidelibus pervium, neſcierit vir paganus? Erravit itidem jubens Angelis quibuſque vota & anathemata devoveri, ſingulorumque collocans incolatum perpetuum in aeris regione.

Tum maxime quum Angelis cunctis phyſicam generationem adjudicavit, necnon corpora, qualiacumque illa fuerint. At poſtremum hoc caput ſtatuerat primum *Pytahgoras* apud *Plutarchum* in Iſide & Oſiride, in t. 2. ejus oper. p. m. 360. edit. Pariſ. 1624., priſcorum theologorum imitatione, ipſumque poſtmodum cooptarunt, non modo *Xenocrates* & *Chryſippus*, ex eodem Plutarch. ibidem, nec non univerſa *Schola Platonica* cum *Apulejo* de Deo Socratis ap. *Auguſt.* 8. civ. c. 16., permultiſque aliarum ſectarum Sophiſtis; verum etiam plerique Patres primaevae Eccleſiae lumina, ex inferius demonſtrandis. Conſulatur interea *Ludov. de Morainvillier* in examine Philoſ. Platonicae par. 4. c. 3. prop. 6.

II. „ Plato docuit daemones eſſe gene„ re animalia, animo paſſiva, mente ratio„ nalia, corpore aërea, tempore aeterna. „ Auguſtinus lib. 8. de civ. cap. 14. 15. 16. „ Totidem verbis *Coccius* in theſ. l. 4. articulo 1. ſub init. ejuſdemque exſcriptor *Perrimezz.* diſſ. 131. Uterque vero per inadvertentiam fallitur & fallit. Nec enim totam illam ſententiam Platoni adtribuit Auguſtin. eo cap. 16. ſed uni ſigillatim Apulejo Platonico Madaurenſi, quocum prae ceteris pugnam iniiſſe videtur ubi Platonicos confutare adgreſſus eſt in capitibus a Coccio propoſitis.

Verba tamen *L. Apulejî* in l. de Deo Socratis, p. m. 390. edit. Lugduno-Batav. 1607. haec ſunt „ Quos deos (*Angelos*) Plato exſi„ ſtimat naturas incorporales, animales, „ neque fine ullo, neque exordio, ſed prorſus ac retro aeviternas, corporis contagione, ne ſua quidem natura remotas, ingenio ad „ ſummam beatitudinem perfecto „. Ubi

qui-

V. *Graeci Sapientes* frequentius pravos Angelos non admiſiſſe incuſantur, quippe qui univerſos Angelos, & mali omnis expertes, & in quodam Divinitatis veſtibulo adſtantes effinxerunt (*o*).

Et ii quidem ſingillatim in hanc ſententiam conceſiſſe feruntur: *Ariſtoteles* cum *priſco Peripatu*, adductis plurimis locis ex ejuſdem commentariis (*p*)... *Chryſippus* (*q*)... *Democritus* (*r*)... *Hippocrates*, Medicorum Princeps, Heraclide ac Praxithea natus an. ab U.C.294. (*s*)... *Simplicius* patria Cilix, (*t*)... *Alexander Aphrodiſeus*, ſecta Peripateticus, poſt Chriſtum natum (*u*) (*).

VI. *Plu-*

quidem per τὸ *incorporales*, mea opinione intelligit Plato, ex apulejana ſententia, naturas corpore ſubtiliſſimo praeditas, minime craſſiori.

Neque vero quidquid unus Platonicus, immo univerſa Schola Platonica decreverit, putandum eſt ab Authore ſuo Platone decretum, uti cuiquam vel leviſſima de ſectis eruditione tincto notum eſt. Exemplum tulimus in ſecta Ebionitarum in Tom. I. p. 328. Adnotat. prima.

Immo nec nimis adhaerendum vel etiam celebrioribus Platonicis ubi ſui Platonis ſenſa penitiora referunt ac interpretantur, ut obſervat adpoſite, praeſertim relate ad juniores, *Moshemius* in notis ad Cudvvorth. t. 1. p. 273. n. 41. & p. 674. n. 4. 5.

Plura de ſenſibus Platonis circa Angelos, Genios, aut Daemones, *Petav.* l. 1. de Angel. c. 1. *Raynaud.* t. 5. diſt. 2. n. 48. *Brucker.* in hiſt. Philoſ. t. 1. ubi de Platone, a p. 706. *Alcinous* de doctrina Platonis c. 15. a p. 492. laudat. *Morainvillier* par 4. c. 3. ſect. 2. & 3. *Viveſius* & *Coquaeus* in loca S. Auguſt. proxime citata, ac ibi quandoque *Auguſtinus*.

(*o*) Ex *Pſello* in qq. ad Michaël. Ducam Imp. quaeſt. 82.

(*p*) Ita *S. Th.* q. 16. de malo ar. 1. O. *Averrhoes* epiſt. de reſurrect. *Gulielm. Pariſ.* l. de legib. c. 24. & l. 2. de Univerſo c. 45. & alias, *Buccaferrus* l. de divinat. per ſomnia lect. 29. *Binsfeld.* de confeſſ. maleficarum & ſagarum praelud. 1. *Victoria* relect. 12. de arte magica n. 10. *Molina* 1. p. q. 50. art. 1. *Vazq.* 1. p. d. 178. c. 1. n. 4. *Delrius* diſq. magic. l. 2. q. 1. *Coquaeus* in S. Aug. l. 2. de civit. c. 4. *Tobias Major* diſſ. de nat. & cultu Angelor. §. 2. *Moſhem.* in Cudvvorth. c. 4. §. 24.

(*q*) Ita *nonnulli* citato Tertull. l. de reſtimonio animae c. 3.

(*r*) Ap. *Victor.* & *Delr.* mox laudatos.

(*s*) Ob quaedam ejus verba in libro de morbo ſacro conſcripta, apud *nonnullos*.

(*t*) Ex *Delrio* ibidem.

(*u*) Ap. ejuſdem comment. in Metaphyſ. l. 5. ad text. 15.

ADNOTATIO.

(*) II fere cuncti Patronos nacti ſunt, qui ab errore, quem laudatus *Delrius* impium & haereticum vocavit, eos vindicarunt.

Principio enim Ariſtotelem ex multis ejuſdem operum textibus ea labe purgarunt *Beſſarion* Cardin. l. 3. cont. calumniat. c. 7. fol. m. 34. *Scalig.* in exercit. 355. *Eugub.* de per. philoſ. l. 8. c. 16. *Niphus* 3. de daemonib. c. 1. *Loyer* l. 3. de ſpectris c. 3. *Stephan. Bubalus de Cancellariis* in comment. de Angel. q. 1. ar. 1. diffic. 2.

Brucker. quidem ſaepe laud. in t. 1. p. 831. ubi de Ariſtotelea daemonologia, haerere videtur.

Nobis adtamen aequiſſimum cenſetur adductis Vindicibus adhaerere, donec oppoſitum evincatur: idemque pro Peripatu generatim ſentimus; e quo ſiquidem veram coluiſſe opinionem feruntur *Theophraſtus*, *Ammonius*, *Philoponus*, *Avicenna*, *Algazel.* Conf. laud. *Delrius*.

Deinde adductus Tertulliani de Chryſippo locus valde obſcurus eſt, nec eo tanquam hujus Claſſis erronem notari Chryſippum explicarunt Tertullianei Interpretes, puta *Pamel.* *La Cerda*, *De la Barre*. Immo vero *Plutarchus* cit. in lib. de Iſid. & Oſir. contrariam Chryſippi fert ſententiam, ac l. de defe-

VI. *Plutarchus* lib. de defectu oraculorum ſcribit, poſt certa temporum intervalla daemones occumbere, eorumque vitae novies mille ſeptingentenos viginti annos eſſe tribuendos. Totidem verbis *Joſ. Cacheranus* in Theol. adſertiva t. 2. tr. 3. c. 2. n. 46. ſub fin., de Philoſopho Chaeronenſi. (*)

Ex Hebraeis

Sub hocce titulo eos intelligi volumus, & qui Hebraicam gentem tanquam ejus membra reapſe conſtituunt, ut puta Phariſaei, Talmudici, Cabbaliſtae; & qui ipſam origine ſpectant, etſi ab ea commiſſo ſchiſmate dudum ſejuncti, nempe Samaritani & Sadocaei (x). Itaque

I. *Hebraea Gens* univerſe plura de Angelis tenuit commenta, ut mihi res explorata videtur ex iis, quae ſuimet Doctores literis com-

defectu orac. n. 13. recitat ejus verba ex lib. de Stoicor. contradict. n. 34.

Tum Democritum Chryſippo conſentientem eiſdem in locis adcenſuit *Plutarch.* Et quidem citatus *Victoria* levi ducitur argumento, denigrando Philoſopho. Quod nempe perſonatis quibuſdam adoleſcentibus, daemonum figuram & habitum ad incutiendum terrorem ſimulantibus dixiſſe feratur, *deſinite, deſinite ineptire*: haec autem ſaepe in ſimili eventu inclamantes chriſticolas audimus, tametſi exſiſtere daemones minime ambigant.

Hippocrates inſuper ubi citatur, intendit duntaxat, interprete *Franc. Valleſio* de ſacra phiioſ. c. 28. p. m. 211., non eos omnes, qui agi a daemone exiſtimantur, agi re ipſa, ſed plerumque morbum epilepſiae pati. Et quidem hodieque permulti exſiſtentium daemonum adſertores, quae alii plura daemoni imperite adtribuunt, morbo adſcribenda eſſe declamitant, cum ipſo *Valleſ.* omnino conſulendo. Idem quoque videndus *Hippocrates* in laudato lib. de morbo ſacro, ſeu de epilepſia, qui exſtat inter ejus opera graeco-latina tom. 2. in claſſe 3. p. m. 345. ſqq. edit. Venet. 1688.

Simplicio praeterea nullus, quem viderim, patrocinatur; at nec eum errorem mihi ejuſdem praeclara opera curſim evolventi reperire licuit; nec ab alio, praeter Delrium, notatum vidi. Porro *Fabricius* in bibl. graeca, volum. 8. p. 621. pluribus effert Theologiam & Philoſophiam, quas continent Simplicii commentarii.

Aphrodiſeum demum ubi citatur erraſſe, nec video, nec adſequor. In denſos ejus errores, frequenteſque impietates acriter animadvertit *Picus Mirandul.* in l. de Provid. p. 1. c. 10., laudatus tamen *Fabric.* vol. 4. par. 2. p. 63. ſqq. non aliud ei adfigit impium, quam quod animorum immortalitatem inficias iverit.

ADNOTATIO.

(*) PLura differit Plutarchus de Geniis, aut Angelis ubi de oraculorum defectu in t. 2. ejus oper. edit. Pariſ. 1624. a p. m. 415. Plerumque Platonicas de iis ſententias amplexatur, ipſoſque humano more mutationibus ac viciſſitudinibus obnoxios exiſtimat.

Ceterum quod Philoſopho adpingitur a Cacherano commentum, illius plane non eſt ſed Heſiodi. Audi Plutarchum. „ Heſiodus „ vero certis temporum converſionibus mortem geniis obtingere cenſet, & tempus „ etiam ſub involucro proponit .... Hoc „ tempus in numerum ingentem extendunt, „ qui aetatem ſeu aevum non recte adcipiunt. Eſt enim annus intelligendus, & „ ſit totum ſpatium vitae geniorum anni „ IX CIↃ IↃ CCXX. „ Heſiodo vero ipſum adſentientem legeris porro nuſpiam. Fortaſſe Cacheranus, quin Authorem evolverit, in verba juravit alterius cujuſpiam eum falſo adducentis.

(x) De iis, quas ſecundo loco nominavimus, ſectis, quoad originem, diviſionem a Judaiſmo, progreſſu, doctrina, moribus, plura ap. *Bartoloc.* in bibl. rabb. t. 1. p. 376. ſqq. *Baſnag.* in hiſt. de relig. Judaeor. l. 2. c. 1. 2. & *Brucker.* in hiſt. Phil. t. 2. ubi de Philoſ. Judaica, qui & ibidem plures ſparſim recitat.

mendarunt. In iis enim (quoniam notitia Angelorum magnam partem ſapientiae Judaicae conſtituit) miſſis aliis fabellis pene innumeris, haec videas potiſſima dogmatum capita. 1.° Angeli corporei ſunt ac materiales, variaſque formas induunt, e. c. hominum, boum &c. (*y*) 2.° eſt inter ipſos diſcretio ſexus, nempe maris & feminae (*z*). 3.° eorum numerus & augetur generatione, & interitu minuitur (*a*). 4.° e coelo in terram delapſi, cum mulieribus coiverunt (*b*). Haec autem, pluraque ſimilia paſſim offendes apud Talmud, ejuſque interpretes Rabbinos (*c*).

II. *Sadocaei* Apoſtolorum aetate dicebant, non eſſe Angelum, uti teſtatur *S. Lucas* in *Act.* 23. 8. (*) Quid vero recentiores Sadocaei dixerint, mihi inexploratum.

III. *Samaritani* nec Angelum opinantur eſſe. (**)

IV. *Cab-*

(*y*) Lege *Scholiaſt.* R. Moſis Majemon. ad c. 4. tr. de fundament. legis, ſub init.

(*z*) Ex *Manaſſe Ben Iſraël* in conciliat. in Exod. q. 30.

(*a*) Vide ſis Excerpta Gemar. de opere currus ap. *Hottinger.* p. 71. 73.

(*b*) Ap. *Joſeph.* l. 1. orig. c. 4.

(*c*) Plura in hanc rem *Bartolocc.* in bibl. rabbin. t. 1. p. 255. ſqq. *BrucKer.* hiſt. philoſ. t. 2. ubi de philoſ. Judaeorum exoterica, p. 895. ſqq. *Calmetus* diſſ. in bonos, maloſque Angelos, praefixa commentario in S. Lucam, *Serarius*, *Druſius* & ceteri, qui agunt de ſectis Judaeor.

ADNOTATIO.

(*) ERgo ne reapſe ſtatuerunt Sadocaei, non eſſe Angelos aut Spiritus peculiari ratione ac per ſe ſubſiſtentes? Ita quidem *Epiphan.* haer. 14. *Auguſtus Pfeifferus* in theol. Judaica ubi de trihaeres. Jud. p. m. 199. *Serar.* in trihaereſ. l. 2. c. 21. *Richard. Simon* hiſt. crit. V. T. t. 1. c. 7. *Bartolocc.* proxime laud. *BrucKer.* hiſt. phil. t. 2. p. 723. quibuſcum vulgo ſentiunt ſacri Interpretes cum *Lorin. Calm.* &c. in eum locum ex Act. & Haereſeologi cum *Philaſtr. Prateol.* &c. ubi de Sadocaeis.

Et hoc quidem dogma, ut obſervant Critici poſt citat. *BrucKer.*, cum univerſo Sadocaeorum ſyſtemate apte cohaeret; quum enim animam ſine corpore exiſtere poſſe negarent, ex conſequenti ſpiritus per ſe ſubſiſtentes repudiare debuerunt.

Sunt vero qui ſentiunt cum *Menaſſe Ben. Iſraël.* l. 1. de reſurrect. mortuor. p. 43. ap. laudat. *Pfeiffer.*, eam impiam Sectam non ſtatuiſſe omnino Angelos non eſſe, ſed duntaxat non eſſe eos mere ſpirituales, ſed corporatos; quoniam ex inſtituto Sectae mere ſpirituale admitti poterat nihil.

Quid? quod de eodem dogmate ad evidentiam convincebantur ex variis locis Pentateuchi & Prophetarum, quos ipſi libros admittebant, ap. ipſum *Menaſſen*, adjecto Talmudis teſtimonio.

Ad haec tamen illi reponunt, quod nequam Schola illa, ſacros textus in pravum ſenſum detorquere adſueta, eos, qui Angelos conceptiſſime exprimunt, Angelorum nomine deſignari ajebant Dei adparitiones, aut ſpectra illius virtute compacta, in quibus agebat Deus & loquebatur.

Adduntque alii, haereticis antiquius nihil, quam in adſertis non conſtare ſibi; immo ſemel adrepta pervicaciſſime ſubſtinere, tametſi vel inferis ſuprema ſint miſcenda.

Jam vero cujus gratia is haec dirimenda ſit, prudens, eruditusque Lector judicaverit.

ADNOTATIO.

(**) TOtidem verbis *Leont. Byzantinus* l. de Sectis, actione 2. ferme ſub fin., ap. *Bibl. PP.* Lugd. t. 9. p. 664. Et ipſi quidem, tametſi abſque teſte loquenti, adhaeſerunt (ut alios e noſtris taceam cum *Petav.* l. 1. de Angel. c. 1. §. 6.) ex Proteſtan.

IV. *Cabbaliſtae* in Syſtemate pneumatico de Angelis, quod magnam ſuae ſapientiae vel diſciplinae partem occupat, commentis quoque plurimis, ſub perpetuis aenigmatum involucris, a vero nimium aberrant. Quid vero inanes, perridiculas, ac foetulentas nugas ſerio commemoremus? Eas qui patienter audire velis, adeas *Henric. Morum* (*d*) & laud. *Brucker.* (*e*).

Ex Heterodoxis

I. *Errones* in dogmata de Angelis dicendi primum veniunt quotquot in proxima Proluſione vocati ſunt, tanquam quidquam falſum in ordine ad Angelicos Spiritus eloquuti; nempe *Simon Magus*, *Baſilides* & alii, quorum errores ibidem recitavimus pag. 8. ſqq.

II. *Origenes*, qui plura, qua ex inſtituto, qua obiter de Angelis bonis, praviſque diſperſe differuit, a norma veri deflexiſſe ſaepius incuſatur. Ut e. c. quum dixit, Angelos multis ante mundi conditionem chiliadibus procreatos fuiſſe: corporatos eſſe, ac poſt lapſum craſſiora induiſſe corpora: ex Angelis homines, ex hominibus daemones, & viciſſim alios, alioſque evadere: daemonibus profuiſſe Chriſti mortem; immo eos ipſum in futuro Seculo redemturum: illos in mundum ex lapſu, non propter aliorum obſequium veniſſe: diabolos in bonum flecti poſſe; quin immo aliquando ab Inferni poena liberandos fore: praefectos hominum cuſtodiae aliorum adhortationibus, exemplis, inſtitutionibus proficere poſſe; geſtorumque rationem olim ipſos reddituros, extremoque examini atque judicio ſubditum iri, &c.

Ne vero ſingula haec, pluraque conſimilia critico calamo fuſius perſequamur, una cum Authoris adverſariis, & patronis, ingens nobis otium fecit Clariſſ. *Huetius*, qui Origenianam univerſam de Angelis doctri-

teſtantica Eccleſia *Relandus*, *Buddaeus*, *Baſnagius* ap. laud. *Brucker.* t. 2. a p. 665. quia nempe, ajunt, in Pentateucho Samaritano Angelus Dei dicitur quod in Hebraeo tribuitur ipſi Deo, hoc eſt virtus Dei.

Ceterum *Epiphanius* ubi de Erronibus Sadocaeis differit. haer. 14. diſerte inquit, *ſed Angelos, contra quam Samaritani, repudiant*, hoc eſt, Samaritani fatentur Angelorum exiſtentiam, repudiatam a Sadocaeis. Ac licet a Petavio, Bruckero, aliiſque Criticis merito notetur Epiphanius quandoque ſectarum haereſes confundere, aut male digeſtas exponere; in hoc tamen S. Doctoris effatum nihil duxit adnotandum *Petavius* in ſuis animadverſionibus.

Nec eum deinde errorem adpinxit Samaritanis *Philaſtrius* cap. 7. de Samarit. nec alius, quem viderim, ex Haereſeologis, aut vetuſtis, aut recentibus.

Quin immo teſte eodem Philaſtr. cap. 29; Simonem Magum, ſuum contribulem, quaſi patrem venerabantur, & ſuae haereſeos inſtitutorem (aut potius propagatorem) pernicioſe extollebant. Simonis itaque dogmata ſine dubio profitebantur omnia. Et vero Simon Angelorum exiſtentiam, multitudinem, munia apertiſſime faſſus eſt apud eundem Philaſtr. alioſque ejus dogmatum Hiſtoricos.

Quum denique Pentateuchus Samaritanus Angelos vocat virtutes Dei, haud intelligit, mea opinione, virtutes Deo identicas, ſed ab eo diſtinctas, & productas ad praecipuam oſtenſionem ſuaemet naturae in imperſcrutabili profunditate latentis.

(*d*) In Cabbala denudata par. 3. quae eſt Pneumatica Cabbaliſtica, ſeu doctrina Hebraeorum de Spiritibus, diſſ. 1. & 2. p. m. 188. ſqq.

(*e*) Tom. 2. a p. 1030. ubi eandem Pneumatologiam Cabbaliſticam compendio tradidit ex Mori commentario excerptam.

ctrinam incredibili eruditione, ſubactoque judicio expendit & magnam partem protegit (*f*). Ipſe conſulitor. Nec deſpiciendae in hanc rem *Halloixianae* Vindiciae (*g*).

III. *Angelici*, Authore ac patria nondum ſat exploratis, ſub an. circ. 236. in Angelorum cultum inclinati (*h*) dixerunt, eos debere adorari & excoli animo, ipſiſque preces effundi, ut votis hominum ac petitionibus ſubveniant (*i*).

Nullus porro dubito eorum hominum cultum erga Angelos nec ſanctum fuiſſe, nec prudentem, qualis utique iis ſacris Intelligentiis congruit, ſed omnino ſuperſtitioſum: quamobrem ipſi haereticis adcenſentur ab *Epiphan.* (*k*) tum ab *Aug.* ac *Praedeſtin.* laudatis. (*l*) (*).

His protinus adnectendi qui indebitum Angelorum cultum deinceps docuerunt aut profeſſi ſunt. Ut puta 1.° *Anonymi*, quos percellere videtur *C. Laodicenum* (*m*) in hanc rem laudatum a *Theodoreto* (*n*). 2.° *Manichaei Agannenſes* ſub an. circ. 1050. occulte diabolum adorabant, ut quem ſui corporis conditorem exſiſtimabant (*o*). 3.° *Raymundus Neophytus*, cognomento *de Tarrega*, ex Hebraeorum Rabbino Chriſtianus, & religioſi cujuſdam ordinis alumnus ſub an. circ. 1350. qui blaſphemo calamo ſcriptis tradidit, daemonibus latriam & ſacrificium jure deberi; tum ſacrificantem daemonibus aeque ac melius ab idololatria excuſari, quam Chriſtifidelem adorantem Chriſti, ſanctorumque imaginem

(*f*) In Origenian. l. 2. quaeſt. 5. per tot.

(*g*) In Origene defenſo l. 3. c. 6. & l. 4. q. 4. reſponſ. ad 5. objectionem, p. m. 286. ſqq.

(*h*) Ut loquitur *Auguſt.* haer. 39.

(*i*) Haec addit *Praedeſtinatus* Sirmondianus haer. 39.

(*k*) Haer. 40. alias 60.

(*l*) Conſulendus *Cozza* in comment. in lib. S. Auguſtini de haereſib. par. 2. cap. 17. ſeu 39.

ADNOTATIO.

(*) SAtis apte ſuſpicari quis poſſit cum *Petro Annato* in adpar. t. 2. l. 7. ubi de Angelicis, hujuſce ſectae Authores, Epiphanio, ceteriſque incognitos, illos fuiſſe Platonicos Sophiſtas, aut alios, qui Coloſſenibus olim ad Chriſti fidem recens traductis novam ac ſuperſtitioſam in Angelos religionem ſuadebant, docentes nempe adorandos eſſe Angelos ut mediatores inter Deum & homines, non autem Chriſtum, quem dicebant Dei filium.

Hos etenim diſerte videtur perſtringere Paullus epiſt. ad Coloſſ. 2. 8. *videte*, inquiens, *ne quis vos decipiat per philoſophiam et inanem fallaciam ſecundum traditionem, ſecundum elementa mundi, & non ſecundum Chriſtum*; ac inſuper verſ. 18. *nemo vos ſeducat, volens in humilitate & religione Angelorum quae non vidit ambulans, frustra inflatus ſenſu carnis ſuae.*

Et huic quidem interpretationi de iis, qui Coloſſenſes ad ſuperſtitioſum Angelorum cultum pertrahere adnitebantur, adſenſu ſatis communi adcinere videntur ſacri Interpretes in ea loca, e quibus in primis conſulendi *Alapide & Calmet.* Ex illis itaque pronum eſt perduraſſe erroris reliquias ad uſque aetatem vicinam Epiphanio, qui primus omnium, quod ſciam, illos dixit haereticos.

(*m*) An circ. 372. can. 35. ex verſione Dionyſ. Exigui & Iſid. Mercat. ap. *Harduin.* in Collect. CC. t. 1. p. 737. ſq.

(*n*) In Epiſt. ad Coloſſ. 2. 18.

(*o*) Ap. *Radulphum Ardentem*, qui ſub idem tempus inclaruit, homil. in Dominica 8. poſt Trinit. fol. m. 226. verſo, ubi de Homiliis in Evangelia Dominicalia, edit. Lovan. 1565.

nem (*p*). 4.° *Daemonicolae Anabaptiſtae* (& ii fortaſſe *Athei*, quos memorat *Prateolus* pag. 70.) exorti ſub an. circ. 1540. decies in die publico cultu diabolum invocabant, ſentiebantque cum *Origene*, eos poſt finem mundi ſalvandos fore (*q*).

IV. *Manichaei* & cum eis *Priſcillianiſtae* docuerunt, Diabolum ſuapte natura malum eſſe, nec bonum eſſe poſſe; immo nec ejus naturam eſſe Dei opificium, ſed ex tenebris & chao emerſam: nec eum aliquem habere authorem, ſed omnis mali principium eſſe, atque ſubſtantiam (*r*) (*).

V. *Mahumedana Gens*, quae heic loci ſedem ſatis congruam ſibi vendicat, ineptias & nugas plurimas ubi agitur de Angelis venditare conſuevit; & quidem irriſione potius, quam vel tenui confutatione dignas. Unam vel alteram patienter audias ex Alcorano Pſeudo-Prophetae.

1.° Creavit Deus Angelos ex igne, ac daemones ex igne venenato (*s*). 2.° Angeli corpore & animo conſtant, ipſique morientur aliquando & reſurgent (*t*). 3.° Cunctis Deus Angelis imperavit, ut Adamum adorarent; & omnes quidem paruerunt praecepto, praeter Eblin, ſeu Beelzebub (*u*). 4.° Angeli ſunt feminae ac filiae Dei (*x*).

VI. *Michaël Balbus* Imp. magnae perfidiae vir in Deum, ejuſque Eccleſiam, qui fl. ad an. 820., daemones eſſe pernegabat (*y*). Et ipſius quidem veſtigiis quantum ad hoc dogma multi deinceps inſtiterunt jamjam adpellandi.

VII. *Pe-*

(*p*) Lege *Eymeric.* in direct. inquiſit. p. 2. q. 10. & 27. cum comment. *Franc. Pegnae*. Hunc Raymundum cum celebratiſſimo *Raymundo Lullo* inſcite plurimi confundunt.

(*q*) Ap. *Reſcium* & *Deturr.* in Daemoniacis ex *Hoſio*.

(*r*) Haec de Manichaeis *Epiphan.* haer. 66. n. 8. & alias, & *Auguſtin.* haer. 46. & lib. in Epiſt. Fundamenti ac ſaepius; de Priſcillianiſtis vero *Leo* P. epiſt. 15., olim 93., ad Turibium, cap. 6. ac *Theodoret.* haeret. fab. l. 1. c. 26.

ADNOTATIO.

(*) EN denuo ab hiſce impiis heic procuſum vulgatiſſimum illud dogma de principio mali, ſummo Numini coaeterno, adverſo, prorſuſque ab eodem independenti. Jam vero recoctum iſtud principium tum materiam, tum diabolum adpellavit Manes, ex proxime laudatis *Epiph.* ac *Theodor.*, nec aliud quidem quam ipſum principium nomine diaboli intellexiſſe Priſcillianum cum ſuis, indubium videtur.

Angelum ergo a Deo creatum & ob ſcelus in Creatorem commiſſum e coelo delapſum haud noverunt illi perfidi; immo quem nos fide docente ejuſcemodi exſtantem credimus, ipſi totius mali originem, naturam malum, & a Deo prorſus independentem reputant.

Heinc autem fortaſſe minus probaveris eos naturae daemonum per ſe non pravae vindices, qui cum *Epiph.* laud. n. 17. ſqq. & *Caſtro* de haereſ. art. *diabolus*. exinde theſim urgere conituntur, quod cuncta, quae Deus fecerit, bona fecerit, atque adeo natura minime prava ſint. His enim nihilo premi poteſt qui daemonem a ſummo Conditore creatum eſſe conſtanter inficiatur.

(*s*) In Sura 15. & 38. ap. *Pfeifferum* in theol. Mohamedica p. m. 306. edit. Lipſienſ. 1687.

(*t*) In Sura 16. 78. ap. eundem ibid.

(*u*) In Sura 7. commate, ſeu numero 11. ap. *Marrac.* in refutat. Alcorani heic, pag. 268.

(*x*) Haec erat Meccanorum opinio ex Sura 37. n. 149. ibid. p. 588.

(*y*) Ap. *Jo. Zonar.* in Annalibus l. 15. §. 22. p. m. 136. in tom. 2. edit. Cangianae de an. 1687.

VII. *Petrus Abaelardus* error's inſimulatur ab ſuo Antagoniſta *S. Bernardo* (z) quod docuerit, ſuggeſtiones daemonum in nobis lapidum, herbarumque contactu evenire, prout ſagax illorum malitia novit, diverſas rerum illarum vires diverſis incitandis ac incendendis vitiis convenire (*).

VIII. *Baſiliani*, ſeu *Bogomili*, hoc eſt, Bulgarorum lingua, Dei miſericordiam implorantes, perridiculum de Angelis ſyſtema ſubſtinuerunt; quod nempe Satanas, ipſis Satanaël, fuerit filius Dei primogenitus, ac divini Verbi frater; quod a prima poſt patrem dignitate ob ſuperbiam depulſus & a patre ſponte deficiens, cum pluribus adſeclis Poteſtatibus e ſublimibus dejectus ſit in terram; quod fecerit ſecundum univerſum, uti primum Deus pater condiderat; quod Evam deceperit, & cum ipſa conſuetudinem habuerit. Quid vero plura? Nae quidem taedet me ceteras inſulſas ejuſdem furſuris ineptias perſequi (a).

IX. *Stadinghi* blaſphemabant impie, Luciferum, quem impenſe colebant, tanquam coeleſtium conditorem, ad gloriam, qua inique dejectus eſt, aliquando reverſurum. (*)

X. *Ano-*

(z) Epiſt. 190. ap. laud. *Caſtrum* art. *Tentatio*.

ADNOTATIO.

(*) CEterum haec Abaelardi doctrina ut dicatur erronea, intelligenda eſſe videtur ab Authore in univerſum de omni daemonum tentatione; ita ut haec nulla a daemone ſuggeratur, niſi herbarum, lapidumve contactu: hoc enim aperte falſum eſt; quum daemon abſque ulla herbae, ſeu lapidis adplicatione Adamum, Evam, Jobum, & Chriſtum Dominum (quod ſciamus) tentaverit.

Quod vero nonnunquam daemones, perſpecta uniuſcujuſque complexione ac indole, iis, ac ſimilibus abuſi mediis, carnalem exagitent concupiſcentiam, cuique indubium videri poteſt. Plura in hanc rem ibidem *Caſtrus*.

Porro Bernardus, alias leniſſimus & mellifluus Doctor, in adcuſando erroris fere quaslibet Abaelardianas poſitiones nonnullis nimium liberalis viſus eſt: jure ne vel injuria, viderint Eruditi, piique Critici.

(a) Eas quaerenti dabit particulatim *Euthym. Zigab.* in tit. 23. partis 2. panopliae, quam hic Author juſſu Imp. Alexii concinnavit, quemadmodum in patris commendationem refert Hiſtoriographa filia *Anna Comnena* in Alexide l. 15. p. m. 486. ſqq. edit. Pariſ. 1651. ubi & primordia haereſeos, ac haereſiarchae Baſilii, aliorumque adſeclarum ſupplicia luculenter enarrat.

ADNOTATIO.

(*) HAec adſerit *Nat. Alexander* ad Sec. XIII. cap. 3. art. 1. §. 1. At teſtem, vel ne quidem unum, quem plane optarem, in medium adfert. Et quidem quotquot viderim de impiiſſimis hiſce Erronibus pertractantes, quantumvis plurima infanda nimium referant, eam tamen ſingillatim blaſphemam opinionem omnino reticent.

Sic enim *Albertus Abbas Stadenſis* in Chronic. ad an. 1233. p. m. 306. *Gregorius* P. IX. in literis, productis a *Raynald.* an. 1232. n. VI. ſqq. *Krantzius* in Metropoli l. 7. c. 47. *Joan. de Leidis* in Chron. belgico l. 22. c. 14. *D' Argentr.* in collect. judic. t. 1. ad an. 1230. p. 138. ſqq. Ergo jure dubia eſto haec impietas, Stadinghis, etiam cetera ſceleſtiſſimis, impacta; ac vere quidem impingenda Lollhardianae factioni, ex mox dicendis.

X. *Anonymus*, ut ſuſpicor, Gallus, haec de Angelis commenta ante an. 1240. literis mandavit. 1.° Angeli non vident divinam eſſentiam in ſe, hoc eſt intuitive. 2.° Angelus in eodem inſtanti poteſt eſſe in diverſis locis, & eſt ubique, ſi velit eſſe ubique. 3.° Angelus malus in primo inſtanti ſuae creationis fuit malus, nec unquam habuit unde poſſet ſtare (*b*). Hunc deinde articulum, tertio loco poſitum amplexus eſt *Georgius Paullus*, alias adpellatus (*c*) cum ſuis adſeclis, quos *Trinitarios* nuncupavit *Prateolus* (*d*).

XI. *Walterus Lolhardus*, e ſecta fratricellorum, natione Hollandinus, propter ſuas haereſes Coloniae combuſtus an. 1322., hunc tenuit, qui ſecundus eſt ſuorum errorum, articulum. Lucifer cum daemonibus ſuis coelo injuria pulſus, beatitudini tandem cum omnibus ſuis reſtituendus eſt; Michaël vero & Angeli omnes aeternis cruciatibus deputandi. Heinc quum Lolhardi ſe mutuo ſalutarent, ajebant, *ſalutet te injuriam paſſus*, hoc eſt Lucifer (*e*) (*).

XII. *Mat-*

(*b*) Ea proſcripſit *Guillielmus Arvernus* Epiſc. Pariſ. an. 1240. ap. *Bibl. PP.* Lugd. t. 25. p. 329. At *Matth. Pariſ.*, qui ob. an. 1259. in hiſt. majori Angliae edit. 1640. p. m. 612. eam proſcriptionem refert ad an. 1243. adſcribitque pluribus univerſe Eccleſiarum Praelatis, congregatione orthodoxorum facta.

(*c*) Ap. *Cocc.* l. 4. de Angel. ex *Palladio*.

(*d*) In catal. p. 481. art. *Trinitarii*.

(*e*) Fere totidem verbis *Trithem.* in Chron. coenobii Hirſaugienſ. ad an. 1315. p. m. 211. adjunctis iis, quae addit ad an. 1322. p. 214.

ADNOTATIONES.

(*) I. *Prateolus* in elencho omnium haereſum in Lolhardis egregie hallucinatus eſt, adſerens nempe, eos ex Anglia & wicleffitarum ſecta originem duxiſſe; quum conſtet ex laud. *Trithem.* quem hac in chronologia ſequuntur plerique omnes, eos in Belgio quinquaginta annos ante wicleffum erupiſſe.

Porro wicleffitae in Anglia vocabantur a vulgo Lolhardi, ut Author eſt *Thom. VValſingham* in hiſt. Angl. ubi de wicleffo, p. m. 192., ſcilicet in opprobrium, uti nos interpretamur cum laud. *D'Argentr.* t. 1. ad an. 1309. p. 282. quoniam & wicleffitae notiſſima jam tum dogmata & mores Lolhardorum profiteri videbantur, & iſtorum nomen ignominioſum erat orthodoxis; quocirca eo conterraneos, novelloſque haereticos donabat vulgus.

Eadem Prateoli hallucinatione laboraſſe videtur *Caſtrus* art. *Aqua*. haer. 2. ubi profert haereticos in Anglia nuncupatos Lolhardos, ex ſecta wicleffitarum originem trahentes; niſi vero intenderit, eos nomine, dogmatibus & moribus Lolhardos fuiſſe, non autem ex primaeva & genuina Walteri Lolhardorum patris inſtitutione.

II. Offendimus heic ſtrenuum Lolhardorum vindicem e Proteſtantibus, mordacem illum & viperinum *Joan. Georg. VValchium* in miſcellan. ſacr. l. 3. exercit. 5. ubi toto §. VII. Lolhardos enixe contendit liberare ab hoc immani dogmate, tanquam falſo ac temere ſibi adficto.

Quippe, inquit, haud erant haeretici Lolhardi, ut Romanenſes criminantur, ſed veritatis evangelicae teſtes (nimirum Lutheranae veritatis, cui illi praeluſerant, ad quos propterea pro traditione ſuorum dogmatum provocat Lutherica ſchola: vah qui Magiſtri illi! qui Sancti Patres!)

Primus deinde, pergit, errorem protulit, ceteris antiquioribus omnino tacentibus, Trithemius, quem unum reliqui poſteriores avide ſequuntur, quo majorem invidiam conflent Lolhardis: unde par eſt a vulgi rumore quodam deceptum credere Trithemium; eis utique adpingentem mendacium, ſeu mendaciter exſecrabile dogma, quod a Manichaeorum atque Origenis opinionibus haud rite intellectis deducendum videtur.

Demum, concludit, portentoſae iſtae blaſphemiae profecto ſanae repugnant rationi; quo-

XII. *Matthaeus Palmerius*, Florentinus, cetera perdoctus historiographus, & orator orthodoxus disertissimus sub an. 1440., scripsit plenum erroris de Angelis librum, quem pertinaciter defendens tanquam haereticus condemnatus, apud Cornam civitatem exustus est. (*f*) Ex iis quidem novimus, Palmerium tanquam haereticum in Angelos errasse; quos autem singillatim errores perscripserit, e nullo hucusque documento deprehendere licuit.

XIII. *Hermannus Risvich*, alias notatus, docuit, Deum nunquam creasse Angelos, sive bonos, sive malos; hoc enim nullibi legitur in sacro Codice (*g*).

Cum eodem Risvichio omnem quorumcumque Angelorum creationem e medio sustulerunt *Libertini* (*h*)... *Davidiani*, parente *Georgio Davide*, sub an. 1525. (*i*)... *Antidaemoniaci*, ex *Osiandro*, eodemque *Davide* prognati sub an. circ. 1548. sed ii tamen, ex iis, quae adfert *Prateolus* (*k*) ex *Staphylo*, non Angelos probos, sed duntaxat improbos, seu diabolos, & ab istis ullas concitari incantationes, seu maleficia negarunt... *Anonymi*, qui (*l*) docuerunt, Angelos nihil aliud esse quam motus, vel adfectiones animorum in nobis, qui tacite subinde irrepunt; & quidem bonos vocari quando ad rem bonam, malos autem quando ad rem malam instituunt aut exercent (*).

XIV. *Michaël Servetus*, alias productus, adseruit, Angelos consta-

re

quocirca bonae mentis hominibus, quales Lolhardos fuisse pluribus ipse (licet incassum) ostendere satagit, adsignari nequeunt. Haec Walchianarum vindiciarum summa, quam nullo negotio subvertere liceret, nisi ad graviora festinaret animus.

Sed ceteris tamen praetermissis, id unum Walchio reponimus. Quid ipse testimonium in hunc singillatim errorem ardenter rejicit, refutatque, tanquam ab uno Trithemio (cujus egregia in rem literariam merita passim depraedicant etiam exteri Scriptores cum *Caveo* in hist. lit. & *Pope-Blount* in cens. celebr. auth. ubi de Io. Trithemio) profectum; & alios nihilominus Lolhardorum errores, ab uno eodemque Trithemio teste ibidem recitatos credit & adoprat: quos utpote tanquam veritates, dogmatis Romanocatholicorum oppositas adprobat & confirmat? Hos, Doctor venerande, mihi liga funes.

(*f*) Totidem pene verbis *Trithem.* de Script. eccles. in Palmerio, p. m. 358. edit. Francofurt. 1601.

(*g*) Hic secundus ejus errorum articulus ap. *Lutzemburg.* in Herman. Risvich.

(*h*) Ap. *Calvin.* in Apol. adverf. Libertinos, c. 10.

(*i*) Ex *Cochlaeo* de actis Lutheri ad an. 1545.

(*k*) In Antidaemoniacis.

(*l*) Ap. *Andrae. Hiperium* in methodo Theol. l. 2.

ADNOTATIO.

(*) EX iis vero minime audiendus *Estius*, qui satis concessit an. 1608., ubi sic inquit (In 2. sent. dist. 2. §. 1. p. m. 16. edit. Duacens. 1615.) *nulli post Christum natum haeretici leguntur eo progressi, ut cum Sadocaeis Angelicam naturam prorsus negarent.* Nempe in suas scholasticas institutiones eximius ille Theologus omnino intentus, polemicam historiam parum coluisse videtur, sibi utique certus, nullum prorsus, post Sadocaeos in opinionem adeo absurdam descendisse.

re ſpirituali quodam corpore, ſeu alterius omnino rationis, quam noſtrum ſit (*m*).

XIV. *Radulphus Cudvvorthus*, Anglus doctiſſimus & ſubtiliſſimus, Profeſſor olim hebreae linguae in Academia Cantabrigienſi, & Praebendarius Gloceſtrienſis, vita functus an. 1688. 26. Jun., pluribus aduititur promovere, naturam quamlibet Angelicam haud mere ſpiritualem eſſe, ſed corpoream; immo vehementer contendit, hanc opinionem, & veterum authoritate, & perſpicuarum rationum pondere alteri contrariae praevalere (*n*).

Cudvvorthi veſtigiis inſtiterunt nuperrime e Proteſtantibus *Philoſophi* plerique *Leibnitiani*, qui corpus organicum univerſe Angelis adtribuerunt, cum *Joan. Chriſtiano Loërſio*, Theologo Duisburgenſi (*o*) & *Carolo Friderico Göedo* (*p*).

XV. *Acatholici* univerſe, qui cum *Waldenſibus*, *Wicleffitis*, *Lutheranis*, *Calviniſtis* denegant, pie poſſe Coelites coli, orari & invocari, comparate ad Sanctos Angelos idem omnino adſerunt. Quin & ſingillatim circa eoſdem Angelos idem ferunt *Calvinus*, *Wolfangus Muſculus*, *Eraſmus Sarcerius*, *Bartholom. Weſtemerus*, *Oecolampadius*, *Bullingerus*, *Rodolphus Gualtherus*, *Auguſtin. Marloratus* (*q*).

Ex Catholicis Doctoribus

I. *Patres antiqui plurimi* tenuerunt, Angelos univerſe corporatos eſſe, aut quodam conſtare corpore, bonos videlicet ſubtiliſſimo, pravos autem craſſiore.

Sic enim tenuiſſe vulgo feruntur *Juſtinus* (*r*) ... *Tertull.* (*s*) ... *Origen* (*t*) qui tamen oppoſitum alias innuere videtur (*u*) ... *Hilar.* (*x*) ... *Baſil.* (*y*) ... *Athanaſ.* (*z*). At ipſe tamen (*a*) Angelos materiae expertes dicit ... *Greg. Nazianz.* (*b*) ... *Methodius* (*c*) ... *Theognoſtus* Alexandrinus, ſacrorum librorum interpres (*d*) ... *Theodotus* (*e*) ... *Ephraem* (*f*) ...

(*m*) Epiſt. 4. ad Calvinum ap. *Moſhem.* in notis ad Cudvvorth. t. 2. p. 1098. quem conſulas.

(*n*) In Syſtem. intel. ap. edit. Moshemii c. 2. c. 5. ſect. 1. §. 81. p. 850. ſqq. tum ſect. 3. §. 32. p. 1080 ſqq., ipſo *Moshemio* enixe refragante a p. 1083. & 1091. & 1098. ac deinceps.

(*o*) In diſſ. theol. edita Trajecti ad Rhenum an. 1737. quam aliis diſſ. oppugnarunt *Jacob. Ode ac Stephanus Vitus*, Profeſſor Caſſelanus, ac proxime laud. *Moshem.*

(*p*) In demonſtrationibus philoſophic. de exiſt. corporum Angelorum, nonnulliſque momentis ad ea pertinentib. edit. Hal. Magdeburgicae an. 1744.

(*q*) Ap. *Coccium* l. 4. de Angel. art. 4. ſub init. p. m. 360.

(*r*) In dial. cum Tryphone.

(*s*) L. de carne Chriſti cap. 6. & l. 2. contr. Marcion. c. 8.

(*t*) De princip. l. 1. c. 6.

(*u*) L. 6. cont. Celſ.

(*x*) In Matt. can. 5.

(*y*) L. de Spir. S. c. 16.

(*z*) Ap. dialogum *Joan. Theſſalonicenſis*, qui lectus eſt in VII. Syn. Gener. Act. 5.

(*a*) Ubi de com. eſſent. Patris &c.

(*b*) Orat. 34. 38. 42.

(*c*) Ap. *Phot.* cod. 234. p. m. 907.

(*d*) Ap. eundem *Phot.* cod. 106. p. 279.

(*e*) Apud excerpta, quae exſtant in fine operum Clementis Alexandrini.

(*f*) In ſerm. de nat. Dei minime ſcrutanda.

Ambroſ. (*g*) ... *Arnob.* (*h*) ... *Macarius* (*i*) ... *Auguſtinus* (*k*) tametſi alias in hanc rem haerere videtur, & alias in oppoſitum inclinare (*l*).

Tum *Caſſianus* (*m*) ... *Fulgentius* (*n*) ... *Gennadius* (*o*) ... *Damaſcen.* (*p*) ... *Rupert.* (*q*) ... *Petrus Chryſologus* (*r*) ... *Caeſarius* (*s*) .... *Anaſtaſius Sinaita* (*t*) ... *Maximus Taurinenſis* (*u*) ... *Claudianus Mamercus* (*x*) ... *Patres* Concilii Nicaeni II. Actione 5. (*y*) *Bernardus* (*z*) ubi tamen ſolum dubitans, minime definiens differere videtur.

Cum iis itidem aliqua ex parte conſenſiſſe videntur *recentiores* alii *Doctores*. Nimirum *Avicebron* (*a*) ... *Michaël Pſellus* monachus Thrax (*b*) ... *Richard. Victorinus*, *Alenſis*, *Scotus*, alii (*c*) ... *S. Bonaventura* (*d*) ... *Franciſc. Georgius*, Venetus, Minorita, vita functus an. 1510. (*e*) ... *Auguſtin. Niphus*, Sueſſanus, Clarus Ariſtotelis Interpres (*f*) ... *Cajetanus* Cardinal. (*g*) ... *Steuchus Eugubinus* (*h*) ... *Ferchius*, Minorita Conventualis (*i*) (*).

II. *Ve-*

(*g*) L. 2. de Abraham c. 8.

(*h*) In diſputat. cum Serapione de Deo trino uno.

(*i*) Homil. 4.

(*k*) L. 2. de Trin. c. 7. & l. 3. c. 1. & epiſt olim 115. ad Nebridium & ſerm. 102. de diverſ. c. 9.

(*l*) Exempli c. in epiſt. olim 28.

(*m*) Collat. 7. c. 13.

(*n*) L. de Trinit.

(*o*) L. de eccleſ. dogmat. c. 11. & 12.

(*p*) De fide l. 2. c. 3. quidquid eruditiſſimus Interpres *Lequienius* cum ibi excuſare contendat.

(*q*) L. 1. de Trinit. & operib. ejus c. 17. & l. 2. de Victoria Verbi Dei c. 28.

(*r*) Sermon. 52. de daemonib.

(*s*) Dialogo 1. interrogatione 58.

(*t*) In qq. in Script.

(*u*) Homil. de ſollemnit. S. Michaëlis.

(*x*) De ſtatu animae l. 3. & in libris contra Fauſtum Rejenſem.

(*y*) Ubi nempe adprobarunt dialogum Joannis Epiſcopi Theſſalonicenſis, quem vide ſis, & expende ſis.

(*z*) Homil. 5. in Cant. & de conſiderat. l. 5. c. 4.

(*a*) In lib. fontis vitae ap. *Molin.* 1. p. tr. de Angelis q. 1. art. 2. ſub init.

(*b*) In dialog. de operationibus daemonum.

(*c*) Ap. *Ferchium* tr. de Angelis ſparſim.

(*d*) In 1. ſent. diſt. 3. art. 1. q. 1. & 2.

(*e*) Tom. 6. problem. 330. & 331. Vide ſis cenſuras in opiniones hujus Authoris ap. *Sixtum Senenſ.* in Bibl. S. l. 5. adnot. 34. *Bellarm.* l. de grat. primi hominis cap. 10. 11. *Poſſevin.* in adpar. ſacr. in Franc. Georgio.

(*f*) L. 6. de daemonibus, ut fertur.

(*g*) In adnot. ad c. 2. epiſtolae ad Epheſ.

(*h*) De per. philoſ. l. 8. c. 26. ſqq.

(*i*) In laud. tr. de Angelis, quaeſt. 27. de materia Angeli, ſqq.

ADNOTATIONES.

(*) I. QUod ſpectat vetuſtiores, quos adnotavimus Scriptores, mirum eſt, quanto eos conamine in ſenſum oppoſitum, aut ſaltem mitiorem interpretari vulgo adnitantur juniores Theologi; puta Interpretes S. Thomae in articulum 1. quaeſtionis 50. partis I., cum *Vazq. Molin. Valent. Tanner. Cacherano* &c. tum alii, e. c. *Suarez* de Angel. l. 1. c. 6. *Petav.* de Angel. l. 1. c. 2. *Bubalus* de Angel. quaeſito 3. diffic. 1. §. 3. ſqq. *Joſ. Maria Platina*, Minorita Convent. in Patavina Academia publicus nuper Theol. Profeſſor, in diſſertationibus 28. de Angelis & daemonibus, diſſ. 6. de Angelis, *Perrimez.* t. 2. Theol. diſſ. de Angelis.

Laudo equidem hujuſmodi Theologorum conatus. Ceterum, me judice, eſto Doctores illi omnes erraverint opinando in rem nondum illis temporibus exploratam, immo tum obſcuriſſimam, ac liberrime utrinque controverſam, minime ſanae alioqui eorum doctrinae derogare merito poteſt. Conſuli meretur doctrina, quam pro illis ſolide vindicandis adferunt *Petav.* proxime laudа-

II. *Veteres plerique Patres* ex iis, qui daemonibus vera corpora adfinxerunt, non ſunt veriti aſſerere, tale eorum fuiſſe peccatum, ut mulierum ſpecie capti, ſtupri cum iis conſuetudinem habuerint, ac propter obſcoenitatis flagitium, coelo, Deique conſortio ſint ejecti: ducti ſcilicet, vehementerque commoti ex illo Genes. 6. *videntes filii Dei* (ſeu *Angeli Dei*, ut habent multi vetuſtiores codices) *filias hominum quod eſſent pulcrae, adceperunt ſibi uxores ex omnibus* &c.

Hoc itaque de Angelorum libidine exoticum tenuiſſe paradoxon, jure percenſentur *Juſtinus* Martyr (*k*) ... *Athenagor.* (*l*) ... *Minutius Felix* (*m*) ... *Clem. Alexand.* (*n*) ... *Tertullian.* (*o*) ... *Lactant.* (*p*) ... *Ambroſ.* (*q*) ... *Chryſoſtom.* (*r*) ... *Methodius* Olympi Epiſc. (*s*) ... *Auguſtinus* demum anceps videtur, quin audeat quaeſtionem definire (*t*). Reliquis

datus, poſt *Suarezium*, ac *Moshemius* in notis ad Cudvvorth. t. 2. p. 1086. ſqq.

II. Ecquid autem de ipſa opinione de corporeis Angelis, quam tot Sapientes alii, hoc capite laudati, ex Paganis, Heterodoxis, noſtriſque junioribus Theologis amplexi ſunt? Profecto in primis ſunt, qui eam erroneam & haereticam dicunt, utpote directa acie pugnantem cum Concilio Oecum. Lateranenſi II. ſub Innocentio III. ſic definiente cap. 1. *Deus utramque de nihilo condidit naturam, ſpiritualem & corporalem, angelicam videlicet & mundanam*: ubi angelicam ſeu ſpiritualem mundanae vel corporali naturae perſpicue opponere videtur.

Ceterum heic obiter loqui Synodum, nec quidquam tanquam fide certum definire vulgo, & quidem merito, tenent Doctores noſtri cum *Barthol. Carranza* in notis ad actionem 5. conc. Nicaeni II. *Cano* de loc. l. 5. c. 5. q. 4. *Sixt. Senen.* Bibl. S. l. 5. adnot. 8.

Alii inſuper ex noſtratibus, eam ut prorſus temerariam rejiciendam ducunt, cum *Molin.* cit. *Cacher.* tr. 3. de Angel. c. 2. n. 10. *Simonnet* tr. 3. de Angel. d. 1. ar. 4. reſponſ. 2. *Eſtio* in 2. diſt. 8 §. 4.

Nec deſunt praeterea qui praefatam opinionem nulla cenſeant nota dignam. Quoniam, inquiunt, nec major, nec praeſtantior eſt numerus priſcorum Patrum negantium Angelis cujuſquam corporis integumentum (eos indicant laud. *Petav.* l. 1. c. 3 *Jo. Gerard. Voſſius* de idololatr. l. 1. c. 6. *Gerard. Elmenorſtius* in notis ad Gennad. Maſſil. c. 12. & plerique *TT.* e Schola ubi de natura Angeli) quam adſerentium.

Neque vero, pergunt ipſi, teſtimonia ab illis petita irrefragabilia ſunt: immo unum pro corporeitate depromptum e Patribus Nicaenis (mox laudatis) ceteris quibuſque adverſantibus facile praeſtat; & id ipſum quidem ſecus opinantibus haud leve negotium faceſſit.

Porro nec cogunt, addunt iidem, nec rem ineluctabiliter conficiunt laudatae opinionis adverſarii: quin immo eam ſatis ſuperque probabilem, ac (ſi ſuperis placet) praeoppoſita probabiliorem pluribus nuper commonſtrarunt laudati *Cudvvorth. Ferchius*, *Leërſius*, *Goëdius*, quibus adjungendus *Huld. Zanchius* de operib. ſex dier. l. 2. c. 3. Sic iſta factio, cujus meditationes prudenti cordatoque Lectori ſerio diſcutiendas relinquimus.

III. Ex hucuſque adnotatis (ſi veritati, more noſtro, litandum ſit) hoc plane dubium conſurgere videtur: num videlicet opinio illa, de qua diſputavimus, reapſe innocens habenda ſit, aut potius errori obnoxia, vel ſaltem temeraria, quippe quae male audiat, & jure quidem, apud Sapientes; adeo ut ejus profeſſores noſtri inſtituti Erronibus adnumerandi veniant? Erunt itaque quos in hoc puncto Errones diximus, ut ſummum Errones dubii. Conſulatur pro opinione adverſa prae ceteris laud. *Moshem.* praeſertim p. 1098. ſqq.

(*k*) In Apolog. 1.

(*l*) In legat. pro Chriſt.

(*m*) In Octavio.

(*n*) L. 2. Paedag. cap. 2. & l. 3. & 5. ſtrom.

(*o*) L. de idolol. c. 9. & l. de habitu muliebri & alias.

(*p*) L. 2. inſt. c. 15.

(*q*) De Noë & Arca c. 4. ſub init. & l. de virginib. pene ſub fin.

(*r*) Hom. habita in feſto decollat. S. Joan. Baptiſtae.

(*s*) Homil. 4. de Reſurrect.

(*t*) Lib. 15. civit. c. 23.

liqui tamen vulgo Patres & orthodoxi Scriptores oppoſitum conſtanter ac merito docuerunt (*).

III. *Anonymi* primum (*u*) ac deinde *Graeci recentiores* in Florentina Synodo (*x*) adſerere non dubitarunt, diabolum ejuſque ſatellites poſt lapſum naturam quodammodo ac ſubſtantiam mutaſſe; quatenus nempe materiales ex parte facti ſunt. Quis autem hoc effatum non cenſeat ut minimum perabſurdum, ſanaeque mentis rationi repugnans?

IV. *Michaël Bajus*, alias notatus, perperam ſenſit ac diſputavit de Angelorum gratia, ſeu de ſtatu naturae integrae, in quo Angeli conditi catholice ſupponuntur. Haec enim ſtatuenda ſibi duxit. 1.° Angeli ſub eo ſtatu merita nequeunt dici gratia in ſenſu proprio, quoniam gratiae auxilium ad illa tunc elicienda collatum, non eſt gratuitum, ſed debitum ſtatui naturae integrae; atque adeo ſi perduraſſet Angelus in eo ſtatu, gloriae felicitas, quam obtinuiſſet, merces eſſet ſibi tum jure debita, non autem gratia, ſeu donum gratuitum. Itaque praefata merita late duntaxat gratia ſeu gratiae dona nuncupari poſſunt; quatenus nempe Angeli creatio ſub eo ſtatu gratuitum beneficium eſt (*y*).

2.° Vita aeterna Angelo promiſſa fuit intuitu bonorum operum, quae ex lege naturae per ſeſe ſufficiunt ad illius adſequutionem (*z*)... 3.° in promiſſione ſempiternae ſalutis facta Angelo continetur naturalis juſtitiae conſtitutio, qua eadem videlicet pro bonis operibus naturalibus, juſtis promittitur (*a*).

V. *Janſenius* junior praelibatis Baji erroribus tenaciter adhaeſit, eoſque pluribus confirmavit (*b*).

De iis vero pluſquam ſatis. Ad ſaniorum Dogmatum diſquiſitionem adcingimur. C A-

ADNOTATIONES.

(*) I. PAtribus primo loco notatis adnumerant plerique *Cyprianum* in l. de habitu virginum, ac *Euſebium* de praepar evang. l. 5. c. 4. Mihi vero ex iiſdem utriuſque locis nec indubie, nec ſatis perſpicue colligere licet opinionem quae utriſque adpingitur: eos Lector ſerio expendat, & Judex eſto.

II. Huic opinioni, ſuſpicor, illis Patribus, uti & aliis *Judaeis* cum *Philone* in l. de gigantib. ac *Joſepho* in l. 1. originum, anſam dedit apocryphus ille *Liber Enoch*, jam ante Chriſti aetatem, ut vulgo ferunt, conſcriptus, qui paradoxum iſtud, pluraque de pravis Angelis conſimilia, tanquam ſancta dogmata retulit. Lege ſis ejus fragmenta ap. *J. Alb. Fabric.* in Codice pſeudepigrapho Vet. Teſt. a p. 179. edit. Mamburg. 1722. Nonnulla etiam tradit *Calmet.* in diſſ. in bonos maloſque Angelos art. 2. ſub init.

III. *Philaſtrius* cap. 107. eam opinionem inter haereſes refert, ac ut haereticam repudiat. At aequo fortaſſe durior cuiquam videatur haec cenſura; ubi praeſertim liceat abſque errore adpingere pravis Angelis corpus craſſius, ejuſdemque pene cum humano conditionis. Mitto, Authorem hunc nimium quandoque liberalem eſſe in eliciendis cenſuris.

(*u*) Ap. *Philaſtr.* cap. olim 59.

(*x*) Ap. *Petav.* de Angel. l. 3. c. 1. n. 11.

(*y*) Ex eodem *Bajo* l. 1. de meritis oper. c. 4. & ex *Bulla*, quae ejuſdem errores proſcripſit, art. 1. 3. 9. ſecundum ſenſum, quem praefert reliqua Baji in id argumentum doctrina.

(*z*) Ex cit. *Bajo* c. 2.

(*a*) Ex *ipſo* in eodem Cap. 2. Conf. *Ripalda* in comment. adverſ. Bajum & Bajanos l. 1. a diſp. 1. ad 7.

(*b*) Ex dicendis in proxima Proluſione ubi de Errore Janſenio.

CAPUT PRIMUM

De Angelo quoad ordinem naturae.

§. I.

De naturali perfectione Angeli.

63 QUAESTIO I. An ſint, & ubi creati ſint Angeli? ADSERO 1. Sunt. Fide certum. Et patet eorum exſiſtentia, tum ex Scripturis paſſim, e. g. *Gen.* 16. 7. *Ex.* 14. 19. & 4. *Reg.* 1. 3. *Job.* 3. 25. *Pſ.* 103. 4. & 96. 8. *Baru.* 6. 7. *Zach.* 1. 9. *Matt.* 1. 20. *Act.* 5. 19. tum ex *CC.* cum *Later.* (*c*) tum ex *PP.* cum *Dion.* (*d*) *Greg.* (*e*) *Aug.* (*f*) aliiſque videndis ac expendendis ap. *Bubalum* (*g*) tum ex variis congruentiis naturalibus, praecipue ex motu caelorum, qui fit per Angelos; ex ſignis energumenorum; ex incompletione Univerſi, ſi deſit ille entium gradus; ex communi, perpetuoque Gentium conſenſu (*h*). QUAESTIONES DOGMATICO-SCHOLASTICAE.

64 Neque vero deſunt Sapientum Ethnicorum ſuffragia pro CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS in ſanctum Dogma. Ex eis quippe exſiſtentiam Angelorum, cum bonorum, tum pravorum agnoverunt copioſiſſima cohors; eſto ipſi, utpote ſacrae doctrinae decretis ac lumine deſtituti, quantum ad dotes ipſis adſcribendas a vero non ſemel abierint. Angelicae adſertores exſiſtentiae proxima Proluſio complures dedit. Eis adde praeterea *Sophiſtas Sinenſes* (*i*) *Chaldaeos* (*k*) veteres *Perſas* (*l*) *Aegyptios* (*m*) *Phoeniceſque* (*n*) tum *Orpheum* (*o*) *Heſiodum* (*p*) *Pythagoram* (*q*) *Socratem* (*r*) ut alios pene innumeros taceamus (*s*).

65 II. Creati ſunt Angeli omnes in Empyreo ſimul cum ipſo in momento primo molitionis Univerſi. Quia non eſt, cur nullibi creatos adſeramus: ergo creaturas praeſtantiſſimas in loco praeſtantiore produci decuit (*t*). Heic autem nobis, fateor, ut alias ſaepiſſime, quum certa non ſuppetant documenta, conjecturis indulgendum eſt. Obj.

(*c*) Cap. *Firmiter*.
(*d*) De coel. hierar. c. 14. & paſſim.
(*e*) Hom. 34. in Evang.
(*f*) In Pſ. 103.
(*g*) De Angelis quaeſito 1. diffic. 1. p. 85. ſqq.
(*h*) Conf. *Rhod.* tr. de Ang. d. 1. q. 1. ſ. 1. §. 1. *Viv.* d. 3. q. 1.
(*i*) Ap. *Martinium* in hiſt. Sinica l. 1. ſub init.
(*k*) Ap. *Philoſtorg.* in hiſt. l. 3. c. 4.
(*l*) Ap. *Hyde* hiſt. relig. vet. Perſarum c. 33. p. m. 395.
(*m*) Ap. *Iamblicum* de Myſteriis ſparſim.
(*n*) Ex *Porphyr.* de philoſ. ex orac. & alias.
(*o*) Ap. *Clement. Al.* ſtrom. 5.
(*p*) Ap. *Procl.* in opera Heſiodi.
(*q*) Ap. *Plutarch.* de placitis Philoſ. libr. 1. cap. 8.
(*r*) Ap. *Xenophont.* in apolog. pro Socrate, ac de factis & dictis Socrat. *Platon.* in ſympoſio, *Apulei.* & *Max. Tyrium* in diſſertationib. de Deo Socratis & alias.
(*s*) Eos dabunt ipſa, quae exſtant, Philoſophorum opera; tum inſuper *Euſeb.* de praep. evang. ſparſim, *Theodoret.* in Therapeutica, ſeu curatione graecarum adfectionum, ſerm. 3. per tot. *Eugub.* de per. philoſ. l. 8. per tot. *Huet.* in qq. alnet. l. 2. c. 4. §. 1., necnon Philoſophiae Hiſtoriographi cum *Plutarch. Laërt. Voſſio*, *Bruckero*, ubi de placitis Philoſophor.
(*t*) Vulgo Scholaſtici cum *Mag.* in 2. diſt. 2. & *S. Th.* heic p. 1. q. 61. art. 1. quibus favere videntur *Auguſt.* 2. civ. c. 33. & *Hugo* in ſum. tr. 2. c. 1.

OBJECTIONES.

66 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Ratio naturalis non ſuadet Angelorum exſiſtentiam. Nam 1.° non eſt certum, Angelos movere coelos, & energumenos; quum aeque poſſint utroſque movere animae ſeparatae, quibus vis ad multa ineſt. 2.° univerſum abſque Angelis poſſet eſſe perfectum; utpote ſine quibus ſat abunde oſtenderet ſui Conditoris perfectionem, etſi non ita perfecte. 3.° quum Moyſes graphice depingit rerum omnium creationem, nihil de Angelis perhibet: ergo hoc ipſo rationem perhibet, qua poſſimus de eorum creatione ſubdubitare.

67 R. *D. Adſ.* non ſuadet evidenter, *C.* Idque merito propugnant *Tanner. Moſchein, Bertius*, aliique contra Amort (*u*) certo moraliter, aut probabiliſſime, *N.* Ad 1. prob. eſt ſaltem probabilius, quod tanta vis non inſit animabus ſeparatis ad tam mirabiles motus coelorum, & energumenorum; adeoque ipſos oriri a potentia ſuperiore, nempe angelica. Ad 2. *Deus fecit univerſum optimum, ſecundum modum creaturae* (*x*) id eſt ſecundum omnem modum poſſibilem extenſive, quo Creatoris adtributa oſtenderentur: ut autem univerſum fieret ſimpliciter optimum in ſuo genere, Angelicis debuit ſubſtantiis exornari. Ad 3. *N. Con.* nam voluit Deus, ut populo rudiſſimo, & ſenſilibus dedito, nonniſi ſenſilia, & corporea traderentur a Moyſe. Et aliunde conſtat Angelorum exſiſtentia ex aliis Scripturae, & PP. teſtimoniis.

68 Obj. *ſecundo* contra 11. Adſ. Homo creatus eſt extra Paradiſum terreſtrem: ergo & Angelus extra coeleſtem, nempe empyreum. *Tertio*. Ibi Angeli peccarunt, ubi creati ſunt; at dedecet empyrei majeſtatem, & puritatem angelica labe coinquinatam fuiſſe.

69 R. Ad *ſecundum*. *N. Con.* quia Paradiſus terreſtris non erat locus congruus homini quoad ejus naturam, uti coeleſtis erat Angelis. Ad *tertium*. *N. Ma.* quia dedecet etiam quod praelium illud, ex *Apoc.* 12. inter bonos, & malos Angelos commiſſum fuerit in empyreo, qui eſt locus pacis. Nihil autem prohibet, quominus omnes Angeli poſt primum creationis momentum dimmiſi ſint ad praeliandum in locum empyreo proximum, unde tandem victores ad illud proceſſerint, ac devicti in aerem detruderentur. Ex hoc quidem certaminis loco protulit ſuperbe Lucifer, *Iſai.* 14. *adſcendam in coelum, & ſimilis ero Altiſſimo*. Heinc *C. Mi.* ut mihi certam, & *N. Con.* (*y*)

70 Jam vero objectorum ſolutiones, in quibus plerumque elucet certa quaedam & magis perſpicua Adſerti confirmatio, excipiant illuſtrando adſerto Dogmati Monumenta omnis generis, e ſacra Antiquitate petita, quae ob oculos tibi adponimus.

CHRI-

(*u*) In tr. de Angel. diſp. 1. q. 1.
(*x*) Ex *D. Th.* heic p. 1. q. 47. art. 2.
(*y*) Conf. *Rhod.* cit. & *Martinon* heic d. 35. l. 1. n. 18.

CHRISTIANI LAPIDES.

1

SEVERO FILIO DVL
CISSIMO LAVRENTIVS
PATER BENEMERENTI QVI BI
XIT ANN. IIII. ME VIII. DIES V.
ACCERSITVS AB ANGELIS VII. IDVS IANVA

Romae e coemeterio Calliſti ap. Fabrett. cap. 3. n. 86. p. 581.

Merito quidem Severus immaculata praeditus innocentia, adcerſitus heic dicitur ab Angelis, hoc eſt ſumma exſultatione ad coeleſtia gaudia conſortio exceptus, immo per ipſos eo delatus, quemadmodum illo juſtos univerſe deferri ab Angelis, uti in antiquo foedere in ſinum Abrahae deducebantur, ſentiunt vulgo Patres & ſacri Interpretes cum *Hilario* tract. in Pſal. 57. n. 6. Vide ſis in hanc rem *Chryſoſt.* conc. 2. de Lazaro & *Interpretes* in Luc. 16. 22. & *S. Maxim.* in Scholiis ad cap. 4. libri S. Dionyſii de coeleſti hier.

2

PRIMVS ATENOLFVS RETINETVR CARNE SVB ANTRO.
QVEM PATER IPSE SVVS GENITORIS NOMINE DIXIT
HIC INFANS PERAGIT DVM SEXTI TEMPORA MENSIS
ANGELICIS VECTVS MANIBVS TRANSCENDIT AD ASTRA.

Capuae in Eccleſia Cathedrali ap. Pratil. in hiſt. Langob. t. 3. p. 316.

Infantis hujus Pater Landulfus, Langobardorum Princeps, hujus nominis primus, fuit filius magni Principis Atenulfi, teſte ibidem *Pratillo*.

3

MEMMIVS. SALLVSTIVS
SALVINVS. DIANNIVS. V. S. *
BASILICAM. SANCTORVM
ANGELORVM. FECIT. IN. QVA
SEPELIRI. NON. LICET

* *Vir ſpectabilis.*

In Eccleſia Mandoleti agri Peruſini ap. Murator. in novo theſ. Inſcr. p. 1913. 4.

En cultum a Majoribus noſtris reverenter, pieque praeſtitum Sanctis Angelis, in ſacra nempe Baſilica, eorum nomini dedicata, adverſus futiles opiniones, inaniaque vota Haereſiarchis Calvini, ſimiliumque plurium, cultum quemlibet tanquam ſuperſtitioſum coelitibus Angelis abjudicantium. Secus tamen, veriuſque Chriſtiani veteres opinati ſunt.

Por-

Porro ſingulare τὸ *in qua ſepeliri non licet* ; quum tamen de Lapidis aetate ac ceteris ejuſdem aetatis conditionibus conſtet nihil , nefas inde cuiquam eſt conjectare cauſſam , ob quam non licuerit in ea Baſilica SS. Angelorum ſepeliri . Neque vero hoc uno ex Lapide ſolidum repetere licet argumentum adverſus ſollemnem ritum ſepeliendi ad ſacras aedes chriſtianos defunctos , quem utique nobis exprobrare audio Heterodoxos pleroſque , & e noſtris etiam nonnullos tanquam veteri Eccleſiae mori contrarium , ac vix tolerandum . Siquidem multo plura ſunt teſtimonia de pervetuſta , conſtantique utriuſque Eccleſiae , cum orientalis , tum occidentalis diſciplina in eum ritum , ut poſſint heic perbrevi oratione recenſeri .

Ex omnibus ferme orbis orthodoxi gentibus exempla ſuppetunt de Chriſtifidelibus a quarto jam Seculo ſubceſſivo tractu depoſitis apud ſacras baſilicas ; eſto ſemel aut iterum civilia & eccleſiaſtica decreta pium illum morem , temporum neceſſitate & conditione quodammodo cogente , tantiſper interruperint alicubi : immo multo citius , ante redditam a Conſtantino Eccleſiae pacem haud ſibi primores Chriſtiani nefas duxerunt eiſdem uti locis pro templis & defunctorum coemeteriis , uti norunt Eruditi .

In rei teſtes , & quidem locupletiſſimos facile advocari poſſent *Nazianzen.* in carmine 17. in Liviam Amphilochii uxorem ap. anecdota graeca *Murator.* t. 1. *Aurel. Prudent.* in periſteph. hym. XI. pervetus *Author* libri Pontifical. S. Damaſi ubi de S. Marcello I. *Concil. Carthagin.* IV. can. 81. *Ambroſ.* epiſt. olim 55. & alias , *Auguſt.* l. de cura pro mortuis agenda , *Gregor. M.* t. 2. l. 4. c. 50. ſqq. edit. Maurinae , ac ſaepius , *Maximus Taurinenſ.* homil. 19. *Theodulph.* Epiſc. Aurelianenſ. & *Hincmar.* Archiep. Remenſ. in Capitulis editis ſuar. Eccleſiar. ap. *Labbe* in collect. CC. t. 9. p. 187. & t. 10. p. 3. *Nicolaus* P. I. in reſcripto ad Bulgaros , *Innocent.* P. III. vel potius II. relatus in cap. *Quum liberum* de Sepulturis .

Ecquid autem ? Actum profecto egero , ſi pluribus rem iſtam perſequi perrexerim . Permulti , & ii quidem celebratiſſimi Viri , quos conſule ſis , in iſtud argumentum nobis otium fecerunt : e. c. *Kircmannus* de funerib. Romanor. l. 2. c. 27. p. m. 317. ſqq. *Gonzalez* in l. 3. decret. tit. 28. de ſepulturis cap. 1. n. 8. ubi plures Canoniſtas adfert , *Suarez* de relig. tom. 1. tr. 2. l. 3. c. 8. n. 6. & 7. *Thomaſſin.* de Benefic. t. 3. par. 3. l. 1. cap. 65. ſqq. *Zger. Bernard. VanEſpen* de jure eccleſ. univ. t. 2. par. 2. tit. 38. de ſepulturis c. 2. *Murator.* in anecdot t. 1. diſſert. 17. & rurſus in anecdotis graecis diſquiſit. 3. a p. m. 258. Clariſſimus demum *Joan. de Vita* , qui omnium , quod ſciam , ultimus & adcuratiſſimus hujuſce eccleſiaſtici ritus antiquitatem , pietatemque in optimo lumine collocavit in Antiquit. Benaventanarum diſſ. 11 c. 2.

Muratorius denique ubi noſtrum recitavit Titulum , ergo , inquit , in baſilicis aliis ſepeliri licet , indeque ad ſuas , quas proxime laudavimus , diſſertationes provocat . Et merito quidem ; exceptio enim ,

ut

ut dici ſolet, regulam in contrarium firmat; atque adeo exemplum iſtud ritum alias perfrequentem tacite ſubinfert.

4

CONSECVTI BENEFICIA ARCHANGELI
MICHAELIS BACAVDA ET JVLIANVS
A FVNDAMENTIS FECERVNT ET DEDI
CAVERVNT SVB DIE NON. MAII
QVATER P. C. BASILII JVNIORIS
VIRI CLARISSIMI COS. IN D. VIII. *A. C.* 545.

Ravennae in S. Michaëlis ap. Murat. p. 426. 2. *ex Agnello.*

5

HIC BENEDICTVS ADEST MERITO SVB RVPE SEPVLCRI
QVEM TENET ANGELICVS COETVS IN ARCE POLI
QVI FVERAT FORTVNA PIVS NATVRA DECORVS
MORIBVS ET CASTIS FVLSIT IN ORBE SATIS
DOGMATIS EGREGII PRORSVS DOCVMENTA MINISTRANS
OSTENDIT MVLTIS LVCIS ADIRE VIAM
AVREA SAECLA QVI PATEANT SINE FINE PER ABVVM
SORTE BEATIFICA SCANDAT VIA AETHEREA

Romae olim in S. Paulli extra Urbem inter column. 19. *&* 20. *ap. Margarin. n.* 240. *modo in clauſtro coenobii, ubi exſcripſi.*

Ex Margarino Titulum exſcripſit *Murat.* p. 1841. 10. adtamen non omnino fideliter.

Benedicti cognomen reticet Epigramma, majori tamen laude ipſum commonſtrat moribus Angelum, & profeſſione inſignem divini Verbi praeconem.

Clare inſuper in ipſo perſpicere eſt ſancta Dogmata de exſiſtentia & beatitudine SS. Angelorum, de Empyreo, de bonis operibus, obtinendae beatitudini neceſſariis.

6

✠ QVEM : TEGIT HIC : PARIES : DICTVS : FVIT : HIC : VIVIAN* : : : : **Vivianus*
SIT : DEVS : HVIC : REQVIES : ANGELICEQVE : MANVS :
ISTE : MAGISTER : ERAT : ET CONDITOR : ECCLESIA *
NVC : IN EIS SPERAT : QVI PRECES POCIS* : EARV : **Poſcit*

In monaſterio Sancti Petri de Montes ap. Hiſpanos, adteſtante Florezio in Hiſp. ſacra t. 16. *p.* 61.

Titulum profert hic Cl. Author cum vetuſtis caracteribus, interpunctionibus & adbreviationibus, quae hodieque in ſaxo exſtare inquit. Et optarem equidem, ut ea bene multa medii aevi Diplomata, quae toto in opere tradidit hucuſque ex autographis fideliter exſcripta, ſub

eiſdem quoque caracteribus cuſa publicaſſet, imitatus Papebrochium, Mabillonium, Montfauconium, Godefridum, Authores novi tractatus Diplomatices, alios; ea ſiquidem priſcorum caracterum notio Diplomaticis diſciplinis lucem plurimam adfert.

Peregrinas hoc in Lapide interpunctiones legimus. At enim quanta & quam multiplex varietas in orthographia literatorum Lapidum? & quidem pro ſingulis ferme aetatibus, gentibus, idiomatis, regnis, urbibus, oppidis, authoribuſque Inſcriptionum. Ita plane obſervavimus in autographis bene multis, quas adtente luſtravimus, & in aliis pene infinitum pluribus, quas recitant Lapidariae Rei Scriptores, cum adcuratiores, tum minus adcurati, ſi eorundem typi non fallant, nec ſuppoſititias pro veris venditent.

Porro ut vetuſtiores ſub variis idiomatis, de quarum legitimitate haud leviter diſceptatur apud Eruditos, miſſas faciamus, antiquiſſima illa & celeberrima Inſcriptio Sigea, quam Cl. *Cheſhull* commentario illuſtravit ap. *Murat.* p. 2103. ſqq. ferme ad ſingula verba duo puncta praefert; aliae graecae ut plurimum nulla ornantur interpunctione, ut videre eſt apud Marmora Oxonienſia, recenſita & explicata ab *Humphrido Prideaux*; aliae unum vel alterum habent punctum ap. *Smetium* fol. XLI. 2. & alias; aliae demum poſt verba ſingula punctum referunt, iis omnino exceptis, in quae deſinunt lineae, ap. ipſum *Smet.* fol. verſo XXIV. 13. Ex latinis pariter ſunt quae uno vel altero puncto gaudent, quae unico, quae nullo, quae in omni voce lineam non concludente. Exempla paſſim offerunt Authores, & Tomus noſter II.

Quin etiam aliquando ſingulas quaſque dictionum ſyllabas interſecant puncta, ap. *Lupium* in epitaph. Sev. p. 68. 71. ſqq. nonnunquam itidem pleriſque Tituli vocibus interpunctionis loco, ſeu mavis, ornatus arbitrarii cauſſa, inhaeret corculum, vel palma, ſeu aliud infrequens ſignum; quin tamen fere ullibi adpareat pro interpunctione uſus commatis, quod ajunt Graeci, noſque cum Tullio inciſum dicimus. Ejuſmodi exempla paſſim offendes apud noſtros, ceteroſque Authorum Rei Lapidariae commentarios. Plura ſelecta profert *Maffei*. de arte critica Lapidaria l. 2. ſparſim ap. *Donatum* in Supplem. ad theſaur. *Murat.* t. 1. p. 11. ſqq. Ego tamen iis noſtri Lapidis interpunctionibus alias omnino ſimiles, quod meminerim, nondum animadverti.

Ex iis vero liquido conficitur, nullam hucuſque fuiſſe exceptam vulgo ubique gentium fixam regulam pro ſervanda in iis Inſcriptionibus Orthographia quantum ad genus interpunctionum; ſed iſtas ex cujuslibet gentis, immo Authoris nutu omnino pendere. Nihilo tamen ſecius jamdiu placuit Eruditis eam praeferre in deſcribendis Titulis interpunctionem, quae unicum exhibet punctum poſt verba ſingula, in quae linea non deſierit; cujuſmodi nempe frequentiſſime cuſa leguntur celebriora Sapientum Veterum Epigrammata Lapidaria.

Occurrunt praeterea in expoſito Titulo tres illae adbreviationes ſeu latinae linguae compendia, quibus totidem omnino pares in ullo Saxo

(ſi

(ſi exceperis exſtans hodieque in porticu S. Mariae in Domnica, mox adducendum, in quo bis legimus ℟. pro -RVM, nempe DIACONITA℟ & FUNDO℟.) reperiſſe non memini, nimirum ℟. pro *rum*, NV̄C pro *nunc*, RV̄ pro *rum*. Pro *rum* ℔ e Seculo VIII. tradidit *Walther.* in Lex. dipl. p. 331. & alias adtulit e variis Seculis adbreviationes, indicantes *rum*, at noſtrae tamen omnino diſſimiles, quemadmodum ea eſt quam primo loco poſuimus. Adeo quotuſquiſque Tituli Author in eo exornando orthogtaphia, literarum compendiis, ceteriſque ornamentis ſibi unus leges praefixiſſe videtur ad nutum ſuum. Quocirca minime illos Authores laudo, qui nimium deſudant in divinanda circa haec illorum mente, confirmandaque rarioribus aliorum Lapidum exemplis.

7

CVRANTE. N. LEBITA. PETRI
AD. HONOREM. ARCHANGELORVM
LEO. III. PAPA. FIERI. IVSSIT

Romae in Sacello, quod ante Sixtinam demolitionem pone Triclinium Lateranenſe exſtabat, ap. Alemann. de Lateran. parietin. c. II. *p.* 108.

En tibi Sacellum ſanctis Archangelis dedicatum ſub Seculum VIII. Et quidem, ſi laudato *Alemanno* fides, Levita hic ex illo fuit vetuſtiſſimo ac praeſtantiſſimo Aedilium Levitarum Pontificiorum Collegjo, quorum munus fuit ſacris aedificiis faciundis praeeſſe, utque cum dignitate riteque fierent ita curare ut publico nominum ſuorum teſtimonio ſaxis inciſo ſollemnibus verbis procurationem profiteri tenerentur. Ita ipſe, aliis in hanc rem adlatis exemplis, p. 107. ſq.

8

. . . . ET SI QVIS PRE
SVMPSER℟. . . . . .
. . . ET ANATHEMATIS BINCVLO
SIT INNODATVS . . . . . i .
. . . . . ATQVE CVM DIABVLO
ET OMNIBVS IMPIIS . AETERN
NO . INCENDIO . DEPVTATVS

Romae in porticu templi S. Mariae in Coſmedin.

Haec eſt particula magnae illius ſecundae marmoreae Tabulae, donationem eidem templo factam ſub Seculum VII. aut VIII. exprimentis, quae cum altera ſimili exornat portam maximam, ad dexteram ingredientium. Ipſam quamfideliter exſcriptam tradit & commentario illuſtrat *Jo. M. Creſcimbenius* in hiſt. ejuſdem Baſilicae l. 2. c. 7. & 8. a p. 63.

9 SVME VALENTINE MARTIR HEC DONA BEATE. QVE TIBI FERT OPIFEX TEV
BALDVS CORDE BENIGNO . . . . . .
SI QVIS VŌ . . . . . .
. . . . . FRAVDAVERIT . . .
. . . . . CVM DIABOLO ET
ŌIBVS IMPIIS IVNCTVS . AETERNO INCENDIO EXVRATVR . TEMPORE PONTIFICIS NO
NI SVMĪQVE JŌHIS . EST SACRATA DIE SVPREMO HEC AVLA NOVĒBRIS
DV QVĪTA ELABENTE INDICTIO CVRRERET ANNVM .

Romae in eadem porticu.

Integrum quoque retulit hunc ſacrae donationis Titulum laud. *Creſcimb.* l. 2. c. 10. p. 82. & ex eo *Murat.* p. 1946. 1. tantiſper vero infideliter.

Cui anno congruat haec v. Indictio, qua in vivis agebat Joannes P. IX., acriter dubitatur inter Eruditos. Laudatus *Murat.* ei, a ſeptembri inchoatae, adſignat annum 901. Inſcriptio praefixa eidem Titulo in ipſo atrio ſub an. 1625. adfigit annum 902. Idem poſtremo *Creſcimb.* dubium late diſcutit, prudenterque definit p. 85. ſqq: ipſe conſulitor.

Ad extremum (quod potiſſimum noſtrum ſpectat inſtitutum) duplex hoc Marmor pravum Angelum ſeu diabolum in medium profert, ſimulque ſempiterna ſupplicia, quae propter peccatum ſuſtinet, uti nos edocet fides.

DOCUMENTA LITURGICA.

10 . . . . - *Omnipotens aeterne Deus. Per quem Majeſtatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Poteſtates, caeli caelorumque Virtutes ac beata Syrafin* (Seraphim) *ſocia exultatione concelebrant . . . .*

E Lib. III. Sacram. Rom. Ecclesiae in Praefatione Canonis (ap. laud. *Thomas.* t. 6. p. 173. col. 1.)

His conſimilia paſſim legimus in pleriſque Liturgicis Praefationibus, qua orientalibus, qua occidentalibus, & latinis & graecis. Quo palam animadvertere liceat priſcam univerſae Eccleſiae fidem, doctrinam invocationem, reverentiam erga ſanctos Angelos.

11 *Vere dignum. Teque profuſis gaudiis praedicare in die feſtivitatis hodiernae, qua in honorem beati Archangeli Michaelis ſacrata nomini tuo loca*

divi-

divinis ſunt inſtituta myſteriis &c. . . . . *Vere dignum . Teque in omni factura tua laudare mirabilem: in quo principaliter Angelica natura præcellit, quae etſi humano generi corporeo conſpectu ſubtrahitur , negatur aſpectu , fidei tamen videtur intuitu* &c. . . . *Vere dignum . Multoque magis in Archangelis , Angeliſque tuis tua præconia non tacere* &c. . . *Vere dignum . Qui . . nos . . etiam ad cœleſtium familiaritatem provehis Poteſtatum* &c.

E Sacrament. dicto Leoniano in iv. prioribus Missis de S. Michaele Arcangelo ad Praefationes (ap. laud. *Murat.* t. 1. col. 407. ſqq. ſub hoc titulo, *Pridie Kalendas Octobris = Natale Baſilicae Angeli in Salaria*, hoc eſt, Dedicatio Baſilicae S. Angeli Michaëlis in Via Romana Salaria, ad diem xxx. Septembris .)

Ex praeclaris hiſce documentis ſpeciatim ediſcimus perantiquum Romanae Eccleſiae cultum erga beatos Angelos , ac prae primis erga Archangelum Michaëlem ; cui nempe dedicavit Baſilicam , feſtum inſtituit , Liturgias concinnavit .

Hanc Baſilicam indicaſſe videtur in Notitia edita *Eccardus* ap. *Dominic. Georgium* in Martyr. Adon. ad diem 30. Septembr. p. 504. col. 2. ſub fin., inquit enim ibi *Eccard.* cit. *per eandem quoque viam* (Salariam) *venitur ad Eccleſiam S. Michaëlis ſeptimo miliario ab Urbe* . Fertur ab Scriptoribus Romae antiquae , in hac via , quae incipit a porta Collina & in Sabina deſinit , exſtitiſſe olim apud Ethnicos templum Honori ſacrum . Atque iſtud fortaſſe , chriſtianis adcedentibus moribus , ritibuſque , in Baſilicam S. Michaëlis converſum eſt ac dedicatum . Nec enim aliud heic licet , quam dubitando divinare , ubi nec ullum ſuppetit pro vero adquirendo monumentum utcumque ſolidum , nec deſunt nodi , qui rem implicatiſſimam , ac pene iuſuperabilem efficiunt .

Decidit plane *Baron.* num. xliii. ad an. 493. , cui adparitionem S. Michaëlis in monte Gargano illigat , Romae citius ob vetuſtiorem adparitionem S. Archangelum feſta die annua cultum fuiſſe : fretus nempe verſibus , quos producit , antiquiſſimi poëtae *Drepanii Flori* , cujus meminit Sidonius Apollinaris lib. 8. Epiſt. II. Ceterum apud juniores Criticos in comperto eſt , eorum carminum authorem alium eſſe Drepanium , qui Seculo IX. inclaruit , ſcripſitque ad Moduinum Auguſtodunenſem Antiſtitem .

Quod ſi Baronius ſuam confirmaſſet opinionem noſtro documento Liturgico , exarato , ut ajunt , a S. Leone P. I. , forte rem adtigiſſet , & ſpecioſo quidem argumento , ſi demus Archangeli adparitionem ; cujus tamen veſtigium mihi nullibi adparet .

Mitto

Mitto heic titulos varios, quibus feſtum S. Michaëlis apud vetuſtiora Latinorum Kalendaria & Martyrologia adnuntiatur, quos diligenter & critice, more ſuo, collegerunt *Bollandiani* t. 8. ſept. ad diem 29. p. 4. ſqq; tum Liturgias alias de S. Archangelo, quas praeferunt etiam alia perantiqua Sacramentaria, e. c. Gelaſianum, Gregorianum, Moz-arabicum; quae quidem omnia perpetuam de Dogmate traditionem mire confirmant. Id unum tamen juvat paucis inquirere. Num videlicet haec S. Michaëlis feſtivitas, qua de loquimur, ea pariter in honorem omnium Angelorum inſtituta fuerit?

Ajunt quidem *Bollandiani* mox laudati, ad pag. 5. eo nixi, qnod ex adlata Praefatione, aliiſque laudatarum Miſſarum precibus, quibus nempe invocantur generatim Angeli, illud manifeſte deducatur. Addunt, in perantiquo Kalendario Eccleſiae Romanae, quod edidit *Marten.* tom. 5. Anecdot. adſignatum S. Michaëlis feſtum ad diem 29. Sept. praeferre Evangelium ex cap. 18. Matth. quod praeter illud, *adceſſerunt diſcipuli ad Jeſum, dicentes, quis putas major eſt in regno coelorum*, haec habet, *quia Angeli eorum in coelis ſemper vident faciem Patris mei, qui in coelis eſt*; haec autem, inquiunt ipſi, oſtendunt plane, *Angeli* aut *Angelorum* inſtitutam tum fuiſſe feſtivitatem, non ſimplicis *Dedicationis* Eccleſiae S. Michaëlis, quam exhibet ibidem titulus feſti.

Sed iis tamen parum mihi proficiunt Eruditiſſimi Authores. Quoniam in ſingulis pene Liturgiis cum Orientalibus, tum Occidentalibus iterum iterumque invocantur Angeli, quin exinde peculiare feſtum ipſis ſacrum deducamus; quemadmodum neque ex invocatione ſacroſanctae Triados ac beatiſſimae Virginis, quae frequentiſſima eſt in eiſdem Liturgiis, maximeque prae ceteris in Moz-arabicis; nec item ex perpetua commemoratione, cultuque maximo, qui in ſingulis quibuſque Miſſis defertur auguſtiſſimae Euchariſtiae Sacrificio & Sacramento. Ex iis autem recte colligas cum *Thomaſſino* de feſt. l. 2. c. 22. n. 8. de Ss. Euchariſtia, de Triade, de B. Virgine, de cunctis Angelis perpetuum & commune celebrari feſtum a primis uſque temporibus, quum nondum peculiaris aliqua pro iis ſollemnitas coepta fuerit. Parum itaque urget ratio pro Bollandiano Syſtemate deducta ex nuda commemoratione Angelorum in praefatione, precibus & Evangelio Miſſae S. Michaëlis.

Adde, in Sacramentario *Gelaſiano* num LVIIII. ſub hoc titulo *Oration. in Sancti Archangeli Michahëlis* III. *Kal. Octob.* proferri Miſſae orationes ad S. Archangelum ex integro directas; ceteris quibuſque Angelis omnino praetermiſſis: quid autem ii praetermittantur, ſi ſit ipſorum par ſollemnitas?

Ex iis itaque ſuſpicari fas eſt, feſtum in honorem S. Archangeli, ſimulque omnium Angelorum apud Latinos primum inſtitutam fuiſſe a S. Gregorio, quippe qui in Sacramentario ad feſtum hujus diei orationes tradidit, quae una eademque acie univerſos coeli Angelos generatim complectuntur. Plura de S. Michaëlis Adparitionibus, templis, feſtivitatibus cum apud Graecos, tum apud Latinos, citati *Bolland.* & *Baillet.*

let. ad diem 29. Sept. necnon *Baron.* in not. ad Mart. ad ipſum diem & ad 8. Maji.

12 *Supplices te rogamus omnipotens Deus, jube haec perferri per manus Angeli tui in ſublime altare tuum in conſpectu divinae Majeſtatis tuae .....*

E LIB. III. SACRAM. ROM. ECCLESIAE IN CANONE MISSAE POST CONSECRATIONEM (ap. laud. *Thomaſ.* t. 6. p. 175.)

τὸ *Per manus Angeli* mea quidem opinione certe denotat miniſterium SS. Angelorum altari adſtantium, quo adprecamur deferri ad Deum hoc noſtrae pietatis obſequium, qno fructus uberrimos ex participatione SS. Euchariſtiae referamus. Ita plane, recteque ſentiunt in rem noſtram vulgatus *Ambroſ.* de Sacram. l. 4. c. ult. *Bona* rer. lit. l. 2. c. 13. n. 4. plurimique ap. & cum *Durant.* de ritib. conſulendo l. 2. c. 42. n. 10. ſqq. adverſus alios, minus veroſimiliter cenſentes cum *Lebrunio* in explic. cerem. Miſſae t. 1. par. 4. art. 13. pag. 507. per τὸ *Angeli tui* ſubintelligi Chriſtum Dominum, quippe qui eſt, vereque dicitur *magni conſilii Angelus* ap. *Ivon. Carn.* de reb. Eccleſ.

13 *Kyrie eleiſon.*

. . . . . .

Sancte Michaehl.	*Intercede.*
Sancte Gabriehl.	*Intercede.*
Sancte Raphaehl.	*Intercede.*
Sancti Cherubim.	*Intercedite.*
Sancti Seraphim.	*Intercedite.*
Sancti Throni.	*Intercedite.*
Sancti Dominaciones.	*Intercedite.*
Sancti Principatus.	*Intercedite.*
Sancte Poteſtates.	*Intercedite.*
Sancte Virtutes.	*Intercedite.*
Sancte Chorus Archangelorum.	*Intercede.*
Sancte Chorus Angelorum.	*Intercede.*
Sancte Chorus Celeſtium Spirituum.	*Intercede.*

&c.

E LITANIIS BENEDICTINIS SECULI IX (ap. *Frideric. Althanum* in diſſ. de Calendariis p. 301. edit. Venetae de an. 1753.)

Suum habent Litaniae locum in diſciplina Liturgica, ut ego quidem

dem arbitror, tametſi eum in ſuis de liturgicis libris aut capitibus diſſertationibus, neſcio quo conſilio, praeterierint *Allatius*, *Caveus*, *Rob. Sala*, *Zaccharias*: illae etenim a primis Seculis uſque modo utrique Eccleſiae publico atque frequenti uſui fuerunt.

Sacras itaque hujuſmodi preces, Litanias, ſeu Letanias Graecis dictas & uſurpatas jam ab aetate *Baſilii*, ipſo teſte epiſt. olim 63. nunc 207. n. 4. paullo poſt exceperunt Romani, nuncuparuntque rogationes aut ſupplicationes, ut liquet ex *Gregorio* M. l. 9. epiſt. 12. ad Joan. Syracuſan. Et tum quidem nullo alio conſtabant Litaniae Graecorum, quam verbis Κύριε ἐλέησον, iterum iterumque geminatis, quorum ni fallor, meminit *Auguſt.* epiſt. olim 168; Romanorum vero Rogationes iis totidem vicibus adjiciebant, *Chriſte eleiſon*, ex laudato *Gregor.* Haec quidem de Litaniarum formula, ſerie & conſuetudine ad ea tempora, certa videntur, ut plura incerta mittamus. Senſim praeterea increbuit uſus adjiciendi in publicis Litaniis expreſſa nomina SS. Trinitatis, B. Virginis, Angelorum, aliorumque beatorum Coelitum, qui nempe certis adnexis precibus in adjutorium infirmitatis humanae advocarentur. Id quod aperte diſcimus ex *Walfrido* de reb. eccl. c. 28., & ex aliis antiquiſſimis id genus Litaniis, quas producunt *Canis.* antiq. lect. t. 5. par. 2. p. m. 732. & 735. ſq. & 742. *Baluz.* in Miſcell. t. 2. p. m. 143. & in Adpend. ad Capitul. §. 95. col. 1486. *Mabillon* in vet. analect. t. 2. p. 669. & 682. *Murat.* t. 1. de Lit. Rom. in diſſ. praevia p. 74. ſqq. alii.

Ex iis vero, ſuſpicor, primam, vel inter antiquiſſimas adnumerandam eſſe hanc noſtram adeo conſpicuis inſtructam teſtimoniis pro Dogmate ac doctrina de ſanctis Angelis. Rurſum de Litaniis in hoc Tom. III. ubi de cultu SS. Interea conferendi *Florentin.* in Martyr. vet. rom. admonit. 8. p. 39. ſqq. & *Cang.* in gloſſar. lat. art. *Litaniae*, tum *Baillet.* de feſt. t. 4. ubi de ſupplicationib. magnae Litaniae col. 87. ſqq. *Serar.* in lib. Litanieutico, *Saillus* in theſauro Litaniar. *Althan.* de Calendar. cap. 8. *Bona* de div. Pſalmod. cap. 14. §. 4. *Baron.* in Martyr. ad 25. April. *Menard.* in Sacram. S. Greg. nota 380.

Ne ſim infinitus, cetera mitto documenta pro Dogmate, quae Liturgici Codices paſſim ingeminant.

DIPLOMATICA SEGMENTA.

14 *. . . Qui contra hanc cartulam . . . ire quandoque preſumſerit . . . in primis in ira Dei & omnis virtutis Celorum, Archangelorum, Angelorum . . . . incurrat . . . . .*

Ratpertus, Guilichiſi filius, in Donatione facta monaſterio Piſtorienſi S. Bartholomaei an. 748. (ap. *Franc. Anton. Zacchar.* in collect. anecdotorum medii aevi claſſ. x. p. 271. ex archivo ejuſdem monaſterii.)

. . . Et

15 . . . *& pertractavit de monaſteria Beatiſſimorum Salvatoris; atque beati ſancti Angeli, qui eſt* ...

Aivaldus Presbyter in altera Donatione eidem coenobio facta an. 764. (ap eundem *Zach.* ibid. p. 272. ex ipſo archivo.)

En tibi monaſterium ſub invocatione ſancti Angeli, nempe, ut arbitror, Cuſtodis.

16 . . . *ubi & oratorium beatiſſimi ſancti Angeli dedicavimus* . . .

Gaidoaldus, Deſiderii & Adelghis Italiae Regum Archiater in Donatione eidem coenobio conceſſa ſub an. 767. (*ibid.* p. 273.)

17 . . . *ipſo Monaſterio, qui per ipſo genitore meo fuit conſtructum, adque in honore Domini & ſancti beati Archangeli Michaeli dedicatum* . . . .

Fermus Clericus in adſimili Donatione ſub an. 775. (*ibid.* p. 277.)

18 VIII. *Et dimmittam omnes homines veſtræ poteſtatis ire ad venerabilem Eccleſiam beati Archangeli Michaelis recto itinere* . . .

Radelchisus Princeps Beneventi in Capitulari de an. 851. (ap. laud. *Pratill.* t. 3. p. 216. e codice biblioth. Caſinens.)

Eccleſia haec erat S. Michaëlis Archang. in monte Gargano, quam Langobardi devote dietim viſitabant, donaque illi permulta ſacrabant; votaque & peregrinationes perſolvebant, uti author eſt ibidem *Pratill.*

19 *Propitie mune & ſuperne virtutis auxilio a faucibus demonice poteſtatis eruti . . . quicumque . . . aliquid tulerint niſi benedictionis . . . . & omnis chorus Angelorum, Archangelorum . . . incurrat anathematis Judicium* . . . .

Teudicius Comes de Vico Sciorum in Charta pro Eccleſia Piſtorienſi ſub an. 944, (ap. laud. *Zachar.* p. 284. ex libro Capituli Piſtorienſis.)

Hanc e Seculis VIII. IX. & X. pietatis, cultus & honoris in Sanctos Angelos Traditionem debemus Cl. *Zachariae*, qui utinam ea monimenta ſuiſmet inſtructa vetuſtis caracteribus poſteritati tradidiſſet!

In hac vero Charta animadvertis etiam, arbitror, receptam x. Seculo traditionem de exſiſtentia & pravitate daemonum Deo rebellium.

MUSIVAE AC EBOREAE TABULAE.

20

Romae apud Baſilicam Liberianam, ut ſupra in Tom. II. Claſſ. XIII. *n.* 12. *p.* 500.

Vide Gabrielem Archangelum Mariae Virgini, Dominicae myſterium Incarnationis adnuntiantem, ex *Luc.* cap. 1. 28. ſqq.

21

Romae apud eandem Baſilicam, uti ſupra in eodem Tom. II. Claſſ. XII. *n.* 28. *p.* 384.

Hi tres illi celebratiſſimi Angeli, quos Abraham Patriarcha ſanctiſſimus antiquae Legis & vidit, & percoluit, & convivio humaniſſime excepit, ex *Geneſ.* cap. 18. 1. ſqq.

22 His adjicere liceat alias paris laboris pervetuſtas tabulas, quae variis ſub figuris Sanctos Angelos repraeſentant.

Primum videlicet Ravennae in S. Michaëlis Archangeli ſub an. 546. (ap. laud. *Ciamp.* t. 2. p. 63.)

His

Deinde etiam Ravennae apud S. Vitalem, in abſide, rurſumque in fornice, conſtructae, ut fertur, ſub an. 547. (ex *Ciamp.* p. 65. ſqq.)

Inſuper Romae in Oratorio Sancti Venantii, in abſide eo exornata muſivo ſub an. 642. (ex *Ciamp.* a p. 105.)

Demum Romae itidem apud S. Mariam in Domnica, ejuſmodi Muſivis inſignitam ab an. 815. (ex *Creſcimben.* in hiſt. S. Mariae in Coſmedin l. 3. c. 12. p. 145.)

23

Venetiis
in Muſeo coenobii Mona-
chorum Camaldulenſ. S. Michaëlis
de Muriano apud Clariſ. Gorium tom. 3.
theſauri veterum Diptychorum tab. IX. *poſt*
pag. 84.

Sacrae iſtae Intelligentiae, pennis inſtructae, nimbis redimitae, & pulcerrimis quaſi orariis ſupra clamydes exornatae, ſupremos Seraphim & Cherubim choros mihi repraeſentant, eorumque nomine oris praeconiis, manuumque adplauſibus perpetuo triſagio collaudant Chriſtum Dominum, qui in anaglypho eboreo Codicis Evangeliorum in media tabula pulvino ac throno, e quo undique fimbriatum aulaeum pendet, majeſtate plenus, in modum benedicentis inſidet; praeferens crucigero nimbo inſcriptum REX, & librum in manu ſiniſtra cum hac epigraphe, EGO SVM RESVRRECCIO ET VITA. Digniſſimus profecto Rex, quem ſummi Seraphim & Cherubim coetus ſummis praeconiorum votis concelebrent, & proclament.

Tertius item Angelus, qui reliquos fortaſſe, vel etiam univerſos ſanctorum Spirituum choros deſignat, tabellam, quae Regem regum continet, inſtar piiſſimi juxta ac robuſtiſſimi Athlantis utraque ſuſtinet manu. Duo praeterea ad latera inferiora adparent, ſuis glorioſi inſi-

gnibus, librum ſancta Cruce ſignatum manibus praeferentes, ſanctiſſimi Martyres, germani fratres, quos tituli ſupra eorum capita inſcripti nobis produnt, dextrorſum videlicet S. GERVASIVS, ſiniſtrorſum vero S. PROTASIVS. Tabellam integram primum in vulgus edidit, pluribuſque illuſtravit in opere poſthumo citatus *Gorius* ibidem pag. 69. ſqq. Eum conſule ſis.

Quod ſi in aetatem tabulae, quam Angeli noſtri exornant, inquirere lubeat, haec ſufficiat in re perobſcura conjectare. Videlicet ejuſmodi imaginum forma, ſtructura, rudiſque labor illam, adnuente etiam ipſo *Gorio*, valde vetuſtam produnt, ac ut minimum, reor ipſe, Seculum x. contingentem.

Romae in ſacro Muſeo Vaticano, in areola prima ad laevam Triptychi (ut dicunt) Arabonenſis eborei, quod ibidem magna cum diligentia & voluptate non ita pridem obſervavimus.

Illud primum e ſuo Muſeo integrum edidit, perdoctiſque obſervationibus illuſtravit Clariſſ. *Bonarrota* in ſuo Triptycho p. 257. ſqq. Italicas aut Etruſcas deinde Authoris obſervationes latine vertit *Andreas Petr. Julianellius*, Florentinus; haſque demum una cum Diptycho rurſum edidit. laud. *Gorius* t. 3. de Diptych. p. 161. ſqq. uſque ad 208.

Jam vero ii noſtri beatiſſimi Spiritus, quos vel Seraphim dixeris, vel Cherubim, per me licet, ſex alis oculatis inſtructi, biniſque rotis quaſi defixis pedibus inſiſtentes, Matrem Virginem, geſtantem in ſinu Jeſum Filium heinc inde circunſtant, atque plaudentium & admirantium

tium more manus expandunt. Eos ſine dubio pie, adcurate ac ingenioſe laboravit opifex ſecundum exemplar illorum, quos nobis arcanis confertiſſimos myſteriis deſcripſernnt in ſacro Codice *Iſaias* 6. 1. ſqq. *Ezechiel* 1. 15. ſqq. & 10. 9. *Apocalypſis* 4. 6. ſqq. de quibus utique ſacri Interpretes ad citata loca pluribus diſputant.

Obſervatu digni mihi ſunt illi oculi, quos in pennis noſtrorum Spirituum affabre ſcalpſit Artifex; nullum quippe, quod meminerim, in tota retro antiquitate perluſtrare licuit Angelum, adſimiles in pennis oculos referentem. Oculatiſſimum Scalptorem dixeris, qui penitiora ex adductis e ſacro Codice locis myſteria perſcrutatus, ea in tabulam quam adpoſite retulit.

Clariſſ. Diptychi Interpres *Bonarrota* diſerte adſeruit, duos Angelos heic Verbi conſubſtantialitatem ſignificare, tum divinam cum humana naturam hypoſtatice conjunctam fuiſſe in Chriſto Jeſu; ſed cui tamen vero ſimili fundamento haec obnitatur ominatio, plane non video.

Sacrae huic tabulae aetas ad IX. vertens Seculum vulgo refertur. Plura alias de eadem tabula. Interim conſule ſis laud. *Bonarr.* tum *Monfaucon.* in obſervat. & *Gorium* in parergo in ipſam tabulam in citato Goriano tomo, p. 185. ſqq. & 188. ſqq.

25

Mediolani apud Baſilicam Ambroſianam in pervetuſta tabula eborea graecae manus, ex laud. Gorio tab. XXXI. *ad num.* 1. *poſt pag.* 264.

Hic Gabriel Arcangelus a Deo miſſus ad Mariam Virginem, ut cum ea de magno Incarnationis myſterio ageret. Eam igitur in domo ſua in Nazareth ſedentem peramice ſalutat illis verbis TO XERETE pro XAIRETE, ac bonum ei nuntium adferens, dextra benedicere videtur, dum ſiniſtra ſceptrum gerit.

Huic adde, ut alias taceam, tabellam Hierotecii eborei Cortonenſis cum Michaele & Gabriele ap. laud. *Gor.* tab. XVIII. a p. 129. & aliam e Bibliotheca Lipſienſis Senatus cum Michaële, ſiniſtra geſtante clipeum, dextraque lanceam, qua proterit daemonem in ſpecie draconis, apud eundem *Gor.* tab. 43. p. 306.

Iis plane videris explicatam oculis noſtris popularem Traditionem de officiis ac miniſteriis Sanctorum Angelorum, ac inſimul de pravitate, maliſque in genus humanum artibus pravorum a Chriſto Redemtore devictis & diſſipatis.

RELIQUA VARII GENERIS DOCUMENTA.

26

Romae, olim in Sacrario Baſilicae S. Paulli, modo in Bibliotheca coenobii Tranſtiberini S. Calliſti Ord. Bened. ubi nos, favente praeſtantiſſimo & amiciſſimo D. Abbate Galletti, lubentiſſimo animo Monimentum hoc vidimus & contrectavimus.

Depictos ſub hac forma repereris binos hoſce ſanctos Angelos ad duo ſuperna latera pulcherrimae tabellae, referentis, praeter alia, Carolum Magnum cum praecipuis quatuor, quibus enituit, cardinalibus virtutibus, in fronte ſacrorum ac vere perinſignium Bibliorum, quae juſſu ejuſdem Caroli ejus ſcriba Ingobertus ſua manu exaravit.

Sic enim ſentiunt de praefatis tabella & volumine *Alemann.* de Lateran. parietin. p. 122. ſqq. & *Margarin.* in Inſcript. Baſil. S. Paulli p. 33. n. 473. ubi uterque ipſam tabellam, etſi diverſam tantiſper, aeri inciſam exhibet; idemque ſentit *Archiepiſcopus Roſſanenſis* in edita hac de re diſſert. ſingulari. At *Mabillon.* in itinere Italico p. m. 69. ubi eandem effigiem, haud paucis differentem a duabus aliis, dat recuſam, probandum, exponendumque ſuſcipit, Carolum ibi dipictum non eſſe Magnum, ſed Calvum. Quid tum vero? quod noſtrum inſtitutum ſpectat, ſi Carolus ille Magnus fuerit, & antiquius ſit, oportet, hoc documentum pro dogmate de Angelorum exiſtentia; ſi vero Calvus, aliquanto recentius. De ipſa tamen quaeſtione nos alias opportunius.

Re-

27

Romae in coemeterio Pontiani ſupra arcum cujuſdam cubiculi aut ſacelli ap. Cl. V. Bottarium in Roma ſubt. t. 1. *tab.* 44.

En in depicta tabula, qua exprimitur Joannes Baptiſmate tingens Chriſtum Dominum, Sanctus Angelus, habens prae manibus linteum, quaſi Jeſum unda ablutum ſuſcepturus.

Nimbo quidem, ſeu diademate redimitur caput Angeli, quin tamen propterea tabulae pictura vel latum unguem abſcedat ab inſigni vetuſtate, quae ſacrarum cryptarum monimentis vulgo, meritoque adſcribitur. Quoniam mos ille depingendi Angelos & Sanctos ejuſmodi nimbo obtinere coepit apud Chriſtianos pictores jam a primaevis Eccleſiae Seculis, ut videre eſt in vitris chriſtianis, quae fabrefacta reputantur Seculo III. & in ſacris Seculi IV. Muſivis, aliiſque eorundem temporum Imaginibus, repertis in ipſis coemeteriis ap. *Scriptores* Romae ſubterr. Plura de hoc Nimbo ubi de Sanctis Empyrei. Conſulendus interea *Bonarrota* in ſuis obſervat. tab. IX. p. 63. ſqq.

Porro unus hic ex bene paucis, quos vidiſſe memini, Sancti Angeli typus inter tot, tamque varia ſacrae Romae ſubterraneae monimenta apud eorum Collectores *Soveranum*, *Boſium*, *Aringhum*, *Boldettum*, *Marangonium*. Hunc enim vero defectum ſupplent, compenſantque copioſiſſime alius, variique generis documenta, quae illuſtrandae circa Angelos traditioni ex Roma adſpectabili prodita ſunt in hac Claſſe.

28 Et iis quidem perplura, eaque ſelecta, ſubjicere licet e celebratiſſima *Cruce Stationali Lateranenſi*, alias laudata, in Tom. II. a p. 392. Ibi ſiquidem, ut anticam praetermittam, in poſtica praeterea objicitur

pri-

primum pravus Angelus, in daemonem ſuamet improbitate converſus, ſpecie ſerpentis (eum obſidens inſtar energumeni, uti cenſent Patres & ſacri Interpretes in *Geneſ.* 3. 1. ſqq.) Evae perſuadens divini mandati tranſgreſſionem, eamque impetrans; nihil enim apud Majores noſtros antiquius, quam ſub eo emblemate denotari, Diabolum ſeu Angelum tenebrarum, in Paradiſo virus ſuum ſub larva tortuoſi ſerpentis evomuiſſe: inſuper Sanctus Angelus adſcendens per myſticam ſcalam illam, quam vidit coelitus Jacob in ſuſcepto itinere Meſopotamiae ob juſionem Iſaaci patris, ex *Geneſ.* 28. Angelus poſtremo coeleſtis luctans cum Jacob, ex *Geneſ.* 32. Conf. *Ciampin.* in comment. hujuſce Crucis, tom. 2. vet. mon. p. 44. ſqq.

29

Piſis in pervetuſtis valvis aereis Eccleſiae Metropolitanae, prout earum typum exhibet, exponitque laud Ciampin. t. 1. vet. mon. poſt p. 46. tab. XX. lit. 1.

Barbara epigraphe *temptat a dabolo*, quod legerim, *tentatur a diabolo*, declarat mihi ſubobſcuram imaginem, nempe Diabolum, alas gerentem inſtar Angeli, ſeu genii, tentantem Chriſtum Dominum; quem videlicet ex *Matth.* 4. 5. adſumpſit Diabolus, ſtatuitque ſuper pinnaculum templi. Et hoc quidem templum fortaſſe deſignat in tabella hujus areolae conſtructio illa, e cujus medio lampas pendet. Rem quidem verosimilem definire mihi videor, duce eodem *Ciampinio*.

30

Apud Ficoron. de plumbis antiquis, par. 1. tab. X. n. 7.

Incaſ-

Incaſſum, me judice, divinare tentat idem Author quid ſignificent partis averſae ſiglae. Mihi vero ſatis eſt adſpicere in pervetuſti Sigilli antica ſanctum Angelum, geſtantem manu dextra lanceam, ſiniſtraque clypeum, ſeu potius coronam, fortaſſis in memoriam aut obſequium Dominicae Paſſionis.

Huc ſpectat aliud Sigillum plumbeum, referens in antica Angelum, qui geſtat manu dextra cruciculam ap. ipſum *Ficor.* tab. IX. n. 7.

Tum Icon antiquiſſima ex aere, exhibens in facie binos Angelos, loquentes cum Chriſto Domino, aut alio Sancto, qui crucem dextra praefert, ſiniſtraque librum, ap. *Muſeum* noſtrum *Kircherianum* in cimelio monumentorum chriſtianorum.

Ergo dedimus hucuſque ex omni pene Vetuſtatis genere documenta ſacra pro dogmatica de Angelis probis, improbiſque doctrina. E re ſpeciatim Numaria, neſcio quo fato, ne vel unum quidem e tot collectionibus veterum Numiſmatum chriſtianorum repetere licet; eſto ex iis pleraque pro aliis orthodoxis dogmatis plurimum juvent. Unum porro aureum tradidit e ſuo Muſeo *Vincent. Bellinus* in diſſ. de Monetis Italiae medii aevi p. 80. n. VI. quod in poſtica exprimit Gabrielem Archangelum ad Mariam Virginem Nuntium, cum lemmate AVE GRATIA PLENA DOMINVS TECVM; ſed hoc tamen valde recens, utpote ſpectans Carolum Andegavenſem Comitem, S. Ludovici IX. Galliae Regis fratrem, Hieruſalem & Siciliae Regem, & cuſum videtur an. circ. 1270. In antiqnioribus vero, qui milleſimum annum non contingunt, nihil uſpiam tale, aut quid ſimile rem Angeiicam concernens. Licet enim ibi alatas figuras offendas paſſim, at nuſquam iſtae, quae plerumque muliebres ſunt, Angelum referunt, immo potius Genias, hoc eſt Principum Victoriam, aut Reip. gloriam, ſalutem, ſecuritatem &c. quemadmodum ex ipſis Numiſmatum Inſcriptionibus plerumque liquet. Non ſecus ac alias, imagines viriles pennigerae apud Ethnicos repraeſentare conſuerunt Mercurium, Cupidinem, Genium, Phſychem &c.

Quid vero contra, reponis, pro Angelis habemus eas omnes hominum figuras, quas in chriſtianis monimentis inſtructas alis animadvertimus? At ratio tamen diſcriminis in promtu eſt. Quoniam apud orthodoxos mos obtinuit, ut inter ſacras imagines ſancti duntaxat Angeli ſub ſpecie formoſi, alatique juvenis repraeſentari dignoſcantur. Et quidem more vetuſtiſſimo, ut abitror, a formoſiſſimis illis, alatiſque Seraphim & Cherubim, quos coelitus vidiſſe Prophetas Iſaiam & Ezechielem ipſi teſtati ſunt in ſacro Codice, *Iſai* 6. 2. & *Ezech.* 1. 6. & 10. 5.

Neque vero (ut quod ſentio ingenue proferam) quid quid in ſarcophagis, picturis, aliiſque chriſtianis Veterum monimentis adparet inſtar aligeri pueri, ſeu adoleſcentis, ſanctum Angelum dixero; ſed eum duntaxat, qui ex ſignis, officio, aut munere, quae repraeſentat, Angelicum quoddam in ſeſe exprimit, ſibique ſpectatoris reverentiam, ge-

nuino angelicae Intelligentiae typo debitam plane conciliat. Alios tamen aligeros ſive depictos, ſive ſcalptos nihil tale praeferentes, immo unius ornatus gratia adductos, quo jure ex opificis mente Angelum deſignare crediderim? Dic eos, ſi placet, Genios, ſeu ornamenta aligera, non niſi ad pulcritudinem & elegantiam operi adjecta. Quo quidem pacto & iidem fortaſſe Ethnici tanta Geniorum, aut alatorum juvenum caterva in ſuis olim anaglyphis, picturis aliiſque monimentis paſſim uſi ſunt.

Ea propter in ejuſmodi Geniorum cenſum referre non dubito unum aut alterum id genus aligerum puellum, quem exhibent chriſtiani ſarcophagi Romae ſubterraneae; quibus itidem ſubdo binos illos alatos juvenes, qui exornant perinſignem ſarcophagum marmoreum in Ambroſiana Baſilica Mediolanenſi ſub ambone ſitum, ap. *Allegranzzam* in expoſit. mon. ant. Med. tab. IV. Et quidem quidquid contra ſentiat idem Cl. *Allegranzza* ibid. diſſ. IV. p. 53., fretus authoritate *Marangonii* in comment. rerum ethnicar. &c. c. 19. atque exemplo *Maffei* in Verona illuſtrata, part. 3. c. 3. p. m. 104. edit. Veron. 1732.

Principio enim geſtant manibus illi juvenes laterculum cum duplici effigie penitus ignota; praeterea vero nihil, nullumque praeſeferunt, aut rei ſacrae ſignum, aut muneris angelica digni Intelligentia indicem: quocirca meri ornamenti cauſſa ſacras inter figuras efficti credendi ſunt.

Deinde laud. *Marangon.* c. 19. p. 65. edit. Rom. 1744. ubi de pennigeris id genus pueris, geniorum ethnicorum inſtar, chriſtianorum ſepulcra, templa, altaria exornantibus differit, in noſtram denique opinionem concedit, quin ullo ex capite faveat Allegranzzae, uti conſtat ad evidentiam cuicumque eum Authorem perlegenti.

Demum *Maffejus* in deſcriptione egregii ſarcophagi Veronenſis in S. Joannis in Valle, de binis hominibus nudis, alatiſque qui tabulam in medio Crucem deauratam continentem manibus geſtant, inquit tanquam veroſimile, ſepulcri opificem excepiſſe hujuſmodi formas imaginum e Paganorum monumentis, in quibus ipſae ſaepenumero occurrunt. Igitur ex mente Maffei, ſanctos Angelos non exſcalpſit, ſed paganos geniolos, ornatus gratia.

Alias vero Angelos ipſe dicerem eas figuras, utpote ſanctiſſimae Crucis miniſterio & famulatui addictas, niſi obſtaret earum nuditas: quippe inter vetuſtiora chriſtiana monimenta nullam memini vidiſſe imaginem ſancti Angeli, quae iſtum non praeferat decentiſſimis indutum veſtibus.

ANIMADVERSIO CONSECTANEA

PRO ULTERIORE CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS.

Quae Theologica diſciplina e ſacris literis & Patrum doctrina de Angelis probis, improbiſque vulgo tradit, & ea ſapientes Ethnici vel adum-

adumbrarunt, vel exerte docuerunt, tametſi haud paucis fabellis intermixta & deturpata.

Principio enim quos nos Angelos ex ſacris literis vocamus, illi Genios adpellarunt, ac daemonas, qua bonos, qua improbos; & quidem natura & ordine ſuis inferiores diis, hominibus vero longe ſuperiores, ex *Platone* in Timaeo, in Sympoſ. in Epinomide, in l. 4. de legib. & alias. Quod ſi eos aliqui rudiores in Deorum cenſum retulerunt, at Deos ordine minimos, infimoſque ceteri ipſos dixerunt, vel, ut loquitur Ovidius ap. *Senec.* epiſt. 110. *de plebe Deos*. Deinde Genios admiſerunt bonos, quos etiam nuncuparunt Coeleſtes & Lares, ac malos, quos dixerunt Terreſtres & Larvas *ex Pſeudo-Zoroaſtro* cap. 9. verſ. 327. ap. *Opſopoeium* ad calcem comment. de Sibyllinis Orac. Servati Gallaei, *Platone* l. 4. de legib. *Servio* in Virgil. Aeneid. l. 6. v. 743. &c. bonos quippe ad bona quaeque natos arbitrabantur, malos vero ad prava quaelibet; quocirca illos reverentiae & amoris, hos vero timoris, tremoriſque cultu proſequebantur.

Inſuper cunctis fere rebus ſuos peculiares adſcripſerunt Genios. Jovi triginta millia miniſtrorum deputarunt ap. *Heſiod.* oper. & dier. v. 250. & ſuos diis aliis pene omnibus, quorum perſonas, munera & geſta in Veterum monimentis perſaepe ſimulant; & quidem ſaepe pennigeros, ſaepius vero nulla ornatos penna. Viris, feminiſque ab ortu ſingulis duos adſerebant Genios, bonum nempe, qui hortaretur ad bona, ſimulque improbum, qui depravaret ad mala, nempe quibus adſiſtentibus poſt mortem, aut adſererentur in meliorem vitam, aut condemnarentur in deteriorem ex laud. *Servio*. Adde, Paganos Latinos virorum cuſtodes dixiſſe ſimpliciter Genios, & Junos, cuſtodes vero mulierum Junones, aut Genias ex laud. *Seneca* epiſt. 110. *Plinio* hiſt. l. 2. c. 7. *Plauto* in Mercatore, *Tibullo* l. 4. ſub fin. *Soſipatro Cariſio* l. 2. quibus juniores plerique omnes conſentiunt, ex petitis e multiplici vetuſtate teſtimoniis: rurſus non unicum iis ſingulis adtribuiſſe cuſtodem, ſed aliis duos etiam, aliiſque plures; immo eo natura excelſiores adſigebant Cuſtodes aliquibus, quo ii clariore dignitate ſeu merito praefulgerent ex *Plutarch.* de Oraculor. defect.

Quid plura? Ex Paganorum religione Genium ſuum habuerunt loca ſingula, coelorum orbes & planctae, regna, populi, urbes, luci, templa, domus, familiae, provinciae, municipia, coloniae, centuriae, collegia, exercitus, theatra, nimphaea, fontes, bella, pugnae, victoriae, theſauri, antra, viae, ſepulcra demum. Unus inſtar plurium teſtium audiatur *Prudentius* l. 2. adverſ. Symmach.

Quanquam cur Genium Romae mihi fingitis unum?
Cum portis, domibus, thermis, ſtabulis ſoleatis
Adſignare ſuos Genios, perque omnia membra
Urbis, perque locos Geniorum millia multa
Fingere, ne propria vacet angulus ullus ab umbra.

Id quod, vel ipſo obmuteſcente Prudentio, ſatis ſuperque loquuntur paſſim literati Paganorum Lapides, pluraque varii generis documenta.

Poſtremo Geniorum effigies valde multiplex. Humanam ſpeciem plerumque praeferebant inſtar pueri aut adoleſcentis, & nonnunquam barbati ſenis: ſeminudi ipſi frequentius pateram dextra, cornucopiam laeva geſtantes, caput calatho, velo, ſeu galea opertum habebant. Quin etiam ſaepe imago Genii timorem & horrorem injiciebat, utpote ſerpentis forma conſtans, aut draconis. Harumce imaginum exempla paſſim offendimus apud vetuſtas ethnicae Daemonologiae reliquias.

Quid vero cetera de profano hoc argumento proſequamur, qui potiſſimum ſacris exponendis inſiſtimus? Plura dabunt *Coel. Rhodigin.* lect. antiq. l. 1. c. 31. *Fabrett.* in Inſcript. dom. c. 2. p. 73. ſqq. *Bonarrot.* in Obſervat. ad tab. 28. fig. 2. a p. 185. *Rivautella* & *Ricolvius* in marmorib. Taurinenſ. par. 1. p. 137. ſqq. *Lipſius* de phyſiol. Stoicor. l. 1. diſſ. 18. 19. 20. *Cenſorin.* l. de die natali cap. 3. cum notis *Lindenbrogii* & variorum, *Plutarchus* & *Apulei.* de Deo Socratis, *Madriſius* in lect. de Geniis, *Gorius* Inſcr. Etruſc. t. 1. p. 185. & alias, *Banier* in explicatione hiſtorica fabularum t. 1. l. 5. c. 6. *Joan. de Vita* in antiquit. Benevent. diſſ. 2. *Jo. Bapt. Paſſerius* in diſſ. de Genio domeſtico, & in Acherontico, ſeu de ara ſepulcrali cap. 13. & 14. quae exſtant in *Muſeo Etruſco Goriano* vol. 3.

Nobis autem haec ſtrictim praelibaſſe ſufficiat, quibus nempe ſatis elucet, Daemonologiam ethnicam cum ſacra de Angelis doctrina mirum in modum congruere, ac ſatis perſpicue teſtari CONCORDIAM FIDEI ET RATIONIS. Cetera bene multa, quae in hanc rem exornavimus, ne nimium ſubcreſcat Voluminis moles, dabimus, ſi Superis placet, in peculiari Diſſertatione *de Geniis aut Angelis Ethnicorum*. Quin etiam ipſa ſemel in anteceſſum praeadſerta, eam adfundent lucem producendis olim de Geniis, ſeu de umbris verae naturae Angelicae documentis, ut ulteriori interpretamento non egeant.

RURSUM QQ. DOGMATICO-SCHOLASTICAE.

71 QUAESTIO II. Quaenam Angeli Adtributa? ADSERO. Eſt 1.° Angelus omnino ſimplex, quatenus nec habet compoſitionem ex partibus integralibus, quae ſolum reperitur in connaturali mole, & exſtenſione quanta, quibus minime conſtat Angelus; nec aliam compoſitionem ex materia ſpiritali; quum ſit omnino immaterialis, ap. *PP.* cum *Ignat.* (z) *Baſil.* (a) *Damaſc.* (b) *Hilar.* (c) *Fulg.* (d); quibus adde *CC. Nicaen.* I. (e) *Nicaen.* II. (f) *Later.* (g); haec enim in eum ſenſum a TT. vulgo exponuntur.

Eſt

(z) Ep. ad Tralleuſ.
(a) L. de Spir. S. c. 1.
(b) L. 2. de fid. c. 3.
(c) L. 8. de Trin.
(d) L. de fid. c. 3.
(e) Act. 2.
(f) Act. 4.
(g) Cap. *Firmiter*.

72 Eſt 2°. naturaliter incorruptibilis, indeficiens, neceſſarius, vel immortalis; adeo ut, ſuppoſita gratuita Dei creatione in primo temporis intervallo, quo exſiſtit, petat naturali quadam exigentia nunquam deſtrui: quocirca per ſolam extrinſecam, & abſolutam Dei potentiam deſinere poteſt (*h*). Nam ſi ſuapte natura non exigat aeternam conſervationem, ſed ideo tantum ſit immortalis, quoniam ab alia creatura nequit deſtrui, dici nequit ſimpliciter incorruptibilis, uti dicitur a *PP.*, quemadmodum non dicitur improducibilis, quod ſolus Deus poſſit illum producere.

73 Eſt 3.° ens ſpiritale proprium, cui quidem tanquam proprietates eſſentiales adſcribuntur indiviſibilitas, penetrabilitas, independentia a materia, tanquam ex ſubjecto praejacenti. Heinc ex *Pſ.* 103. 4. *qui facit Angelos ſuos ſpiritus*, & ex *Hebr.* 1. 14. *omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus*. Eſt 4.° ſubſtantia completa, quatenus ad cōponendum totum aliquod naturale minime ordinatur, uti anima rationalis, quae dicitur incompleta, quatenus non niſi in corpore per eam informando producitur (*i*).

OBJECTIONES.

74 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Angelus non eſt omnino incorporeus. Nam 1.° eſt capax generationis, nam ex Gen. 6. *videntes filii Dei* (ideſt Angeli, uti reddit editio LXX. Interpretum) *filias hominum, quod eſſent pulcrae, adceperunt ſibi uxores ex omnibus; quas elegerant* &c. 2.° ſaepe adparuit Angelus in figura humana, & Raphael ambulavit, comedit, bibit. 3.° C. Nicaen. II. (*k*) adprobare videtur ſententiam Joan. Epiſc. Theſſalon. adſerentis, Angelos ideo poſſe depingi, quia ſunt corporei. 4.° res corporeae agunt in Angelos malos; nam eos cruciat ignis inferni, & offendit fumus, ex Tob. 6.

75 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* LXX. Interpretes per τὸ *Angeli* intelligunt filios Seth, qui erant juſti, & vitam angelicam ducebant: qua itidem ratione Chriſtus D. Praecurſorem Baptiſtam vocavit *Angelum meum*. Ad 2. adparuit in corpore adſumpto. Et Raphael vere ambulavit in adſumpto corpore, non comedit & bibit; primum quippe non requirit motum ab intrinſeco, uti ſecundum. Ad 3. Conc. ſolum adprobat, Angelos poſſe depingi, non vero illam rationem; quum ipſum *Conc.* (*l*) ad mentem Athanaſii, Angelos incorporeos profiteatur. Ad 4. *N. A.* nam etiam anima ſeparata igne inferni torquetur. Illa inſuper fumigatio daemonem moraliter fugavit, precibus Tobiae adjuncta (*m*).

76 Obj. *ſecundo*. Aliqua ſaltem compoſitio ex materia ſpiritali Angelo concedenda eſt. Nam 1.° omnimoda ſimplicitas eſt adtributum ſo-

(*h*) Nobicum ſunt *D. Th.* cit. a. 5. *Suar.* c. 9. & 10. *Bec.* heic c. 1. q. 2. n. 6. contra Vaz. Leſ. Alarc.

(*i*) De adtributis ſubſtantiae, ſeu Intelligentiae ſpiritalis creatae pluribus diſſerunt juniores Philoſophi poſt *Suar.* in Metaphyſ. diſputatione 35.

(*k*) Act. 5. col. 5.

(*l*) Act. 4.

(*m*) Vid. *Martin.* cit. ſ. 2. *Rhod.* cit. ſ. 2. §. 1. *Suar.* heic l. 1. c. 6. *Gotti* de Angel. q. 2. dub. 1. §. 4.

ſolius Dei . 2.° ex Aug. (*n*) Deus initio mundi fecit informem materiam omnis creaturae ſpiritalis, & corporalis: ergo quum materia creaturae pure ſpiritalis nequeat eſse corporea , eſt ſpiritalis. ℟. *N. Adſ.* quia ex *Dion.* (*o*) *Angeli ſunt immateriales, ab omni materia ſoluti*, & ex *Nazian.* (*p*) *Angelis ſimplex natura data eſt*. Et conſonant frequenter PP. & TT. (*q*) . Ad 1. prob. *N. A.* de ſimplicitate finita & dependente, quae Angelo competit ex *Patribus* . Ad 2. Aug. loquitur de informitate , ut ita dicam , ſeu potentialitate quadam logica , quae creaturae ſpiritali , & corporeae communis effingi poteſt .

77 Obj. *tertio* contra 11. Adſ. Non eſt Angelus ſuapte natura immortalis . Nam 1.° ex 1. Timoth. 6. *ſolus Deus habet immortalitatem*. 2.° VI. Synodus gener. (*r*) ait, Angelos per gratiam , non per naturam eſse immutabiles. Et conſonant Cyril. Damaſc. aliique PP. 3°. ſolus Deus eſt ens neceſsarium , non Angelus ; quod autem non eſt neceſsarium , eſt naturaliter defectibile . 4.° quidquid ex natura ſua eſt ex nihilo , uti eſt Angelus , ex natura ſua eſt vertibile in nihilum , etiam reſpectu divinae Potentiae .

78 ℟. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. A.* independentem , abſolute neceſſariam , ſeu penitus indefectibilem , *C.*: dependentem , & defectibilem per abſolutam Dei potentiam , qua gaudent Angelus , & anima rationalis , ex mente *C. Lateran.* (*s*) , *N.* Ad 2. Synodus , & PP. loquuntur de gratia latius ſumta pro beneficio conſervationis , ſine quo non habet Angelus vi ſolius naturae , ut aeternum perennet . Ad 3. ſolus Deus eſt ens ſimpliciter neceſsarium , quatenus eſt a ſe , quin poſſit non eſse: Angelus vero , a Deo productus , ſolum eſt phyſice , & naturaliter neceſsarius , quatenus habet cauſsam intrinſecam , exigentem non deſtrui per extrinſecam : quare eſt phyſice , & naturaliter indefectibilis , ad eum modum quo ignis dicitur vulgo combuſtivus . Ad 4. *D. A.* etiam reſpectu divinae Potentiae , operantis abſolute , *C.*; naturae enim Deo omnino ſubduntur : operantis ſecundum nativas rerum exigentias , *N.* (*t*)

§. II.

De Intellectu Angelico .

79 QUAESTIO I. Num , & quo pacto intelligat Angelus objecta? ADSERO 1. Spiritalis quum ſit , & Intelligentia dicatur apud Scripturas , & PP. , Deum videns & laudans , habet vim intellectricem , ſibi identicam , uti anima rationalis , meriti capax atque demeriti . Heinc *Damaſc.* (*u*) Angelum definiit *intellectilem ſubſtantiam , ac ſui juris & libe-*

(*n*) XII. Confeſ. c. 20.
(*o*) De div. nom. c. 4. & 7.
(*p*) Ap. theſau. cathol. l. 4. art. 1.
(*q*) Ap. & cum *Gran.* heic contr. 7. tr. 1. d. 2. n. 7.
(*r*) Act. 13.
(*s*) Sub Leone X. ſeſ. 8.
(*t*) Conf. *Suar.* heic l. 1. c. 9. 10. *Martin.* d. 36. ſ. 5. *Arri.* heic d. 2. ſ. 6. *Rhod.* heic d. 1. q. 1. ſ. 2. §. 4. *Gotti* proxime cit. q. 2. dub. 3. §. 2. & 3.
(*u*) De fid. l. 2. c. 3.

liberam. II. Cognoſcit per actus re diſtinctos a ſubſtantia angelica. Eſt quippe ſolius Dei cognoſcere, uti & amare cognitione, & amore ſubſtantialibus (*x*).

80 III. Angelus ſemper actu cogitat, & quidem neceſſario (*y*). Quia potentia intellectrix eſt potentia neceſſaria intellectionum, quoties expedita ſit, & omni libera impedimento; ac ita quidem ſe habet Angelus. Nec enim hic habet alia naturalia impedimenta, quae adtentionem interrumpere poſſint, qualia in nobis reperimus. IV. Angelus non diſcurrit in iis, quae cognoſcit evidenter; tunc enim unico actu penetrat, quae cognoſcit, neque a noto ad ignotum progreditur; diſcurrit vero in iis, quae inevidenter cognoſcit ob contrariam rationem. V. Multa eſt angelicae cognitionis perfectio tum intenſiva, tum extenſiva; ſcilicet ſui ipſius, Dei, & pene omnium creaturarum naturalium; adeo ut *Maximus* adſerere non dubitaverit (*z*) *Angelorum proprium eſſe, nihil ignorare particularium rerum* (*a*).

81 QUAESTIO II. Num Angeli cognoſcant futura contingentia id eſt quae dependent a cauſſa libera; tum ſecreta cordium, id eſt actus alienos, cum intellectus, tum voluntatis? NEGO cum fere omnibus (*b*). Ratio primae partis; quia naturalis ejuſcemodi futurorum praenotio eſt certa Deitatis nota ex *Iſai.* 41. 23. *Hier.* 17. 9. & 3. *Reg.* 8. 39. *Hebr.* 4. 12. Et conſonant *PP.* cum *Chryſoſt.* (*c*) *Cyr. Alex.* (*d*) *Ambr.* (*e*) *Aug.* (*f*) *Fulgent.* (*g*) *Hieron.* (*h*) Ratio ſecundae; quia ex natura rei congruum, immo & neceſſarium eſt ad confuſionem vitandam, ut in ſocietate invicem ſubordinata, ad quam natura angelica ordinata eſt, poſſit quilibet ſuas intentiones, & conſilia pro arbitrio alterum quemcumque celare, vel ei palam facere (*i*). Adde, hanc itidem cordium cognitionem ex eiſdem fere Scripturis & Patribus pro parte prima adlegatis indubitatum eſſe ſupremae Deitatis caracterem. Id quod ulterius, clariuſque oſtendi poſſet ex 1. *Paral.* 28. 9. *Pſ.* 43. 22. *Eccli.* 42. 18. necnon ex *Clem. Al.* 5. ſtrom. *Orig.* hom. 7. in Geneſ. aliiſque plurimis, quos congeſſit *Petavius* (*k*).

OBJECTIONES.

82 Obj. *primo* contra primam partem Adſerti. Naturae angelicae competit connaturaliter notitia futurorum contingentium. Nam 1.° Angelus cognoſcit contingentia poſſibilia & praeterita: ergo & futura. 2.° cognoſcit objecta ratione ſpecierum infuſarum, a quibus determina-

(*x*) Conf. *Rhod.* ſ. 4. § 1.

(*y*) *Suar.* l. 2. c. 35. n. 5.

(*z*) L. 3. de Caritate n. 34.

(*a*) De cognitionibus Angelorum plura qui velis, adeas *Dionyſ.* de div. nom. c. 7. *Auguſt.* de Gen. ad lit. l. 2. c. 8. & l. 4. c. 22. 24. 26. 32. *Suar.* de Ang. l. 2. per tot. *Bubal.* de Ang. ad q. 54. D. Th. a p. 673. *Petav.* de Ang. l. 1. c. 6. ſqq. *Berti* l. 10. c. 9.

(*b*) Cum *Suar.* c. 21. & 25. ceteriſque junioribus cum *Berti* l. 10. c. 10. & *Moſchein* de Angel. d. 2. q. 1. contra Hervaeum, Durand, Le Grand.

(*c*) Hom. 4. in Matt.

(*d*) L. 4. in Job.

(*e*) In c. 5. Luc.

(*f*) Serm. 234. de temp.

(*g*) L. 2. ad Traſim.

(*h*) In Matt. 9. 1.

(*i*) Vid. *Rhod.* ſ. 3. § 1. & 2. *Paull. Carm.* heic d. 2. n. 107. & 111.

(*k*) Lib. 1. de Ang. c. 7.

natur; at non eſt potius, cur ei a Deo infundantur ſpecies de objectis exſiſtentibus, quam de futuris contingentibus. 3.° etiam futura neceſſaria ſunt contingentia quatenus dependent a ſolo Dei decreto; at illa cognoſcit Angelus: ergo & contingentia, quae pendent a ſolo libito creaturae. 4° daemones per ſe, vel per Magos, & energumenos praedicunt aliquando libera, quae eveniunt, ut tradunt Aug. alique (*l*). 5.° futura libera non ſuperant vim cognitricem Angeli, immo nec hominis; nam ex Aug. (*m*) anima a ſenſilibus abſtracta poteſt praevidere futura; ac ita evenire ſolet in dormientibus, & phraeneticis. 6.° Aſtrologia divinatoria, & judiciaria adtingit futura libera, quae praedicit.

83 R. *N. Adſ.* quia ex *Iſai.* 41. *adnuntiate, quae ventura ſunt in futurum, & dicemus quia Dii eſtis vos*, & ſimilia alibi. Unde *Chryſoſt.* (*n*) *certa praedictio futurorum immortalis Dei duntaxat opus eſt*. Et quidem apud omnes, prophetia, ſeu praedictio futuri liberi donum ſupernum habetur; Deus enim pro morali univerſi ordine, quem conſtituunt actus morales a creata voluntate pendentes, talis naturae condidit, & voluit Angelos, & actus liberos, ut nec illi exigerent iſtos cognoſcere, nec iſti exigerent ab illis cognoſci.

84 Ad 1. prob. Angelus cognoſcit confuſe, & abſtracte poſſibilia per ſolam cauſſae ſpeciem concreatam, & ex vi cognitionis cauſſae pertinentis ad ordinem phyſicum univerſi; & hoc pacto cognoſcit etiam futura contingentia ut poſſibilia, non vero ut futura; nam qua talia ſpectant ad moralem ordinem univerſi. Deinde cognoſcit praeterita, quae praenovit exſiſtentia, quia eorum ſpeciem expeditam retinet, quam tamen in actu ſecundo impeditam ſervat erga futura.

85 Ad 2. *N. Mi.* quia externa objecta exſiſtentia exigunt cognoſci in ſe ipſis per ſpecies, vel a ſe, vel a Deo immiſſas; non item futura contingentia. Ad 3. *D. Mi.* illa cognoſcit ut abſolute, & infallibiliter futura, *N.* ut conditionate futura, nempe ſi Deus, qui raro impedit, non impediat cauſſas naturales, *C.* Ad 4. daemones futura libera praedicunt divinando, & conjecturando, ac ſaepe ex revelatione a bono Angelo adcepta, Deo permittente ad ſuos fines. Ad 5. *N. A.* nec ullatenus anima niſi conjecturaliter, poteſt futura libera praeſcire. Immo vero quia illa tentat praedicere, ſuperſtitioſa eſt & damnata a Sixto V. (*o*)

86 Obj. *ſecundo* contra ſecundam partem Adſ. Naturae angelicae competit connaturaliter notitia cogitationum cordis. Nam 1.° cogitationes, cunctique actus liberi continentur intra objectum proportionatum intellectus angelici, habentis ſpecies, quae illos repraeſentant; alioqui eſſent ſupernaturales: ergo quod non cognoſcantur, non provenit ex in.

(*l*) Ap. *Delr.* l. 4. diſq. c. 2. q. 2.
(*m*) L. 12. de Gen. ad l. c. 13.
(*n*) Hom. 18. in Joan.
(*o*) In Conſtit. *Coeli, & terrae Creator Deus*.

Conf. *Suar.* cit. l. 2. c. 21. *Rhod.* q. 2. ſ. 3. §. 2. *Martin.* d. 39. a n. 23. ad 29. *Paull. a Concept.* heic d. 2. a n. 117. ad 121. *Grandin* t. 1. tr. de Ang. q. 57. art. 2. *Petav.* cit. c. 9. *Perrim.* diſſ. 142.

intrinſeca Angeli impotentia, ſed ex ſubſtractione divini concurſus. 2°. qui elicit actus liberos, poteſt illos cognoſcere: ergo & Angelus, qui eos non elicit. 3.° ſubſtantia, & voluntas unius Angeli poſſunt naturaliter cognoſci ab alio Angelo: ergo etiam actus liberi illius, tanquam effectus naturaliter contenti in illo principio. 4.° Angelus cognoſcit alienos actus liberos externos, habitus, & ſpecies reſidentes in alieno intellectu creato; itemque paſſiones, & actus adpetitus ſenſitivi: ergo pariter actus liberos internos. 5.° ſi quis Deum comprehenderet, etiam noſceret ejus actus liberos; atqui Angelus ſuperior comphehendit inferiorem: ergo. 6.° etſi actus liber dependeat a ſolo Cajo, e. g. cognoſcitur a Deo, quin proinde ejus libertas, & moralis poteſtas dominatrix violetur: ergo & ab Angelo. 7.° Magi ope daemonis revelant aliquando ſecreta cordium: & daemones energumenis adſiſtentes noſcunt imperia interna ſibi impoſita ab Exorciſtis.

87 R. *N Adſ.* quia ex 2. *Reg.* 8. *tu ſolus* (Deus) *noſti corda filiorum hominum*. Et ſimilia alibi. Unde vulgatus *Athan.*(*p*) *praeſcius rerum, & cordium ſolus eſt Deus, nec enim Angeli cordis abſcondita, vel futura vident.* Id quod aliquibus eſt ſimpliciter fide ſanctum (*q*). Et quidem ordo moralis univerſi poſtulat, ut voluntas ſit plene moraliter libera, cum poteſtate dominatrice morali erga ſuos actus liberos, qua tamen non gauderet, illos actus omnino coacte, & meticuloſe eliciens, ſi nequiret aliis penitus abſcondere: quare ſimiles actus exigunt ſciri naturaliter duntaxat ex directione, ſeu revelatione voluntatis, a qua eliciuntur.

88 Ad 1. prob. *D. A.* addito conſenſu elicientis actus liberos, tanquam conditione extrinſeca, & neceſſaria, ut ſpecies actu repraeſentent illos actus in Angelo, *C.* non addito conſenſu, *N. A.* & *Con.* Actus liberi, licet non ſint ſupernaturales, adſurgunt tamen ſupra entia naturalia, quatenus prodeunt a cauſſa altioris ordinis, nempe libera. Ad 2. *N. Conſ.* quia ex primo nihilo laeditur poteſtas moralis dominatrix elicientis actum liberum; immo potius ex ſecundo. Ad 3. *N. Con.* quia illa ſubſtantia, & voluntas prout eſt principium vage indifferens actus liberi celari nequeunt, quum ſint de ordine phyſico univerſi; ſecus actus liberi, utpote de ordine morali.

89 Ad 4. *D. A.* cognoſcit haec omnia materialiter ſumta, *C.* prout ſunt effectus intrinſecae libertatis, aut quoties ex illis deveniretur in certam notitiam actuum liberorum, *N.* Ad 5. *D. Mi.* comprehendit inferiorem quoad perfectiones neceſſarias, *C.* quoad liberas, ſi ei ab inferiore, ſeu Deo non revelentur, *N.* Ad 6. *N Con.* quia aeque dependet ille actus a Deo concurrente, ac a Cajo operante: non item ab Angelo. Ad 7. daemon utpote acutiſſimus, revelat per Magos ex conjecturis, non ex certa ſcientia. Daemon item cognoſcit imperium internum, quia ad ipſum dirigitur ab Exorciſta (*r*).

(*p*) Q. 27. ad Antioch.

(*q*) Cum *Suar.* cit. & *Vaz* heic d. 209. c. 1. n. 2. contra Martin. d. 39. a n. 41.

(*r*) Conſule *Suar.* c. 24. 25. *Rhod.* cit. §. 2. 3. *Vtv.* heic d. 4. q. 2. *Pau. a Conc.* cit. a n. 122. & 138. *Petav.* c. 7. *Perrim.* cit. *Berti* c. 10.

§. III.

De Voluntate Angelica.

90 QUAESTIO I. Num, & qualis ſit in Angelo Voluntas, in puro ſtatu ſuae naturae ſpectata? ADSERO. Eſt quidem uti in anima rationali. Fide conſtat, & ratione; quia ubi eſt intellectus, ibi eſt voluntas. Porro in ſacro Codice voluntaria opera Angelis tribuuntur; e. g. *Pſ.* 102. 21. & 1. *Petr.* 1. 12. *Job* 4. 18. & 2. *Petr.* 4. *Apoc.* 7. 3. Eſt item ipſi adpetitus iraſcibilis, & concupiſcibilis cum omnibus ſuis actibus e. g. amoris, odii, ſpei, audaciae &c., ſi nempe ſumatur *adpetitus* prout abſtrahit ab operandi modo materiali, & corporeo (*s*). Capax quoque habetur naturalium habituum, qui propriis actibus adquiruntur (*t*). Quia quum non ſit ſumme perfecta, eſt indifferens circa varia objecta, ad quae per habitus poteſt reddi facilior ad actus exercendos. Angelis demum fortaſſe in prima creatione infuſae ſunt virtutes morales per ſe adquiribiles, omnino perfectae; quoniam in via, quam breviſſime percurrerunt, minus apte illas propriis actibus naturalibus perfeciſſent.

91 QUAESTIO II. Quo pacto Voluntas angelica libera ſit? ADSERO 1. Eſt libera eiſdem libertatis dotibus & proprietatibus, quibus inſtructa eſt voluntas humana. Sane *PP.* agminatim liberum arbitrium Angelis adſerunt, cum *Leone* P. (*u*) *Baſil.* (*x*) *Nyſſen.* (*y*) *Aug.* (*z*) *Fulgent.* (*a*) *Gregor.* (*b*) *Proſp.* (*c*) *Rupert.* (*d*)

92 Et inde quidem colligitur ut fide ſanctum, daemones non eſſe Angelos ſuapte natura pravos. Id quod expreſſe tradunt *CC. Bracharen.* I. (*e*) *Lateran.* II. (*f*) *Carthagin.* IV. (*g*) Tum *PP.* cum *Leon.* P. (*h*) *Dionyſ.* (*i*) *Nazianz.* (*k*) *Baſil.* (*l*) *Epiph.* (*m*) *Aug.* (*n*) *Chryſ.* (*o*) *Damaſc.* (*p*) *Anſel.* (*q*) *Proſp.* (*r*)

93 II. Eſt libera quoad actus ſingulos diſtributive, non quoad omnes collective ſumtos: unde non poteſt ab omni prorſus actu unquam ceſſare (*s*). Quia non habet puram omiſſionem; atqui aliunde non deeſt Angelo advertentia ſufficiens, ut actum aliquem exerceat: ergo & ipſam aman-

(*s*) Lege *Suar.* l. 3. c. 1. *Rhod.* q. 3. ſub init.
(*t*) Adſerunt *Scotus*, *Major*, aliique ap. & cum *Suar.* l. 3. c. 12. n. 3.
(*u*) Epiſt. 93. ad Turib. c. 6.
(*x*) L. de Sp. S. c. 16.
(*y*) L. de Orat. Dom.
(*z*) XXII. Civ. c. 1. & alias.
(*a*) De fid. ad Petr. c. 3.
(*b*) Ho. 7. in Ezech. verſus fin.
(*c*) L. 1. de vita contempl. c. 3.
(*d*) De oper. Sp. S. l. ult. c. 7.
(*e*) Can. 6.
(*f*) Ex cap. *Firmiter*.
(*g*) Can. 1.
(*h*) Epiſt. ad Turib 93. c. 6.
(*i*) De div. nom. c. 4.
(*k*) Orat. 3.
(*l*) Ho. quod Deus non ſit Author peccati.
(*m*) Haer. 64. & 66.
(*n*) XIX. Civ. c. 13. & l. de nat. boni cont. Manich. c. 32. & alias.
(*o*) Ho. 3. de patient. Job.
(*p*) De fid. l. 2. c. 4.
(*q*) L. de caſu diaboli.
(*r*) Ad object. Vincent. reſponſ. 5.
(*s*) Ita cit. *Suar.* c. 3. & *Quir.* d. 66. §. 1. n. 1. contra Rhod.

amandi ceſſationem per actum poſitivum exercebit. Sicut autem intellectus Angeli ſemper, & neceſſario aliquid cogitat, ita & voluntas ſemper aliquid vult. Multa denique & in omni genere praeclariſſima eſt voluntatis Angelicae perfectio (*t*).

94 QUAESTIO III. Num Angelus ſit arbitrii inflexibilis in ſuis decretis, ita ut quod ſemel ex plena deliberatione decreverit, revocare nequeat? ADSERO 1. Non eſt phyſice inflexibilis (*u*), ſed duntaxat moraliter (*x*). Ratio primae partis; quia alias perſeverantia boni Angeli in bono adcepto tribueretur naturae; itemque daemonum obſtinatio in malo, contra PP. Nihil autem eſt, quod voluntatem poſt electionem cogat, quum una ſit voluntas immutabilis, nempe divina, quippe quae cum ſuis decretis identificatur. Ratio ſecundae, quia ſi non adcedat varietas cognitionis circa decreti objectum, non niſi ſumme difficulter ceſſabit Angelus ab amore objecti, quod tanquam ſibi melius, & gratius elegerat; ut patet etiam in noſtra electione, quam imperfectiore cognitione fecimus. Conſentit eximia Patrum cohors (*y*) e quibus unus audiatur *Damaſcenus*, ubi differens de libertate Angelorum (*z*) haec habet: *ſolum autem id, quod increatum eſt, mutari, convertique non poteſt. Porro rationale omne poteſtate liberum eſt... difficulter* (Angeli) *in malum mobiles, ſed non immobiles: nunc vero & immobiles, non natura, ſed gratia, & adhaeſione ad id quod ſolum bonum eſt.* Ergo ſiquando audias aut ipſum Damaſcenum, aut alium ex recentioribus Patribus Angelos inflexibiles adſerentem, facile putaveris, eum non niſi moralem immobilitatem in propoſito intendiſſe. Plura dabunt laudati pro Adſerto Theologi, quos conſulas. Ex iis

95 II. Daemones fuerunt phyſice capaces poenitentiae: immo ex vero ſimili argumento ad eam a ſummo Creatore invitati ſunt per ſupercoeleſtem gratiam ſufficientem (*a*). Favent *Baſil.* (*b*) *Cyril.* Hieroſ. (*c*) *Nyſſen.* (*d*) *Hieron.* (*e*) *Bernard.* (*f*) Hoc enim maxime commendatur & effertur ſummi Creatoris amor & miſericordia erga illas nobiliſſimas & primas ſuarum manuum creaturas; quippe quas omnes voluerit, dum in via eſſent, ſalvas fieri, & ad poenitentiam exſpectari, quemadmodum id ipſum voluit erga Judam ac Judaeos Deicidas, qui forte gravius in Deum deliquerant, quam plures ex Angelis apoſtatis. Plu-

(*t*) De quibus plura *AA.* proxime laudati cum *Suar.* l. 3. a c. 1. *Amic.* d. 17. per tot. & d. 18. ſ. 1.

(*u*) Ita *Greg. Arim.* in 2. ſent q. 3. diſt. 6. ar. 2. *Suar.* l. 3. c. 10. *Petav.* l. 1. c. 11. *Habert* de creat. c. 8. q. 4. *Bert* l. 10. c. 17. & pene quotquot Electici audiunt.

(*x*) Ita *Quir.* d. 66. n. 10. *Comp.* d. 80. ſ. 2. n. 5. *Viv.* cit. q. 3. n. 2. & 3.

(*y*) Eos recenſuerunt *Suar.* & *Petav.* proxime laudati.

(*z*) L. 2. de fide orthod. cap. 3.

(*a*) Adſerunt conceptis verbis *Salmeron* in 2. Petri 2. diſp. 3. p. m. 125. ſqq. *Grandin* de Angel. q. 64. art. 2. *Scotus*, aliique ap. & cum *Quiros* diſp 74. n. 10.

(*b*) In cap. 14. Iſaiae.

(*c*) Catech. 2.

(*d*) L. 1. philoſ. c. 3.

(*e*) In c. 1. Ephel.

(*f*) Serm. 17. in Cant.

ribus, praeter alia, hoc argumentum egregie perſequitur laudatus *Salmeronius* omnino conſulendus.

OBJECTIONES.

96 Obj. contra 11. Adſ. Saltem pravi Angeli in via impotentes fuerunt ad poenitentiam ſalutarem, ex defectu auxilii. Nam 1.° ita cenſent PP. Damaſc. Aug. Fulgen. Greg. Iſidor. Proſp. Nyſſen. (*g*) ipſique ſpecialiter putant datum homini locum poenitentiae, ex 2. Petr. 2. *Angelis peccantibus non pepercit Deus*. 2.° vocatio ad poenitentiam venit a Chriſto ut Redemtore; qui tamen Angelos non redemit. 3.° ſi poſſent poenitere, cur e tot myriadibus, nec unum poenituit?

97 R. *N. Adſ.* Quia non minus decuit Deum, *cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere*, Angelorum in via miſereri, quam hominum: quocirca in illo praelio, *Apoc.* 12. boni ſuadebant malis, ut reſipiſcerent, quoniam poſſe noverant. Ad 1. prob. oppoſitum docet *Cyril. Hieroſ.*(*h*) inquiens, *neſcimus, quanta ille* (Deus) *& Angelis condonaverit: indulget enim & illis*: eique conſonant *Baſil. Nyſſen. Hieron.* (*i*) Et textus adductus potius probat, quod Deus potuit parcere, & animum paratum habuerit parcendi illis, modo reſipuiſſent.

98 Ad 2. habuerunt gratiam per Chriſtum boni, ne caderent, & mali ut reſurgerent: at non dicuntur redemti, quia redemtio abſolute eſt de peccato. Una Beatiſſima Virgo dicitur redemta praeſervative, quatenus incluſa non eſt in pacto Adae. Ad 3. ratio potiſſima haec eſt; quia praeterquam quod omnes per culpam nimium excaecati ſunt, contra impotentiam moralem nemo operatur; quamobrem vulgo adſerunt TT. nullum hominem cum communi gratia cuncta venialia vitare poſſe moraliter (*k*). Ex iis igitur apertiſſime liquet, cur ex tot Apoſtatis Angelis ne vel unus quidem ſeſe ad Deum converterit, uti fert vulgatiſſima Theologorum ſententia (*l*). Quia nempe quum ſint omnes arbitrii moraliter inflexibilis, culpa ſua univerſi caruerunt auxilio moraliter neceſsario ad eam pervicaciam phyſice infringendam.

99 QUAESTIO IV. Num ex Angelis alii creati ſint ſuapte natura boni, ſeu impeccabiles, & alii contra pravi, ſeu determinati ad malum; aut ſaltem num ejuſmodi creatio ſit poſſibilis? NEGO utriuslibet creationis poſſibilitatem; & quidem ſive de Angelo ſermo ſit, ſive de qualibet alia ſubſtantia (*m*). Nam ex ſaniore Philoſophia, omnis creatura intelligens ſuapte natura libera eſt: ergo ferri poteſt ac debet libere vel in bonum, vel in malum; atque adeo nequit neceſsario & ſuapte natura eſſe perpetuo determinata vel ad bonum, vel ad malum, nec in ordine ſupernaturali, ut probabilius videtur, nec in naturali. Huc tandem recidunt cetera, quae pro Adſerto excogitare poſſis argumenta (*n*).

OBJE.

(*g*) Ap. *Suar.* l. 8. c. 1. a n. 9.
(*h*) Catech. 2. iiluminatorum.
(*i*) Ubi nuper eos laudavimus.
(*k*) Conferendi *Salmeron*, *Suar. Quiros* proxime citati.
(*l*) Ap. & cum laud. *Suar.* l. 8. c. 1. n. 5.
(*m*) Nobiſcum ſunt *Suar.* l. 7. c. 3. *Quir.* d. 69. n. 7. *Rhod.* cit. q. 2. ſect. 1. *Viva* d. 5. n. 2.
(*n*) Recole *D. Th.* heic q. 63. a. 4. ceteroſque *AA.* proxime laudatos.

OBJECTIONES.

100 Obj. *primo*. Poſſibilis eſt Angelus, aut alia quaelibet ſubſtantia intelligens ſuapte natura bona, ſeu impeccabilis. Nam 1.° Angelus eſt ſuapte natura immortalis, uti & anima rationalis: poſſibilis eſt homo proxime impraedeſtinabilis per merita: Chriſti humanitas eſt libera, & tamen incapax inconſiderationis, peccati, & proprii praecepti, ex vi unionis hypoſtaticae; itemque beatus in caelo ex vi beatae viſionis: ergo poſſibilis eſt Angelus, qui eſſet ejuſmodi ex natura ſua, ſic Deo ſtatuente. 2.° datur ſenſus limitatus ad aliquod ſenſibile, e. g. oculus ad coloratum, quin poſſit ſonorum adtingere: & eſt poſſibilis intellectus limitatus ad judicia, impotens diſcurſum elicere: ergo & voluntas libera limitata ad unum bonum, nempe honeſtum, quin poſſit turpe amare, limitatio enim creaturae conſona eſt. Heinc 3.° potuit Deus producere adpetitum ſenſitivum, determinatum tantum ad bonum delectabile, naturae ſenſitivae conſentaneum: ergo & adpetitum rationalem determinatum tantum ad bonum honeſtum, naturae rationali adprime conſonum. 4.° non repugnat lapis impeccabilis ex eo, quod non ſubjiciatur Dei dominio in ordine ad libere peccandum: ergo nec Angelus, aut alia ſubſtantia intelligens.

101 R. *D. Adſ.* poſſibilis eſt de potentia Dei abſoluta, *C*; quia poteſt abſolute Deus condere naturam ſub diverſa ſpecie libertatis, potentiam ſcilicet, non ita univerſalem, ſed determinatam duntaxat ad amandum bonum honeſtum: de potentia ordinaria adtemperata rerum exigentiis, prout eas naturae Author ordinavit, *N.* quia voluntas libera, prout eam de facto novimus, eſt potentia univerſalis, habens pro objecto omne bonum, uti intellectus habet omne verum. Idque ut ſummum voluiſſe intelligendi ſunt Patres (o) ubi creaturis cunctis liberis naturalem peccabilitatem adſcribunt. Heinc generatim probationes, etiam permiſſis, aut conceſſis in bono ſenſu antecedentibus, nihil conficiunt contra Angelum poſſibilem de potentia abſoluta; ſecus contra poſſibilem de potentia ordinaria; hic enim, & non ille ſupponitur praeditus potentia univerſali ad omne bonum; adeoque exigens natura ſua poſſe deficere a prima regula honeſtatis. Nec vero aliter eludi poſſe videtur vis paritatum.

102 Ad 1. prob. *N. Con.* ſub ſenſu expoſito. Nam Angelus exigit non deſtrui, & homo eſt phyſice potens diſſentire omnibus auxiliis; at Angelus idem ſpecie cum actualibus exigit libertatem illimitatam, & indifferentem ad omne bonum: item Chriſti humanitas, & Beatus illis gaudent privilegiis ob formas ſupernaturales; unde non eſt, cur illis gaudere exigat natura Angeli ratione ſui, ne pariter exigere dicatur videre Deum intuitive. Ad 2. & 3. *N. Con.* ſub eodem ſenſu. Ad 4. *N.* pariter *Con.* quia lapis, quum ſit peccati incapax, perfecte Deo ſubjicitur, etſi nequeat ipſi peccatum permitti; non ita Angelus, quem Deus nequi-

(o) *Hieron. Ambr. Greg. Damaſc. Fulgen. Anſelm.* ap. *Amic.* diſp. 20. n. 7.

quiret ſuo fine privare per obdurationem (*p*).

103 Obj. *ſecundo*. Poſſibilis eſt Angelus ſuapte natura determinatus ad malum. Nam 1.° voluntas divina eſt perfecte libera, & habet objectum univerſaliſſimum, etſi determinata ſit ad nunquam operandum niſi bene; ergo voluntas creata poteſt eſſe libera, quamvis determinata ſit ad ſemper male operandum; poterit enim hoc, aut illud malum operari. 2.° daemon ob ſtatum damnationis determinatus eſt ad turpe, uti Angelus ob ſtatum beatitudinis ad honeſtum: ergo & determinari poteſt ad turpe ex natura ſua.

104 R. *D. Adſ.* ſimiliter: de potentia abſoluta Dei, *C.* de ordinaria, *N.* Conſtat a paritate impeccabilitatis. Neque vero ejuſmodi Angelus eſſet determinatus ad peccandum formaliter, nam ubi eſt nativa neceſſitas inevitabilis, deeſt formale peccatum; neque amaret turpe ut turpe, ſed ut adpreheuſum ſub ratione boni delectabilis, uti evenit nunc daemoni. Heinc ad 1. prob. *N. Con.* de potentia ordinaria, ob diverſam indolem libertatis divinae, & creatae, ex iis, quas hucuſque novimus, ſcilicet, ad bonum, & malum indifferentes. Ad 2. *N. Con.* ſimiliter; nec enim eſt, cur poſſit ab intrinſeco, & natura rei provenire, quod tantum a cauſſa extrinſeca, operante Deo ut Authore ſuperno, ortum ducit.

COROLLARIUM.

105 Ex iis radicitus plane ſubvertuntur commenta illa, quae olim nonnulli male feriati homines in hanc rem confinxerunt: e. c. *Porphyrius*, qui poſuit (*q*) daemones quoſdam ſuapte natura pravos & fallaces; alii, qui (*r*) aperte vulgarunt, diabolum non arbitrio, ſed natura ſua pravum eſſe; alii demum, qui adſeruiſſe videntur (*s*) daemones ab Angelis genitos ex feminis, fuiſſe omnes ex vi ſuae originis immundos ſpiritus. Has quidem angelicas naturas neutiquam exſtitiſſe alias probarunt Patres ubi de origine mali adverſus Manichaeos & Priſcillianiſtas; nos vero ulterius addimus, nec eas ſub hac rerum providentia exſiſtere potuiſſe (*t*).

§. IV.

De Numero, Ordine, Diſtinctione inter Angelos.

106 QUAESTIO I. Quantus ſit Angelorum Numerus? ADSERO. Superat omnem humanae mentis captum, & numerationem (*u*). Congruentiae plures adferuntur ab *AA.* At ratio primaria hujus numeri eſt omnipotens Dei Voluntas, de qua nobis conſtat per Scripturas, e. g. per *Dan.* 7. *Job.* 25. *Apoc.* 5. Fixus eorum numerus non niſi divinando ſta-

(*p*) Conf. *Suar.* lib. 7. c. 3. *Rhod.* cit. d. 2. q. 2. ſ. 1. §. 2. *Arria.* t. 1. diſp. 5. a n. 20. *Amic.* d. 20 ſ. 1. *Quir.* d. 69. *Viv.* d. 4. q. 2.

(*q*) Ap. *Aug.* 10. civ. c. 11.

(*r*) Eodem teſte *Aug.* de Gen. ad lit. l. 12. c. 20.

(*s*) Ap. *Lactant.* inſt. l. 2. c. 14.

(*t*) Lege cit. *Suar.* l. 7. c. 2.

(*u*) Ita vulgo PP. & TT. ap. *Suar.* c. 11. n. 3. ubi *Greg. Nyſſ.* ait, *eorum copias numero quodam eſſe infinitas*, ideſt quoad nos.

ſtatui poteſt. Unum mihi veroſimile, quod ſit major eorum numerus, quam omnium hominum futurorum, uti & quod ex Angelis numerus electorum ſit multo major, quam reproborum. Et primum quidem; quia cuilibet homini ſuus deputatus eſt Angelus cuſtos ex infima hierarchia: ſecundum vero, quia de dracone Lucifero dicitur *Apoc.* 12. 4. quod ſolum cauda trahebat tertiam partem ſtellarum, id eſt Angelorum reproborum. Totus hic numerus eodem uno momento creatus eſt, quemadmodum vulgo ſupponitur potius quam probetur (*x*).

107 QUAESTIO II. Qualis eſt tantae Spirituum Reipublicae Ordo? ADSERO. Diſtribuitur in tres Hierarchias, id eſt ſacras claſſes, vel principatus, & novem choros, quorum ternos ſingulae Hierarchiae complectuntur. Ergo prima Hierarchia eſt contemplatrix, continens Seraphim, Cherubim, Thronos. Secunda eſt Gubernatrix, continens Dominationes, Virtutes, Poteſtates. Tertia eſt Exſequutrix ordinum Providentiae, continens Principatus, qui praeſident Regnis, Archangelos, qui Principibus, Angelos, qui privatis perſonis (*y*). Ratio hujus diſtributionis eſt, quia ubi pulcritudo, ibi & ordo; ubi autem ordo, ibi & ſubordinatio, aliique priores, & alii poſteriores.

108 Quod vero diſtributio haec non ſit arbitrarie conficta, ſed ſolido gaudeat fundamento, plane liquet. Primum enim in Scriptura habentur Angeli, Archangeli, Principatus, *Rom.* 8. Throni, Dominationes, Principatus, Poteſtates, *Coloſ.* 1. Virtutes, 1. *Cor.* 15. Cherubim, *Gen.* 3. *Hebr.* 9. Seraphim, *Iſai.* 6. Deinde in hanc diſtributionem conſpirant *PP.*, tum graeci, tum latini, cum *Dionyſ.* (*z*), & *Greg.* (*a*). Iidemque Hierarchiarum diſtinctionem, & ordinem ex variis Angelorum muneribus, ſuae naturae, ac gratiae reſpondentibus deſumunt. Unde idem eſt communis Eccleſiae ſenſus (*b*).

109 QUAESTIO III. Num Angeli vel omnes, vel aliqui invicem ſpecie aut ſolo numero differant? ADSERO 1. Plures Angeli differunt ſpecie infima, quatenus differunt in aliqua differentia ultima, e. g. taliter intelligentis, volentis &c. (*c*). Quia ex *PP.* (*d*) Angeli inaeqnalibus gratiae donis praediti ſunt a Deo pro inaequalitate naturae: unde arguunt, Luciferum praeſtantiſſimis donis ornatum fuiſſe: ergo. Ac inſuper ad Empyrei pulcritudinem ea videri poteſt valde conveniens, opportuna & neceſſaria ſpecierum diverſitas, a paritate inferioris univerſi.

110 II. Vel in omnibus, vel in pluribus Angelorum ſpeciebus atomis,

(*x*) Lege *Petav.* l. 1. c. 14. & 16. *Grandin* de Angel. q. 50. art. 5. *Perrimez.* diſſ. 136.

(*y*) Ex *Scripturis*, & *PP.* ut fuſe *Suar.* c. 13.

(*z*) L. de coeleſti hierar.

(*a*) Hom. 34. in Evang.

(*b*) Lege *Suar.* l. 1. c. 13. *Rhod.* d. 1. q. 1. ſ. 3. §. 3.

(*c*) *D. Th. Scot.* &c. ap. & cum *Suar.* c. 12. n. 5.

(*d*) Ap. *Viv.* q. 4. n. 3.

mis, plures ſolo numero differunt (*e*). Quia ad univerſi pulcritudinem ſpectat non ſolum ordo per ſe, ſed etiam ordo per adcidens. Et aliunde non repugnat multiplicitas numerica Angelorum, uti nec animorum rationalium; quum diſtinctio numerica non petatur a materia, ſed ab intrinſeca rei entitate, quae quidem a propria limitatione habet ſuum praedicatum individuale, ratione cujus non excurrit ad aliud. Immo creatura numerice immultiplicabilis univerſim repugnat; quia Omnipotentiam coarctat; illa enim poſita, non poteſt Deus a creatura conſimili participari.

OBJECTIONES.

111 Obj. *primo* contra 1. Adſ. PP. aliqui docent, Angelos omnes eſſe unius ſpeciei. Nam Baſil. (*f*) comparat illam unitatem cum unitate divinarum Perſonarum; Nyſſen. eandem comparat cum unitate animorum: vulgatus Athan. (*g*) fert, daemonem differre ab Angelo non eſſentia, ſed voluntate: Anſel. (*h*) habet, omnes Angelos eſſe ejuſdem naturae. R. PP. loquuntur de unitate generica ſub conceptu *Angelus*, aut *Spiritus*, non de ſpecifica ſub aliis conceptibus.

112 Obj. *ſecundo* contra 11. Adſ. Repugnat duos Angelos ſolo numero differre intra eandem ſpeciem atomam. Nam 1.° ita adſerit D. Th. (*i*). 2.° ideo tres Perſonae divinae non differunt ſolo numero, quia nullum dicunt ordinem ad materiam, quae eſt radix unica individualitatis; ſed nec Angeli illum dicunt ordinem ad materiam: ergo. 3.° Deus ob ſuam perfectiſſimam actualitatem non eſt multiplicabilis numero: ergo nec Angelus, qui ad eam maxime adcedit.

113 R. *N. Adſ.* Ad. 1. prob. oppoſitum ſtatuunt *Scot. Bonav. Dur. Alen. Gabr. Capreol. Ferrar.* alii (*k*). Ad 2. *N. Ma.* ſed quia unaquaeque Perſona gaudet praedicato eſſentiali notabiliter diverſo ab alia. Ad 3. *N. Con.* quae ſi legitime fluat, nec ſpecie multiplicari poſſent Angeli, quemadmodum nec Deus.

§. V.

De loco Angelico.

114 QUAESTIO I. Quid ſit Praeſentia Angeli in loco? ADSERO. Eſt Angeli ad locum correſpondentia definitiva, non circunſcripti a. Quia Angelus correſpondet indiviſibiliter ſpatio reali, eſtque totus in toto, & totus in quavis ſpatii parte. Nam hoc ipſo eſt, ac concipitur Angelus a tali loco indiſtans poſitive: ergo & illi praeſens. Eodem modo

(*e*) *Scot. Albert. Suar.* c. 15. n. 15. *Petav.* l. 1. c. 14. *Perrim.* diſſ. 136. *Grandin* q. 50. art. 6. contra Thomiſticam Scholam, cui favet Granadus noſter.

(*f*) L. 3. contra Eunom.

(*g*) In quaeſt. contra Antiochum q. 3.

(*h*) L. 2. *cur Deus homo.* c. 21.

(*i*) Heic q. 50. a. 4. & alibi.

(*k*) Ap & cum *Suar.* cit. c. 15. a n. 3. *Mol.* heic q. 50. a. 4. nec non alii ex junioribus mox indicati.

modo in noſtra ſententia explicatur praeſentia, vel (ut ajunt) ubicatio definitiva animae rationalis ſeparatae.

OBJECTIONES.

115 Obj. Angelus non eſt in loco univoce cum corporibus, ſed tantum aequivoce, & abuſive: adeoque non eſt proprie loco praeſens. Nam 1.° ex D. Th. (*l*) *eſſe in loco aequivoce dicitur de corpore, & Angelo*: & conſentiunt D. Aug. Boët. Nazian. (*m*). 2.° eſſe abſolute, & ſimpliciter in loco, importat eſſe in illo tanquam menſuratum, contentum, & circunſcriptum ab illo: idque Angelo nequit proprie convenire. 3.° res eo modo eſt in loco, quo modo illum contingit; atqui Angelus ſolum poteſt habere contactum metaphoricum erga locum corporeum.

116 R. *N. Adſ.* Nam abſolute dicunt Scripturae & PP. Angelos eſſe in coelo, daemones ejectos e corporibus obſeſſorum &c. Ad 1. prob. etiam ex *D. Th.* (*n*) *eſſe enim in aliquo definitive, vel circunſcriptive, eſt pars ejus, quia eſt eſſe in loco*: at plane non eſſet pars, niſi eſſet proprie in loco. Reliqui PP. cum Damaſc. (*o*) non denegant proprium locum intelligentiis, ſed locum duntaxat ipſas circunſcribentem. Ad 2. *N. A.* ſed ſolum importat eſſe aliquem loco intime praeſentem, ac indiſtantem; quod univoce convenit Spiritui, ac corpori, uti ratio ſubſtantiae: unde ex *D. Th.* (*p*) *propriiſſime Deo in loco eſſe convenit, & ubique*. Ad 3. *D. Ma*: res corporalis, *C.* ſpiritalis, *N.* Niſi velis, intimam rei ſpiritalis praeſentiam, & indiſtantiam a loco, eſſe ſpiritalem, ſeu virtualem contactum, ideſt aequivalentem contactui corporali. Ratio ergo praeſentiae in loco aeque proprie convenit definitivae, ac circunſcriptivae (*q*).

117 Reliquae de loco angelico Quaeſtiones, quas huc Scholaſtici ventilare conſueverunt, potius mea opinione curioſae ſunt ac metaphyſicae, quam theologicae; nec ipſae quidem, quod videam, uti pleraeque aliae, concernentes alia capita, ad rem Theologicam quidquam conferunt: quocirca ipſas, uti & alias adſimiles, haud inviti praetermittimus.

§. VI.

De motu Angelico.

118 QUAESTIO I. Num Angelus motu proprio ab uno in alium locum gaudeat? ADFIRMO. Quia in Angelo eſt intrinſeca potentia motrix, per quam ſaepe movetur. Conſtat ex Scripturis, ubi ſaepe dicuntur Angeli a loco ad locum tranſire; & ex ipſa ratione vitae manife-

(*l*) Heic q. 52. a. 1. & alibi.
(*m*) Ap. Pau. a Conc. heic tr. 7. d. 1. n. 77.
(*n*) P. 3. q. 76. a. 5. ſub init.
(*o*) Ap. *Mol.* in 1. p. q. 52. a. 1. mem. 2.
(*p*) In 1. diſt. 37. q. 2. a. 1.
(*q*) Conf. *Mol.* cit. *Suar.* heic l. 4. c. 1. a num. 2. *Bannez* in 1. p. q. 52. a. 1. dub. 2. concl. 3.

nifeſtum eſt. Ac conſonant *PP.* cum *Tertul.* (*r*) *Juſti.* (*s*) *Orig.* (*t*) *Caſſian.* (*u*) *Aug.* (*x*) *Hier.* (*y*).

119 QUAESTIO II. Num, & quo pacto alia a ſe diſtincta movere poſſit? ADSERO 1. Poteſt movere corpora naturalia, & alium Spiritum, qui ſibi non reſiſtat, per eandem potentiam, qua ille ſe ipſum movet (*z*). Quoad corpora conſtat ex multis Scripturae locis. Quoad alium Spiritum patet ex eo, quod quid magis proportionatum videatur unus Spiritus reſpectu alterius, quam corpus reſpectu Angeli. Nec enim eſt, cur virtus ad efficiendum hunc motum excedat virtutem activam Angeli (*a*).

120 II. Movet illa Angelus (*b*), producendo in eis impetum, vel motum, qualem nos projectis imprimimus: motum ſcilicet illi, cui manet immediatus; ac impetum illi, cui non manet proximus (*c*). At mea tamen opinione, quae impetum abnuit (*d*) illa movet vi quadam loco moti a, ſibi a Deo conceſſa, non obſtante penetrabilitate propria; etenim juxta plures (*e*) poteſt Angelus virtute naturali reddi actu impenetrabilis.

OBJECTIONES.

121 Obj. *primo*. Ex Concilio Ancyr. (*f*) quod Sagae, & Magi equitent in aëre, ut vulgo dicitur, daemone illos vehente, fit duntaxat in eorum imaginatione: ergo idem dicendum de ceteris Angelorum motibus erga corpora. *Secundo*. Nequit Angelus immutare corpora motu alterationis, producendo in eis materiales qualitates aut modificationes: ergo neque motu locali, qui eſt aliqua alteratio. *Tertio*. Heinc Angeli poſſent ad nutum ſuae voluntatis univerſum ſubvertere, homines occidere &c. quod videtur abſurdum.

122 R. Ad *primum*. Concilium ſolum adſerit tanquam fide certum, falli ſagas ſaepiſſime, quum ſolum imaginarie vehantur a daemone ſaepiſſime: ſemper vero, quatenus deluſae crederent, quum equitarent in aëre, comitem habuiſſe Dianam, quam ut Deam colebant. At ex Scriptura conſtat, Angelum traduxiſſe Philippum Diaconum in Azotum, & animam Lazari in ſinum Abrahae, religaſſe quoque daemonem in eremo ſuperioris Aegypti &c. Ad *ſecundum*. *C. A.* quia non eſt ratio evincens, Angelum poſſe illas qualitates educere ex aliquo ſubjecto praejacenti, uti nec formas, quas vocant ſubſtantiales, ad quas illae diſponunt: adeoque poſſet efficere in materia totam diſpoſitionem, requiſitam ad animae introi-

(*r*) L. 5. contra Marcion. & l. de patient.
(*s*) Apol. 2.
(*t*) L. 5. contra Celſum.
(*u*) Collat. 7.
(*x*) Lib. 3. de Trin. c. 9.
(*y*) In c. 2. Habac.
(*z*) Lege *Suar.* cit. c. 27. & 23.
(*a*) Quidquid contra ſentiat Vaz. ap. *Suarezium* citat.
(*b*) In communi Sententia.
(*c*) *Rhod.* proxime cit. ſ. 2.
(*d*) In diſſertationibus phyſicis ubi olim egimus de motu locali.
(*e*) Ap. & cum *Vincent. Toſca* in curſu philoſ. ubi de Angelis.
(*f*) Relato in cap. *Epiſcopi*. 26. q. 5.

troductionem, ac reunionem cum corpore, quod nemo dixerit. Et *N. Con.* quia motus localis eſt minima alteratio, remque ſolum mutat valde ab extrinſeco: unde par eſt ut concedatur Angelo quod homini datum eſt. Ad *tertium. D. A.* ad nutum ſuae voluntatis abſolutae, *C.* ſubordinatae Deo, qui Angelos operari vult, aut permittit, aut imperio coërcente prohibet, *N.*

§. VII.

De Virtute Angelica ad alias operationes externas.

123 QUAESTIO I. Num, & quo pacto Angeli adſumant corpora? ADSERO I. Angeli tum boni, tum mali adſumunt certe corpora, in quibus vere adparent, ac ſeſe repraeſentant. Ita omnes Doctores catholici. Ex Scriptura convincitur, ubi in utroque Teſtamento frequentiſſimae Angelorum in aſſumtis corporibus adparitiones referuntur (*g*). Haec autem adſumtio definitur, *intima Angeli praeſentia ad aliquod corpus in ſui repraeſentationem*, id eſt in ordine ad ſeſe manifeſtandum, vel repraeſentandum in eo corpore, ob finem aliquem a Deo intentum, vel permiſſum. Porro ſimilem id genus adſumtionem in Anima Chriſti Domini relate ad Cor, & Animam eximie Sanctiſſimam Euchariſtiam communicantis, admittimus conſtanter, cum Eminentiſſimo *Cienfuegos* (*h*) ac pro dignitate propugnabimus inferius (*i*).

124 II. Corpora, quae adſumunt Angeli, ſaepe ſunt elementaria: cum eis ipſi non uniuntur ſubſtantialiter: nec ea informant, ſed eis pure adſiſtunt (*k*). Ratio primae partis, quia non ſunt vera corpora organizata, ſed iis ſimilia; deeſt enim Angelo virtus ad illa fabricanda. Ratio ſecundae & tertiae: quia alioqui poſſet Angelus exercere operationes vitales in corpore adſumto, quod falſum eſt ex prima ratione; etenim operatio vitalis eſſentia ſua oritur a principio intrinſeco, vel a potentia ſentiente, quae plane deeſt in corpore non organizato (*l*).

OBJECTIONES.

125 Obj. Expoſita de angelica ejuſmodi adſumtione doctrina in pluribus deficit. Nam 1.° Angelus ſic adſumens, ſeu ad ſeſe ſumens corpus, uniretur cum illo tanquam motor cum mobili; at haec unio non ſufficit: alioqui diceretur adſumere coelos, & cetera corpora, quae movet. 2.° In lege veteri Deus adparebat hominibus in corporibus adſumtis, non per ſe immediate, ſed per Angelos Perſonam Dei ſubſtinentes; tunc vero adſumta corpora non repraeſentabant Angelos adſumentes. 3.° Ex Damaſc. (*m*) mali Angeli *transformantur in quam volunt figuram, ſecundum imaginationem, ſeu ſecundum phantaſiam*; adeoque

(*g*) De hoc argumento *S. Th.* p. 1. q. 51. ar. 2. ibique Interpretes, ac prae ceteris fuſiſſime *Bubalus* a p. 342. quibus adde *Suar.* cit. c. 33. *Delr.* diſq. mag. l. 2. q. 35. ſ. 2. *Thyrae.* alioſque.

(*h*) In vita abſcondita diſput. 8.

(*i*) In Par. IV. ubi de auguſtiſſimo Euchariſtiae Myſterio.

(*k*) Legito *Rhod.* heic q. 4. ſ. 3.

(*l*) Conſule *Suar.* cit. c. 38. *Pau. Carm.* tr. 7. d. 1. a n. 24. *Bubal.* heic in 1. p. q. 51. art. 2. 3.

(*m*) L. 2. de fide c. 4. ſecundum quandam verſionem.

ſub corporibus phantaſticis: ergo pariter Angeli boni. 4.° Chriſtus ex Luc. 24. per τὸ *palpate*, *& videte*, *quia ſpiritus carnem*, *& oſſa non habet*, *ut me videtis habere*, probavit evidenter, ſuum corpus eſſe vere ac vitaliter organizatum; ſed corpus ab Angelis adſumtum, utpote carne, & oſſibus conſtans, palpabile eſt: ergo & organicum. 5.° Saepe corpus adſumtum non habet proportionem ad repraeſentandum Angelum, e. c. ſerpens adſumtus a daemone, columba Jordanis, ab Spiritu probo &c.: ergo fallit adſumtio.

126 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. Ma.* tanquam motor utcumque cum mobili, *N.* tanquam motor repraeſentatus a mobili, quod unice adſumitur, ut per ſigna viſibilia cognoſcat homo ſenſibilis inviſibilem Spiritum, *C.* At unice movere corpus, non includit rationem hujus repraeſentationis. Ad 2. *D. Ma.* ſaepe, *C.* ſemper *N.* nam ſaepe Deus adſumſit immediate corpora, Angelorum miniſterio confecta, in quibus adparuit, ut notum eſt ex multis textibus. Ac id ipſum nonnulli exſiſtimant etiam de columba Jordanis. Dum vero Angeli Dei nomine, & perſona adparebant, ſeſe ut ita adparentes repraeſentabant. Ad 3. adparitiones internae, ac imaginariae, quae ſaepe fiunt ab Angelo cum probo, tum improbo, ſolo corpore imaginario indigent, non ita externae, ac reales, quas ſaepe fieri patet ex Scriptura, & hiſtoriis fide dignis (*n*).

127 Ad 4. *D. Ma.* quatenus Apoſtoli diligenter advertebant, ſe vere palpare, *C.* ſecus, *N.* Et *D. Mi.* eſt adparenter palpabile, *C.*, quia eſt adparenter caro, ex aëre ſpiſſo, aut alia materia artificioſe confecta: vere, *N.* quia non eſt caro ſolida, & vera: id autem poſſet quis medio tactu per ratiocinium diſcernere, ſi diligenter adverteret. Neque tamen vera palpatio corpus organicum probat, ſi alia ſigna non adcedant, ut patet in defuncto corpore, quod Angelus adſumeret.

128 Ad 5. *N. A.* nam ſerpens repraeſentabat diaboli aſtutiam, columba Spiritus ſancti amorem, & manſuetudinem. Nec fallit adſumtio, etſi importet quandam unionem ſimilitudinariam corporis cum anima, verique corporis imaginem, adeo ut Angelus in corpore adſumto ita alicujus formae operationes exerceat, ut videatur eſſe unum ſuppoſitum operans; placuit enim Deo, ut per haec ſigna ſenſibilia nobis ſpiritus innoteſcant (*o*).

129 QUAESTIO II. Quid aliud poſſit, vel non poſſit Angelus efficere? ADSERO I. Praeter motum, aut impetum nihil omnino extra ſe immediate poteſt operari, vel ſubſtantiale, vel adcidentale (*p*). Quia nec ratio, nec authoritas, nec experientia ullam aliam in Angelis cogit admittere operationem, quae non ſit a potentia motrice, adplicanda-

(*n*) Ap. *Delr.* & *Thyraeum*.

(*o*) Cetera de hoc argumento quaerenti dabunt *D. Th.* heic q. 51. a. 2. 3. *Suar.* heic l. 4. a c. 33. ad 38. *Bubal.* in D. Th. cit. *Arriaga* d. 19. a ſ. 3. ad 6. *Rhod.* cit. q. 4. ſ. 3.

(*p*) Vulgatiſſima haec eſt Theologorum opinio ap. *Rhod.* cit. ſect. 4.

e ante (ut ajunt) activa paſſivis, vel quae nequeat ad eam commode referri. Nec enim ordo Univerſi aliam poſtulat in Spiritibus operationem, quam locomotricem; hac enim ſat cuncta Angelica miniſteria explicantur, quae Univerſo neceſſaria, vel utilia ſunt. Heinc

130 II. Mediante motu, aut impetu multa poſſunt ſupra humanam potentiam, & cogitationem admiranda, ubicumque nihil ſit, quod nequeat fieri per motum. Quia mirabilis omnino eſt eorum ars, & induſtria ſupra hominum conditionem. Poſſunt etenim producere pluvias, terraemotus &c., longam inediam reddere innoxiam, immo inſenſibilem; ſenſibus tum internis, tum externis multifariam illudere; opera vitae vegetantis imitari (*q*).

131 III. Nequeunt virtute propria vera miracula perpetrare (*r*). Nam miraculum, ut heic ſupponimus, eſt, quod fit praeter aut ſupra naturam, & virtutem propriam cauſarum omnium naturalium; vel quod fit alio modo, quam res ex natura ſua natae ſunt fieri; at hujuſmodi cauſſa propria eſt ſolus Deus. Inſuper nihil poſſunt immediate agere in animam rationalem, quum motus, & impetus nihil poſſint ſpiritale efficere (*s*). Tandem nequit malus Angelus corpus humanum in belluinum transformare, quum nequeat anima rationalis naturaliter informare corpus, humana carens organizatione: quare chimaericas dixeris ſagarum tranſmutationes, ac non niſi in earum, vel aliorum decepta phantaſia conſiſtentes (*t*).

CAPUT SECUNDUM.

De Angelo quoad ordinem Gratiae.

132 Comprehendit titulus totam Viam Angelorum, quae in tri intervalla, ſeu momenta theologica dividi conſuevit a Theologis. *Primum* eſt momentum Gratiae, qua creati ſunt omnes Angeli, ex mox ſupponendis: en primum & unicum momentum creationis angelicae. *Secundum* eſt momentum perſeverantiae bonorum, pravorumque peccati: en vel unicum, vel forte multa momenta phyſica, aut multos dies. *Tertium* eſt momentum Beatitudinis pro bonis in praemium, & poenae pro malis in ſupplicium: en primum momentum, quo bonis data eſt Beatitudo, & malis poena; ac inſuper alia momenta, vel tempora, quibus tum bonis, tum malis ſua miniſteria demandata ſunt. Ergo primum momentum fuit Viae initium, ſecundum progreſſus, tertium terminus: en tibi tres ſtatus diverſi qui Viam angelicam complectuntur.

§. I.

(*q*) De iis fuſe *Bubalus* de Angel. *Suar.* l. 2. de Superſt. c. 16. *Thyraeus* de locis infeſt. *Delr.* cit.

(*r*) Ita fert communiſſima Scholaſticorum ap. & cum *Suar.* omnino conſulendo in l. 4. de Ang. c. 39. ac *Berti* l. 10. c. 20.

(*s*) Nobiſcum eſt *Rhod.* cit.

(*t*) Lege, ſi vacat, *Auguſt.* l. 83. qq. quaeſt. 79. & l. 3. de Trin. c. 7. & 18. civ. c. 17. 18. tum *Iſidor.* de origin. l. 8. c. 9. & *Reban. Maurum* l. de praeſtig. magor.

§. I.

De momento primo theologico.

133 QUAESTIO I. Posito, quod omnes Angeli creati sint gratia sanctificante insigniti, ut tenent vulgo PP. ex *Ezech.* 28. 10. cum *Chrys.* (*u*) *Aug.* (*x*) *Ambr. Greg. Bern.* (*y*) aliis (*z*) num, inquam, hoc posito, ad eam praeceſserint in Angelis pro priori naturae merita congrua, ſicut in homine adulto? ADFIRMO (*a*). Quia Gratia, quum ſit aliunde indebita naturae rationali, nunquam dari ſolet a Deo plane gratis, ſi poſſit per meritum obtineri; at Angeli in primo momento potuerunt illam ex meritis obtinere. Et quidem valde honorificentius eſt, & perfectius eſſe cauſſam gratiae, eamque adſequi ut praemium operum, quam omnino gratis eam adcipere.

134 Dixi *merita congrua*; quia non potuerunt eſſe condigna; haec enim praeſupponere debent gratiam in perſona, quae operatur; at primus actus, quo Angelus meruit gratiam, non potuit praeſupponere gratiam, cujus eſt cauſſa; alioqui principium, vel radix meriti poſſet cadere ſub meritum remunerandum, quod ferme apud pleroſque omnes paradoxum abſurdum eſt (*b*). At minime dubitaveris, gratiam auxiliantem praeceſſiſſe natura, & neceſſario ipſa merita congrua, uti praecedit in homine, ex *Aug.* (*c*), favetque *C. Araus.* II. (*d*) (*e*).

OBJECTIONES.

135 Obj. *primo*. Angeli non ſunt creati in gratia. Nam 1.° Angeli mali non ſunt creati cum caritate infuſa, ex Joanne P. quemadmodum fertur (*f*) & Greg. (*g*), adeoque nec in gratia: ergo nec Angeli ſancti. 2.° magis congruum videtur, quod fuerint prius in pura natura creati, deinde gratiam tanquam gloriam obtinuerint; alioqui videretur gratia eſſe connaturalis, ac naturae debita.

136 R. *N. Adſ.* Ita enim divinum Conditorem decuit agere erga primum, & nobilius opus ad extra. Unde Aug. (*h*) *ſimul in eis condens naturam, & largiens gratiam*: eique conſonant *Greg. Iſid. Proſp. Anſ. Baſil. Damaſc.* (*i*). Ad 1. prob. Joan. intendit, daemones nequiviſſe moraliter habere caritatem poſt lapſum. Greg. ibi ſolum negat Lucifero aurum caritatis perſeverantis. Ad 2. *N. A.*, nam multo melius eſt recipienti perpetua ordinari gratia. Quin & noverat quidem Angelus per fidem ſuae gratiae ſupernaturalitatem (*k*).

Obj.

(*u*) Hom. 53. in Joan.
(*x*) Lib. 12. civ. c. 9.
(*y*) In Iſai. 14. 12.
(*z*) Conf. *Suar.* l. 5. c 3. & 4. *Mol.* ad q. 62. a. 3. *Berti* l. 10. c. 7. *Grandin* q. 62. ar. 2. *Perrim.* diſſ. 138. adſerto 2.
(*a*) Cum *Suar.* c. 8. *Rhod.* d. 2. q. 1. ſ. 1. § 1. *Quir.* d. 72. n. 4. contra Sot. & Amic. R. &c.
(*b*) Lege *Suar.* c. 2. & *Rhod.* cit.
(*c*) L. de nat. & grat. c. 26. & l. de correp. & grat. c. 11.
(*d*) Can. 19.
(*e*) Vide ſis *Suar.* c. 5. & *Rhod.* ſ. 2.
(*f*) In cap. *Viſſ.* 16. q. 2.
(*g*) L. 32. Moral. c. 18.
(*h*) L. 12. civ. c. 9.
(*i*) Ap. *Suar.* l. 5. c. 4. a n. 5.
(*k*) Conſulantur *Suar.* cit. a n. 9. *Mol.* 1. p. q. 62. a 3. *Amic.* d. 18. a n. 52.

137 Obj. *ſecundo* . Angeli non habuerunt ex meritis gratiam . Nam 1.° perfectius , & connaturalius eſt operari ſupernaturaliter ex habitu , quam ſine habitu : melius eſt rem eſſe in actu ſecundo , quam in ſolo primo : perfectior eſt operatio procedens ex gratia , quam cauſſans gratiam : ergo actus primi Angelorum non fuerunt diſpoſitiones ad habitus infuſos , ſed fructus eorum . 2.° Deus hoc modo creavit res alias perfectas , & cum fructibus , quos ſibi concreatos habere poſſunt : ergo etiam Angelos . 3.° gratia tum data eſt Angelis ſecundum menſuram naturalis uniuſcujuſque perfectionis : ergo non ex meritis .

138 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. A.* quoad tres partes : ceteris paribus , *C.* ſi cetera non ſint paria , ut in caſu , *N.* , quia ſimpliciter melius eſt cuique eſſe cauſſam ſuae gratiae , eamque per proprium conſenſum adſequi . Ad 2. *N. Con.* quia cetera nequeunt per proprias diſpoſitiones morales ad altiorem perfectionem evehi . Ad 3. *C. A.* , quia ex *Damaſc.* (*l*) Angeli *pro ſua quiſque dignitate , & claſſe , luminis , gratiaeque participes ſunt* ; eique conſonant *Baſil. Dionyſ. Mag. D. Th.* (*m*) . Id enim videtur divinae conſentaneum ſapientiae , omnia in menſura , & pondere diſponenti . Et *N. Con.* quia etiam Angelis natura perfectioribus robuſtiora praebuit auxilia Deus , quibus gratiam copioſiorem obtinerent (*n*) .

139 QUAESTIO II. Per quos actus liberos Angeli gratiam meruerint? Supponitur, eos habuiſſe infuſos habitus virtutum omnium theologicarum , quorum actus ſunt ipſis poſſibiles . ADSERO . Per actus Spei , Caritatis , Religionis , & aliarum virtutum moralium , quarum erant capaces (*o*) . Quia Angelis fuit impoſitum praeceptum pro primo momento operandi ſecundum totum conceptum naturae , praeventae auxilio proportionato , juxta menſuram talis naturae (*p*) . Tum per actus fidei propriae de Deo , qua Author eſt gratiae & gloriae , Remunerator , Trinus , Homo (*q*) . Patet ex generali regula de Juſtificatione , quam adſequi nullus viator adultus poteſt abſque fide de iis Myſteriis .

OBJECTIONES.

140 Obj. Angeli per fidem illam non meruerunt gratiam . Nam 1.° Angelus incapax eſt fidei , ſeu cognitionis obſcurae , & infallibilis ; quia enim vel videt evidenter quis ſibi loquatur , aut revelet , & non eſt cognitio obſcura ; vel non videt , & non eſt infallibilis . 2.° tunc Angeli non noverunt explicite Trinitatis , & Incarnationis Myſteria ; quia nec illa ſic noverunt plures in lege veteri , & ſalvi facti ſunt : & illi praeſertim Incarnationem non ſcierunt ; tum quia ex Epheſ. 3. illa per praedicationem Evangelicam hominibus , & Angelis ſimul innotuit , unde *Chryſoſt.* (*r*) *ergo & Angeli nobiſcum viderunt Filium Dei* ,

quem

(*l*) L. 2. de fide c. 3.
(*m*) Ap. & cum *Suar.* l. 5. c. 10. n. 3.
(*n*) Legito *Suar.* l. 5. c. 8. 10. *Rhod.* d. 2. q. 1. ſ. 1. §. 7. *Martin.* d. 43. ſ. 6.
(*o*) Conſentit laud. *Rhod.* ſ. 3.
(*p*) Ex *Quir.* d. 72. n. 12.
(*q*) Ita probabiliter *Suar.* cap. 5. 6. 7. & *Rhod.* cit.
(*r*) Hom. 11.

quem antea non videbant; & consonant Cyril. Euthy. Nyssen. alii (*s*); tum quia inde pravi Angeli suum peccatum futurum praenoviſſent.

141 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. Adſ.* Porro revelatio Myſteriorum non eſt facta per illuminationem, aut loqnutionem unius Angeli ad alium, quum omnes simul & creati sint, & crediderint; sed facta eſt proxime a Deo per loqnutionem obſcuram, vel quatenus loquutio non adparuit Angelis evidens, sed solum moraliter certa, aut quatenus loquutionis sensus non fuit illis perſpicue notus, adeoque adſenſus illi praeſtitus obſcurus fuit, etſi per actum reflexnm potuerint evidenter noviſſe revelationis exſiſtentiam.

142 Ad 2. *N. Adſ.* creaturae ſiquidem perfectiores, puta Angeli, ad nobiliorem de his Myſteriis fidem perfectioribus cognitionibus inſtruendae erant; eſto eorum explicita fides in veteri Teſtamento non fuerit homini ad ſalutem ſimplicitet neceſſaria. Noverunt itaque Incarnationem quoad ſubſtantiam unionis hypoſtaticae, in ordine ad inſtitutionem Auguſtiſſimae Euchariſtiae (ex proxime adſerendis), non quoad omnes circunſtantias loci, temporis &c. abſque ulla tamen connexione cum futuro daemonum peccato (*t*).

§. II.

De momento ſecundo theologico.

143 QUAESTIO I. Qualis fuit in hoc ſecundo momento Angelorum Via? ADSERO. Omnes peraeque fuerunt Viatores, ſeu boni merendo a primo momento phyſico hujuſmodi ſtatus, ſeu mali demerendo per peccatum; tumque ſancti perſeverando in merito, pravique in demerito uſque ad tertium momentum, quo Via omnibus abſoluta eſt. Et quidem ſancti perpetuam operam navarunt virtutibus ſummis Caritatis, Fidei, Spei, Humilitatis, Obedientiae &c. ac pravi contra vitioſis actibus oppoſitis: & en tibi horum cum illis pugnam, expreſſam verbis illis Michaëlis, *quis ut Deus*. Omnibus quidem ad perſeverandum in gratia ſub momentum primum adcepta, collatum eſt auxilium, ex Chriſti meritis; ſanctis nempe efficax, pravis autem ſufficiens. Nec illis deinceps ad meritum, nec iſtis ad demeritum facultas.

144 Hanc porro doctrinam, nobis adſertam (*u*) dudum primores Eccleſiae Patres tradiderant: puta *Baſil.* (*x*) *Didym.* (*y*) *Cyril.* Hier. (*z*) *Ambr.* (*a*) *Aug.* (*b*) *Iſidor.* (*c*) *Fulgent.* (*d*) *Damaſc.* (*e*) *Anſel.* (*f*) *Beda* (*g*) *Bern.*

(*s*) Ap. *Suar.* cit. c. 6.
(*t*) Conf. *Suar.* cit. c. 5. 6. 7. *Rhod.* cit. q. 1. ſ. 3. *Quir.* d. 73. ſ. 2. a n. 4.
(*u*) Cum *Suar.* l. 5. c. 11. & 12. *Rhod.* q. 2. ſ. 3. *Mol.* ad q. 63. a. 9.
(*x*) L. de Sp. S. c. 16. & alias.
(*y*) L. 1. de Sp. S.
(*z*) Catecheſ. 16. Illum. verſ. fin.
(*a*) In Pſ. 118. octonario 8.
(*b*) L. 12. civ. c. 9. & de corrept. & gratc. 11. & 12. ac ſaepius.
(*c*) L. 2. ſent. ſeu de ſum. bono c. 10.
(*d*) De fid. ad Petr. c. 3. & l. 2. ad Traſim. c. 2. & 3.
(*e*) De fid. l. 2. c. 3.
(*f*) L. de caſu diab. ſub. init.
(*g*) In Pſ. 32.

Bern. (*h*) *Greg.* M. (*i*) Ecquis itaque in doctrinam tanta ſubfultam authoritate, ullam jure litem intentaverit? (*k*)

145 QUAESTIO II. Quanto tempore phyſico duraverit hoc momentum theologicum? ADSERO. Nimis incertum eſt. Veroſimiliter, ſaltem habuit aliquas morulas, ut denotat praelium inter ſanctos & impios initum, ex *Apoc.* 12. tum Lucifer prius tempore peccaſſe videtur, quam reliqui, quos ipſe videlicet iteratis ſuaſionibus ad ſimilem defectionem commoverit (*l*), ac forte alii prius tempore, quam alii peccaverunt (*m*). Hoc probabilius apud omnes (*n*) quod Angelorum via finita eſt, priuſquam Eva ſub arbore tentata fuerit a daemone: hic enim jam tum paenas dederat peccati ſui; at enim omnibus eodem phyſico ſimul momento finita eſt via: ergo (*o*).

146 QUAESTIO III. Quodnam primum Spirituum praevaricatorum peccatum, quod illos a gratia & gloria deturbavit? Praemitto in gratiam CONCORDIAE FIDEI ET RATIONIS, lapſum illum qualemcumque. Paganis quodammodo cognitum, aut ſaltem adumbratum fuiſſe. Eum quippe ſub rudioribus quibuſdam lineamentis depinxiſſe feruntur *Empedocles* (*p*) *Plotin.* (*q*) *Philoſophi Veteres* complurimi (*r*) *Poëtae*, qui finxerunt Titanum & Gigantum, in coelo natorum, praelia adverſus Jovem, coeleſtiſque imperii ambitum, clades denique ac ſupplicia. Ad extremum *Perſae hodierni* (*s*).

147 ADSERO jam. Primum eorum peccatum fuit effraenis ſuperbia, qua Deum-hominem adorare, & ut cibum Euchariſticum ſpiritaliter edere abnuerunt: invidentes nempe ſibi ejuſmodi Myſteriorum majeſtatem & gloriam, ac ſubinde temere violantes praeceptum eiſdem a Deo injunctum de illa adoratione, ac de illo eſu. Singula quidem Adſerti membra valde probabilia merito exiſtimavit *Suarez* (*t*) ſi excipias Euchariſticum, quem omnino praeterit. Sed ipſum tamen conceptiſſimis verbis exprimit perdoctus Abbas Tuitienſis *Rupertus* (*u*) Audiatur aurea & adpoſita tanti Doctoris oratio.

148 „ Numquid Angeli illo pane cibantur in coelo, quem po„ pulus ille colligens ſimilem coriandro frangebat mola, ſive tere„ bat mortariolo? Ergo panis coeli, panis Angelorum iſte eſt, qui in „ evangelio ſuo dicit, ego ſum panis vivus, qui de coelo deſcendi, ſi „ quis

(*h*) Ser. 22. in Cant.
(*i*) L. 32. Moral. c. 28.
(*k*) Recolantur nihilominus *Suar. Mol. Rhod.* proxime indicati.
(*l*) Adfirmant probabiliter *Bonav.* aliique ap. *Suar.* l. 7. c. 18. n. 18.
(*m*) Ap *Suar.* ibid.
(*n*) Ut Author eſt ibidem *Suar.*
(*o*) Recole *Mol.* ad q. 63. a. 6. & *Suar.* l. 8. c. 3.
(*p*) Ap. *Plutarch.* de vitando aere alieno.
(*q*) Ennead. 3. l. 3. c. 6.
(*r*) Ap. Chalcid. p. 229.
(*s*) Ap. laud. *Huet.* l. 2. c. 4. §. 2.
(*t*) De Angel. l. 7. c. 13. numeris praeſertim 22. & 28.
(*u*) In comment. in Exod. l. 3. c. 10. ubi agit de Manna, ſeu de pane illo myſtico, quem de coelo pluebat Dominus filiis Iſraël in deſerto, ad verba illa Davidis Pſal. 77. *& pluit illis manna ad manducandum.*

„ quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum; hic enim vi-
„ ctus est & vita angelicae substantiae, nam in eum desiderant Angeli
„ prospicere: quod quia facere contemsit Angelus, cecidit & factus est
„ diabolus, qui & hujus panis sempiternam patiens inediam, semper
„ est pallidus, & mors illum sequitur. Digna ergo Prophetae excla-
„ matio, digna admiratio! „ Quid autem in rem nostram clarius & praeclarius?

149 Et ipsum quidem mihi permultis titulis admodum verosimile habetur. Nam 1.° Ss. Eucharistia est maxima Dei-hominis gloria, quamobrem finis primarius divinae Incarnationis ipsa nobis probatur (*x*) Deus itaque praemaxime cupere credendus est creaturarum erga Eucharistiam obsequia: atqui primum omnium ac praecipuum obsequium obtinere potuit in eo momento ab Angelis, praecepto ejusmodi adorationis, esusque obstrictis: ergo aequum fuit, ac rei naturae consonum eos ita obstrinxisse. 2.° Angeli per vera suscipiendi fructus Eucharisticos desideria, propriam communionem spiritalem Eucharistiae operanrur (*y*) at daemones perpetua ejus inedia laborant: ergo quia eam jussi recusarunt.

150 3.° Ss. Eucharistia nuncupatur passim *cibus Angelorum*; horumque erga Eucharistiam & sacros Euchartstiae typos frequentissima ministeria referuntur in sacris literis & ecclesiasticis tabulis: quasi obsequium Eucharisticum cum ipsis Angelis natum sit; quibus propterea haec jure ministeria tribuenda sint. 4.° daemonum effaerata rabies praeceteris divinis Mysteriis fertur potissimum in Ss. Eucharistiam; nec enim pluribus & atrocioribus criminibus, haeresibusque, ad id homines pelliciendo, Mysterium aliud impetiverunt: crediderim ergo, eos, quod suam ruinam ob neglectam Eucharistiam substinere cogantur, in eam tanquam rabidos canes tamdiu virus evomere.

151 Deus itaque in prima mundi molitione praefatum injunxit Angelis praeceptum, quod deinceps in sexta mundi aetate Deus-homo imposuit hominibus sub illis verbis ex *Joan. 6. nisi manducaveritis carnem filii hominis & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis*: videlicet hominibus ut sacramentaliter, Angelis vero ut spiritaliter cibum & potum Eucharisticum ederent ac potarent. Id autem, quoniam pravi Angeli, suis tumidi naturae donis, abnuerunt, in barathrum demersi sunt; non secus ac homines, qui superbia, seu alio vitio abrepti negligant, demerguntur. En tibi nefandas injurias ab exordio mundi sanctissimae Eucharistiae inflictas; sed quis tamen enumeret auguftas deinceps Eucharistiae in hostes suos victorias?

152 Ex quibus tandem absolute ac simpliciter adserere fas est, primum antonomastice peccatum praevaricatorum Angelorum esse formaliter

(*x*) Inferius Par. IV. Tr. III. Lib. II.

(*y*) Hanc thesim adserit & luculentissime illustrat Noster Cl. Theologus *Petrus de Moncada* in aureo comment. de praxi communionis spiritalis, tr. 1. l. 3. c. 3. p. m. 139. sqq. ipsoque duce nos ipsam adserimus & confirmamus in Par. IV. ubi de Ss. Eucharistia.

liter neglectum Ss. Euchariſtiae, ſeu Dei-hominis, non utcumque, ſed prout ipſis propoſitus eſt glorioſiſſimus juxta, ac hominum, Angelorumque amantiſſimus ſub Euchariſtia olim inſtituenda.

OBJECTIONES.

153 Obj. *primo*. Praeceptum de ſpiritali eſu Euchariſtico commentitium eſt. Nam 1.° eſt nove inventum, quum nec Scriptura, nec PP. aut. TT. in tanta opinionum varietate circa peccatum angelicum, illud innuant, vel ne quidem adductus *Ruper.* qui ibi ſub phraſi, & figura panis, & eſus Chriſtum ſolitarie intelligit, & diaboli odium, & inobedientiam erga ipſum: at novae opiniones in Theologia vitandae ſunt. 2.° fuit ſuperfluum ad probandum Angelorum obedientiam, alioqui impones etiam ipſis praeceptum adorandi Chriſtum crucifixum, praedicantem, reſurgentem &c. 3.° Sacramenta pro homine penitus inſtituta ſunt, & pro Eccleſia militante; nec aliud Sacramentum Angelo prodeſt: ergo nec Euchariſtia. 4.° eſus Euchariſticus non eſt praeceptus cunctis hominibus, etiam baptiſmatis gratia ornatis, ſed ſolum adultis ratione utentibus: ergo & multo minus Angelis in ſecundo creationis momento. 5.° heinc Angelis pari ratione revelata eſſent cuncta Euchariſtiae adtributa, quae adorarent in teſtimonium obedientiae, e. c. ſacrificii, coronae redemtionis, Sacramentorum finis, & conſummationis &c. quae gratis dixeris.

154 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. tanta opinionum varietas in quaeſtionibus facti novitatem rationibus fultam excuſaret. Sed non eſt nova opinio, quam *Ruper.* clare adſeruit: verba enim PP., uti & Scripturae, intelligenda ſunt in ſenſu obvio, dummodo non repugnent contextui, fidei, aut invictae rationi. Ad 2. fuit conveniens ad extollendam Ss. Euchariſtiam, quae prae reliquis Chriſti actis, vocatnr ab *Ignatio* Mart. antonomaſtice *gloria Dei* (z).

155 Ad 3. Una Euchariſtia inſtituta eſt tanquam Viaticum omnibus viatoribus, quos cibet, protegat, & finali donet perſeverantia: haec circ homines certa ſunt apud plures: pariter ergo circa Angelos viatores, adeo ut bonorum beatitudo fuerit fructus eſus Euchariſtici, & ſupplicium malorum paena eorundem lethalis abſtinentiae. Etiam Euchariſtia inſtituta eſt pro Eccleſia triumphante, in qua utique aeternum perdurabit (*a*). Ad 4. cunctis omnino praeceptus eſt vel re, vel voto (*b*) pariter ergo cunctis Angelis viatoribus. Ad 5. illa revelata ſunt Angelis, quae ad glorioſiorem tanti Myſterii adorationem, ac eorundem ſubjectionem neceſſario noſci debuerant, nec plura.

156 Obj. *ſecundo*. Poſito quod primum, aut praecipuum Angelorum peccatum fuerit ex adfectu ſuperbiae, ut ex Scripturis fert communis

(z) Epiſt. ad Epheſ. §. 13. ex antiqua verſione, quam amplectitur, promovetque *Theoph. Raynaud.* t. 6. in Onomaſtico Euchariſtico, art. *Gloria Dei*, & alias luculentius in eodem tomo. Fuſius agimus de hoc epitheto infra Par. IV. ubi de prooemialibus Euchar.

(*a*) Haec latius exponimus in Part. IV. ubi de Ss. Euchar.

(*b*) Id quod ibidem pariter pluribus illuſtrabimus.

munis PP. & TT. sensus (c), nequit ejus superbiae objectum esse Christi Eucharistici despectus, & invidentia. Nam 1.° superbia est nimius adpetitus excellentiae ultra debitam mensuram : ergo Angeli peccarunt adpetendo sibi indebitam excellentiam : quod est extra formalem inobedientiae conceptum. Heinc 2.° saltem primum ipsi peccarunt ex superbia, ac deinde ex inobedientia : ergo superbia fuit primum eorum crimen, minime inobedientia, seu propositi transgressio praecepti.

157 R. *N. Adsf.* etiam admisso quod supponit. Ad 1. prob. *D. Conf.* adpetendo indebitam excellentiam ; simulque transgrediendo praeceptum, ratione illius adpetitus, *C.* secus, *N.* Trangressio induit formam, & nomen superbiae, quoniam ob formale motivum superbiae commissa est ; atque adeo est ac dicitur superbissima transgressio : haec igitur qua talis nefandam illum adpetitum formaliter imbibit. Dixeris autem ex ejusmodi adpetitu ac transgressione immane quoddam coaluisse peccatum superbissimae inobedientiae, quod pravas Intelligentias detrudit ad inferos.

158 Ad 2. *D. A.* primum natura, *C.* primum tempore *N.* & *D.* similiter *Conf.* Nihilo tamen secius transgressionem dicimus antonomastice lapsum Angelorum, eorumque peccatum primum, saltem gravitate, quoniam gravissimam effecit ac demonstravit illorum superbiam ; quippe quam, absente transgressione, fortasse illis Deus immisso efficaci ad poenitentiam auxilio condonasset. Ad eum plane modum, quo (d) ligni comestionem in Adamo dicimus antonomastice Adami lapsum, primumque peccatum, scilicet gravitate, quantumvis superbia illam natura, vel etiam tempore praecesserit.

§. III.

De momento tertio theologico.

159 QUAESTIO I. Quisnam fuerit finis Viae Angelicae in hoc momento? ADSERO. Initium beatitudinis pro bonis, ac poenae aeternae pro malis. Communissime (e) contra paucos opinantes, quod hoc initium non fuit, nisi post Christi adventum vel Resurrectionem, aut quod non erit nisi post diem Judicii. Ratio ; quia alioqui etiamnum essent Angeli Viatores ; idemque posset adseri de hominibus in gratia, vel peccato decedentibus, contra Scripturas, & communem Ecclesiae sensum. Deus itaque, qui simul omnes creavit Angelos, aequalem omnibus Viae durationem praefixit (f), singulisque simul praemium, aut poenam pro meritis retribuit.

OBJECTIONES.

160 Obj. *primo*. Ex 1. Petr. 1. *in quem desiderant Angeli prospicere* : ergo non prospiciunt. 2.° Ex Nazian. (g) dies Resurrectionis saluti fuit mundo

(c) Ap & cum Gran. heic tr. 13. d. 2. s. 1. & *Petav.* heic l. 3. c. 2. n. 11. sqq.
(d) *Infra* Tr. II. Lib. III. Cap. I. §. II.
(e) Cum *Suar.* l. 6. c. 2. & l. 8. c. 2.
(f) Recole laud. *Suar* l. 6. c. 2. & 3.
(g) Orat. 42.

do visibili, & invisibili, ideſt Angelis, uti exponit Nicetas (*h*). *Tertio*, gloriam adepti ſunt per Chriſtum: ergo ante Chriſti Reſurrectionem, aut Adcenſionem non ſunt perfruiti gloria, uti homines; ne prius membra bearentur, quam Caput.

161 R. Ad *primum*: etiam ex *Matt.* 18. *Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei, qui in caeli eſt*. Τὸ *deſiderant* intelligendum eſt uti illud, *qui edunt me, adhuc eſurient*. Ad *ſecundum*. τὸ *invisibili* refertur ad animas Patrum, ſeu ad gloriam adcidentalem Angelorum. Ad *tertium*: in caelo creatos, nec a Chriſto redemtos, decuit prius beari, quam Chriſtum (*i*).

162 QUAESTIO II. Quid peculiare circa bonorum Beatitudinem? ADSERO 1. Rempublicam glorioſam conſtituunt, ſuntque aliis ſuperiores alii, ſummo omnium Principe Gabriele, vel, ut quibuſdam placet, Michaële. Et ipſi quidem variis donantur nominibus, eorum beatitati & officio adcommodatis, ab Scripturis & Patribus, quae Schola recepit. Alii quippe *Adſiſtentes* ſalutantur, & alii *Miniſtrantes*; ii *Illuminantes*, illi vero *Illuminati* (*k*).

163 II. Angelis demandata eſt a Deo univerſa mundi, & ejus hominum cuſtodia. Et vere ſingulis omnino hominibus ſuus ſaltem a nativitate ac per totam vitam deputatus eſt Angelus Vigil & Cuſtos, qui clientem mire adjuvat, illuminando, a periculis animae & corporis averteudo, pro eo orando, in hora mortis auxiliando. Ita vulgo, nec temere quidem, ſentiunt Catholici. Conſtat autem haud obſcure ex *Scripturis*, e. g. *Gen.* 48. 16. *Judith* 13. 20. *Matt.* 18. 10. *Act.* 12. 15. Tum ex *PP.* cum *Orig.* (*l*) *Aug.* (*m*) *Ambr.* (*n*) *Hier.* (*o*) *Anſ.* (*p*) *Bern.* (*q*) (*r*). Immo ſingulis Regnis, & Provinciis, Eccleſiis, Oratoriis, & Communitatibus, ac ſingulis denique ſpeciebus tum animalium, tum rerum inſenſibilium ſuus praefectus eſt Angelus Cuſtos, & Tutor. Hoc item commune Sapientum judicium ex *Scripturis* cum *Dan.* 10. 13. tum ex *PP.* cum *Baſil.* (*s*) *Theodoret.* (*t*) *Dionys.* (*u*) *Chryſoſt.* (*x*) *Hilar.* (*y*) *Rufin.* (*z*) *Caſſian.* (*a*).

164 Iis inſuper merito adcenſenda Sapientum Ethnicorum in hanc rem luculentiſſima ſuffragia.

165 Hos quippe Cuſtodes, aut Tutelares privatos hominum, publicoſque regnorum, & quarumcumque ferme rerum inanimatarum, quae

(*h*) In expoſitione ejuſdem orat.
(*i*) Conſulatur *Suar.* l. 6. c. 2.
(*k*) De hoc argumento egregie & more ſuo luculentiſſime laud. *Suar.* l. 6. c. 9. ſqq.
(*l*) Hom. 20. in Num.
(*m*) In ſoliloq. c. 17.
(*n*) L. de viduitate.
(*o*) In 18 10. Matt.
(*p*) In Elucidario.
(*q*) L. 5 de Conſid. c. 4.
(*r*) Videndi in hanc rem cit. *Suar.* c. 17. *Petav.* l. 2. c. 17. *Berti* l. 10. c. 19. *Juen.* de Ang diſ. 1. ar. 3. *Billuart* de Ang. diſſ. 8. ar. 3. *Rhod.* l. 2.
(*s*) Tr. de Angel.
(*t*) Q. 3 in Genes.
(*u*) De coel. Hier. c. 9.
(*x*) Hom. 10. in ep. ad Coloſ.
(*y*) In Pſ. 129.
(*z*) In ſymbol. Apoſt.
(*a*) Collat. 8. c. 13.

quae universum constituunt, Philosophi vocarunt Genios; ipsosque plane noverunt cuncta *Graecia*, omne *Latium*, omnisque *Barbaria* (*b*) tum signanter Veteres *Persae* (*c*) *Hesiodus* (*d*) *Empedocles* (*e*) *Euclides* (*f*) *Aegyptii* (*g*) *Socrates* (*h*) *Plato* (*i*) *Sallustius* Cynicus (*k*) *Parthenius* (*l*) *Plutarchus*, *Apulejus*, & *Max. Tyrius* (*m*) *Plotinus* (*n*) *Proclus* (*o*) *Hierocles* (*p*) *Epictetus* (*q*) *Valerius Maximus* (*r*) *Ammianus* (*s*) *Seneca* (*t*) *Plinius* (*u*) (*x*).

166 Subnectenda his demum sunt ea ingenti numero monumenta e profana Vetustate petita, quae sub finem Classis II. indicavimus, alias exponenda.

167 QUAESTIO III. Quid peculiare circa statum infelicitatis malorum? ADSERO 1. Locus illis ad aeternum supplicium destinatus, Infernus est, ubi poena sensus, & damni sine intermissione cruciantur, & quidem omnes post diem judicii in aeternum; tametsi aliqui usque ad eum diem a divina Providentia relicti sint in aëre isto caliginoso ad nostri meriti exercitium. Ita eruitur ex 2. *Petr.* 2. 4. & *Jacob.* V. 6. Docentque *PP.* cum *Ambr.* (*y*) *Aug.* (*z*) *Chrys.* (*a*) *Greg.* (*b*) *Cyril.* (*c*) *Nazian.* (*d*) (*e*). Ex quo vero primum damnati sunt, etsi in eis integrae permanserint vires naturales, scilicet potentia motrix, intellectiva, & volens, nullus tamen manſit habitus supernaturalis; eos enim tanquam prorsus indignos spoliavit Dominus omni bono superno (*f*).

168 II. Est in Inferno inter ipsos aliqua Reipublicae species; quoniam vel ex communi consensu, vel saltem ex usurpatione Tyrannum habent, ex cujus praescripto varia singuli obeunt malitiae munera. Videtur erui ex *Luc.* 11. 18. *Colos.* 11. 15. *Rom.* 8. 38. & 1. *Cor.* 15. 24. (*g*). Quia sic efficacius bellum contra Deum promovent, animas seducunt, debitosque Jesu nostro honores in Luciferum transferunt: itaque in hunc finem alii aliis, etsi omnes alioqui superbissimi, subjiciuntur.

169 III. Lucifer, qui Divinitatem semper aemulatur, varia etiam offi-

(*b*) Teste *Chalcid.* in Tim.
(*c*) Ap. *Hyde* proxime laudat.
(*d*) De operib. & dieb. vers. 122. sqq.
(*e*) Ap. *Plutarch.* περὶ εὐθυμίας.
(*f*) Ex *Censorino* cap. 3. de die natali.
(*g*) E *Macrob.* in Saturnal. l. 1. cap. 19. Huic conferendus *Theophilus Galeus* in philos. genet, l. 1. c. 2. sect. 5. §. 5.
(*h*) E *Xenophonte* de factis & dictis Socrat. aliisque mox laudandisubi de daemone Socratis.
(*i*) In politic. & in Phaedon. & saepius.
(*k*) De diis & mundo c. 20.
(*l*) In Eroticis c. 17.
(*m*) In commentariis de Deo Socratis.
(*n*) Ennead. 3. l. 3. c. 4. & alias.
(*o*) In Platon. Alcibiad. 1.
(*p*) In tr. de provid.
(*q*) Apud eum *Arrian.* differt. l. 1. diss. 4.
(*r*) L. 2. c. 7.
(*s*) Lib. 21.
(*t*) Epist. 110.
(*u*) Lib. 2. cap. 7.
(*x*) Complures dabunt laud. *Huet.* l. 2. c. 4. §. 3. cit. *Eugub.* l. 8. c. 24. *Petav.* de Angel. l. 2. c. 7.
(*y*) In Luc. 8.
(*z*) L. 21. de civ. c. 3.
(*a*) Hom. 24. in Matt.
(*b*) L. 4. dial. c. 28.
(*c*) L. 6. contra Julian.
(*d*) Orat. in S. Cyprian.
(*e*) Conf. *D. Th.* q. 64. a. 4.
(*f*) Recolas rursum *D. Th.* cit. a. 1. & *Mol.* ibid.
(*g*) Omnium luculentissime de hac republica diabolica laud. *Suar.* l. 8. c. 21.

officia ſuos inter miniſtros diſtribuit, ut homines quoad corpora infeſtet, & quoad animas perdat. Ideo ſub uno aliquo praecipuo duce aliquos deputat in aliquod Regnum, Provinciam, Communitatem &c. alios vero qui tentent de Inxuria, avaritia &c. Immo unicuique homini ſuum deſtinat daemonem jam a principio conceptionis; qui tamen ſaepe Dei imperium invitus fugit, ex *Jacob.* 4. *Reſiſtite diabolo, & fugiet a vobis*. Haec ſatis vulgari conſenſione *Patres* & *TT.* cum *Lactan.* (*h*) *Tert.* (*i*) *Orig.* (*k*) *Bed.* (*l*) *Nyſſen* (*m*) *Mag.* (*n*) *Suar.* (*o*). Plura heic de utriſque Angelis controvertunt AA. quae tamen ſede congruentiore gaudent in Tract. de Fine hominis.

LIBER TERTIUS.

De Homine.

170 ADam & Eva nominatim prout in ſtatu feliciſſimo Innocentiae conſtituti, ſunt heic ſcopus & materia Diſſertationis; at in ipſis tamen tanquam in Protoparentibus poſteri eorum omnes intelligendi veniunt. Nonnihil de prima illorum productione, ratione methodi, praelibavimus in Libro I. Capite III. num. 55. ſqq. cetera heic tanquam in propria ſede, more noſtro percurrimus; habita nempe ratione de donis praecipuis, quibus Homo innocens & a natura & a gratia locupletatus nobis dignoſcitur. Neque vero miſſos volumus errores, qui eum ſtatum quomodocumque impetere auſi ſunt. Eos primum adcipe.

PROLUSIO POLEMICA HISTORICO-CRITICA.

De Erronibus in Protoparentem Adamum Innocentem.

171 ERrones heic deſcribimus, qui in Adamum, prout hominum primus ab uno Deo conditus eſt, atque in quodam Innocentiae ſtatu conſtitutus, impegerunt; tum eos, qui de procreatione, ac immortalitate animi ejuſdem Adae ſiniſtre loquuti ſunt: quo quidem in omnes pariter poſterorum animos impegiſſe planum eſt. Proluſionem itaque claritatis gratia in binas ſectiones diſpeſcimus, quarum I. errores ferat generatim in primam Innocentis Adami conditionem; II. vero ſingillatim in procreationem ac Immortalitatem animi a ſummo Conditore ſuo corpori immiſſi: nec enim deſcriptioni errorum in ejuſmodi Immortalitatem, ſedem hac aptiorem in ſyſtemate totius Operis repereris. HISTORIA POLEMICA.

S E-

(*h*) L. 2. Inſtit. c. 4.
(*i*) De anima c. 39. & 57.
(*k*) Ho. 10. in Luc.
(*l*) In Act. 12. 15.
(*m*) L. 1. de vita Moyſ.
(*n*) In 2. ſent. diſt. 11. n. 2.
(*o*) Proxime laud. c. 21.

SECTIO I.

DE ERRORIBUS IN PRIMAM INNOCENTIS ADAE CONDITIONEM.

Ex Ethnicis.

I. *Pythagorei* aliqui (*p*) ceterique Sophiſtae ſuperius notati, qui mundum jam inde ab aeternitate conſtare exſiſtimarunt, ſtatuendum ſibi conſequenter duxerunt, ſubceſſionem quandam & circulum infinitarum generationum praeceſſiſſe; inter quas profecto prima Adami, immo & cujuſcumque alius fruſtra adſignaretur.

II. *Sophiſtae* alii, quibus mundo principium adſcribere placuit, ea ut plurimum perridicula de prima humani generis origine ſyſtemata confinxerunt, quae potius ad fabulas poëtarum, quam ad philoſophica Sapientum placita ſint amandanda.

Exemplo ſit 1.° *Heſiodus* cum antiquioribus Theogoniarum Scriptoribus, apud quos vis coeli effecit in primo rerum omnium ortu, ut terra homines progigneret, ſpecie, virtute, robore praeſtantiſſimos: quo plane adludit ad illud coeli ac terrae connubium, quod cecinit *Heſiod. ipſe* (*q*)

Quotquot tellure & coelo procreati ſunt,
Potentiſſimi filiorum ſunt; a ſuo vero infeſtabantur parente
Ab initia.

Crediderunt itaque vetuſtiſſimae gentes, e terra natos fuiſſe primos homines. Adeo & Graecis γηγενὴς ἄνθρωπος, & Latinis *terrae filius* dictus eſt homo (*r*) (*). 2.° *Ana-*

(*p*) Ap. *Varron.* de re ruſtica l. 2. c. 1.
(*q*) In Theogon. v. 154. & 155.
(*r*) Lege *Moſhem.* in Cudworth. ſyſt. intell. t. 1. c. 4. p. 281. nota 57. & *Brucker.* in hiſt. philoſ. t. 1. p. 458.

ADNOTATIO.

(*) HI quidem primi homines, quos vim coeli ac terrae procreaſſe gentes illae ſibi temere perſuadebant, & pro ſuis conditoribus & pro diis ab eiſdem gentibus habebantur; quippe cenſebant, diviaam illis, immortalemque inhaeſiſſe vim, qua qui poſtea ordinaria naturae lege ex mare ac femina orirentur, carerent.

Et hanc plane opinionem animo inſediſſe olim Germanis & Semnonibus, ut alias gentes praetermittam aliaque teſtimonia, ab *Heſiodo* producta in Theogonia verſ. 150. ſqq., locuples nobis teſtis eſt *Tacitus* in lib. de ſitu, morib. & pop. Germaniae. Ibi ſiquidem cap. 1. haec de Germanis protulit „ celebrant carminibus antiquis... Tuiſtonem „ Deum terra editum & filium Mannum, origi„ ginem gentis, conditoreſque „ De Semnonibus inſuper, Sueviae populis, haec adnexuit cap. 29. „ per humum evolvuntur, eoque omnis ſuperſtitio reſpicit, tanquam „ inde initia gentis, ibi regnator omnium „ Deus; cetera ſubjecta atque parentia... „ in commune Hertum, id eſt Terram ma„ trem colunt „. Vide notas *Juſti Lipſii* in haec poſtrema verba.

Ex iis ergo concludendum reor, celeberrimam illam apud Mythologos quaeſtionem de origine deorum ac de idololatria ipſis conſecrata, ſaltem quoad praefatas Germanorum, Semnonumque gentes, definitam nobis eſſe ac exploratam.

Num vero praeterea eaedem illae gentes praeter Numina patria, alios item Deos coluerint, aut unum aliquem univerſalem Deum, neque ex laudato *Tacito*, neque ex alio Hiſtoriographo hucuſque diſcere licuit. Conſulendus proxime laudatus *Moshemius*, qui nobis ad iſtas obſervationes facem praetulit.

2.° *Anaximander* commentus eſt homines primum in ventribus piſcium genitos, nutritoſque fuiſſe, donec majoribus robuſti viribus idonei fierent, qui ſuis poſſent neceſſitatibus proſpicere; tunc vero excluſos fuiſſe ac terra potitos (*s*). 3.° *Sectae Jonicae* Philoſophi exiſtimarunt, gigni ſub mundi initium hominem, quemadmodum & reliqua animantia, e calore telluris, quae limum lacti ſimillimum velut eſcam eliquaverit (*t*).

4°. *Empedocles* ſibi perſuaſum habuit, terram non primo hominem integrum effudiſſe, ſed varia hominis variis in locis membra; haec vero caſu inter ſe coëuntia mares feminaſque reddidiſſe; e quibus demum hominum genus naturali propagatione deductum eſt (*u*). 5°. *Democritus* pugnavit primores homines ex aqua & limo fuiſſe genitos (*x*) idque valde conſequenter ad ortum mundi ſecundum atomiſticum ſyſtema delineatum a *Plutarcho* (*y*).

6.° *Epicurus* ſomniavit, humentem, ſoliſque calore fotam terram filios in ſinu ſuo concepiſſe, eoſque lacteo quodam humore matrem terram aluiſſe, ac denique adoleſcentes homines terrae eidem filios alios produxiſſe, & alios ſubinde homines (*z*).

Haec quidem Sapientum illorum opinamenta. Nec mirum quidem, quum certam hominis originem, cujus notitia revelationem e Moſaica Geneſi deductam ſupponit, ignoraverint. Sed & alii ex ipſo Sapientum choro verum adtigiſſe, vel ſaltem adumbraſſe feruntur, ex poſtmodum adferendis. 7°. *Anonymus* in libro *Cozai*, qui a commentitio Rege Cozar, inſane prorſus, conſcriptus fertur, quorundam veterum librorum meminit, ubi memorabantur Janbuzar, Zagrit, & Roanne tanquam Adamo aequales, immo Janbuzar tanquam Adami praeceptor (*a*). Hoc tamen purum, putidumque figmentum quis non rideat potius quam impugnet?

8.° *Chaldaei*, *Arcades*, *Aegyptii*, *Perſae*, *Thraces*, *Theſſali*, aliique Gentilium populi e complurium chiliadum abinde intervallis priorem ſuam a terra originem repetebant (*b*) id quod jam innuerant *Tullius* (*c*) *Lactant.* (*d*) *Macrob.* (*e*) & potiſſimum liquet ex Epiſtola Alexandri Magni ad Olympiadem matrem ſuam, quae nempe indicat narrationem cujuſdam Aegyptii, prolatam ex literis, quae ſacrae apud illos habe-

(*s*) Ex *Plutarch.* de mor. philoſ. l. 5. c. 19. & in Sympoſiaco c. 8. q. 8.

(*t*) Conf. *Pſeudo-Origen.* in Philoſophumenis, & *Laërt.* de plac. philoſ. ubi de Archelao.

(*u*) *Lucret.* l. 5.

(*x*) Ap. *Cenſorin.* de die natali cap. 4.

(*y*) De placit. philoſ. l. 1, c. 4.

(*z*) Paullo aliter Epicuream exponit ſententiam laud. *Lucret.* l. 5. v. 799.

(*a*) Legito *Calmet* in Geneſ. 2. 7.

(*b*) Lege *Salden.* in otiis theologicis l. 1. exercit. 5. n. 3. p. 61. ſq.

(*c*) De divinat. l. 1.

(*d*) L. 7. inſt. c. 14.

(*e*) De ſomno Scip. l. 2. c. 10.

rentur. Eam ex parte recitat *Auguſtinus* (*f*) (*).

Ex Hebraeis & Mahumedanis

I. *Philo* Hebraeorum diſertiſſimus fertur adſeruiſſe, Angelos efformaſſe Adami corpus; ex iis, ut reor, quae habet in l. de opif. mundi p. m. 16. edit. Francof. 1691. *dixit Deus, faciamus hominem; quod indicat adſumtos alios tanquam cooperatores*. Et haec quidem opinio apud Judaeos vulgo obtinuit, uti author eſt *Chryſoſtom.* (*g*).

II. *Talmudiſtae* de Adamo in ſtatu integritatis aut innocentiae conſtituto haud pauca more ſuo commenti ſunt, uti diſcimus ex eorum codicibus & Rabbinis interpretibus. Haec fabularum ſumma. 1.° quandam Adae maſſam rudem ac informem ita Deus in immenſum primitus efformavit, ut ab ortu ad occaſum, immo ad uſque firmamentum pertingeret. Deus tamen exoratus ab Angelis, qui tanta unius effingendi hominis mole deterriti ſunt, ſtaturam Adae dimminuit, eamque in poſterum reliquit centum conſtantem cubitis, aut trecentis, vel etiam nongentis, ut quibuſdam Rabbinis ludere placuit.

2.° ex ea incompacta rudique maſſa hominem efformavit Deus author Androgynum ſeu etiam Hermaphroditum, ut utriuſque efficeret participem ſexus: id quod ſibi adfirmare Geneſim Moſaicam viſum eſt cap. 1. 27. *maſculum & feminam creavit eos*. 3.° eum hominem creavit Deus duplicem hominem, ſeu perſonam tergo copulatam, & duas habentem facies, & caudam unam ad inſtar ferae: quamcito tamen perſonam duplicem ſecuit ſummus Opifex, indeque duo terga ſeorſim fecit; tum ut pulcrior & ſanctior adpareret Adam, eum circumcidit, caudam abſcindens.

4.° Septima poſt creationem hora, vel octava, poſtquam omnia jumenta, feraſque campi carnaliter cognoviſſet, Lilith mulieri primum, deinceps Evae copulatus eſt. Plura iis ſimilia tanquam ſacro codici (peſſime intellecto) conſona cudere pergunt ſcientiſſimi interpretes; quae tamen vel commemorare pudet (*h*). Adde quod Rabbi *Moiſes Ben-*

(*f*) De civit. l. 8. c. 5. & fuſius in rem noſtram l. 12. c. 10.

ADNOTATIO.

(*) HUjus epiſtolae, tanquam Alexandro Macedoni patefactae a Leone quodam ſacrorum Aegyptiorum antiſtite, meminerat jam *Auguſtin.* ibid. l. 8. c. 5. quin & ejuſdem primum meminerant *Plutarch.* in vita Alexandri Magni, *Cyprian.* lib. de idolor. vanit. *Athenagor.* in apol. *Minut.* in Octavio: nec ab ipſis quidem diſſentiunt probatiſſimi quique apud Ethnicos Scriptores, qui res Alexandri Macedonis literis commendarunt; ſimulque noſtrates Interpretes Cypriani & Auguſtini ad ea, quae adlegavimus loca; puta *Fellus* ac *Maurinus* quidam *Benedictinus* in Cyprianum; atque *Vives* & *Coquaeus* in Auguſtinum.

Nihilo tamen ſecius unus, quod ſciam, *Rigaltius* in notis ad Minutium, Tertullianum & Cyprianum, hanc epiſtolam Alexandro Macedoni abjudicat, alterique Alexandro, nimirum Polyhiſtori confidentiſſime adſcribit. Ecquis autem aequus rerum aeſtimator animum inducat ut credat, eos, tantoſque viros miſere hallucinatos eſſe, ac unum contra Rigaltium acu rem adtigiſſe? Apage nugas. Recole laudatum *Fellum*.

(*g*) Hom. 8. in cap. 1. Geneſ. n. 2.

(*h*) Conferendus laud. *Bartolocc.* in biblioth. magna rabbin. p. 64. col. 2. ſqq. tum laud. *Salden.* in otiis th. l. 1. exercit. 5. n. 4. ſqq.

Ben-Maymon retulit libros anteceſſorum ſuorum, qui mentionem faciunt praeceptoris Adami, quem dicunt fuiſſe nomine *Samboſcer*. (*i*) (*).

(*i*) Haec diſcimus ex *Iſaaco Peyrero* in ſyſt. theol. par. 1. l. 3. c. 3. p. m. 129. edit. 1655.

ADNOTATIONES.

(*) I. PORro dificillime concipias, quo pacto haec inaudita portenta in mentem venerint hominibus ratione utentibus, ac in ſtudio & eruditione ſacrae doctrinae tantiſper, immo dedita profeſſione verſatis. Heinc nonnulli ex Rabbinis junioribus, ac etiam e noſtratibus Doctoribus ea, quae indicavimus, putidiſſima adſerta in ſenſum metaphoricum & adlegoricum intelligenda, ſeu potius trahenda eſſe duxerunt.

Fruſtra tamen; nam, ſi fides ſit citato *Bartoloccio* p. 76. & alias, *R. Eleazar*, *R. Salomon Jarchi*, aliique, propoſitarum theſium architecti praecipui, eas in ſenſu obvio, plano ac literali, nulla interpoſita, vel ſubaudita metaphorae umbra effudiſſe deprehenduntur (Conf. itidem *Auguſtum Pfeiferum* in critica ſacra cap. 15. ſect. 2. quaeſt. 1. necnon *Hulſium* in theol. jud. par. 1. p. 445. ſq.) Nec mirum quidem, eos homines pſeudo-ſapientes, fidei lumine deſtitutos, in explanandis ſacris codicibus adeo portentoſe caecutiiſſe. De fatuitate Judaeorum circa libros Moiſis & ſapientiam Dei conſulendus *Martinius* in pugione fidei par. 3. diſt. 1. cap. 7.

II. Fundamentum pro immani illa corporis Adami proceritate videtur fuiſſe fabula de praeexiſtentia animarum omnium, quotquot in homines deſcendunt, in toto Adami corpore diſtributarum, paucis exceptis, quae, ex phraſi Cabbaliſtarum, ſunt myſterium animarum novarum. (Lege *Hornbekium* Theol. judaic. l. 4. c. 1. et *Berger.* de Cabbaliſmo c. 3. par. 2. §. 4. 5.) Quid ergo mirum figmenta figmentis augeant et confirment fabuloſiſſimi homines?

III. Heteroclitam de primo homine Androgyno ſententiam, quam etiam tenuerunt *hebraei* Authores voluminis cui titulus *Midraſch. Agada*, pridem retuletat *Plato* in Sympoſio in haec verba „ olim enim noſtra „ haec natura non eadem fuit atque nunc: „ principio enim tria hominum genera fue„ runt, non ut nunc duo, maſculus & fe„ mina; ſed aderat & tertium commune „ amborum; cujus quidem nunc nomen ſu„ perſtes eſt, res ipſa extincta; Androgy„ numque erat forma & nomine, ex ma„ ſculo & femina„ additque„ eos Deum divi„ ſiſſe ut multiplicarentur „

Undenam vero putaveris hauſiſſe Platonem haec placita niſi ex veteſtis Hebraeorum ſcholis, e quibus utique ad ſuos poſteros uſque modo tranſmiſſa ſunt? Ita ſe putaſſe innuit eruditiſſimus *Georgius Venetus*, Minorita, in problematibus ſacrae Scripturae tom. 1. problem. 29. fol. m. 4. verſo, addens, idem aperte continere *Zohar* Hebraeorum codicem.

IV. Nihilominus *Eugubinus* in coſmopoeia ad cap. 1. Geneſeos p. 103. ſub fin. ubi ſermonem inſtituit de Adamo apud Platonem Androgyno, ſubnectit illico, *nec Hebraei, ut poſtea docebo, androgynum, ſed duas perſonas tradiderunt*; ſed duas perſonas, hoc eſt Deum creaſſe in Adamo duas perſonas, quatenus nempe adſumens Deus terram limoſam, ex qua corpus Adami efformaretur, *primum quem fingebat protraxit in alterum, qui perinde inter ſe cohaerebant ut duo, qui ſe mutuo amplectantur*, quemadmodum *Eugub.* idem, tanquam propriam exponens ſententiam, adſerit ibidem ad cap. 2. Geneſ. p. 152.

Non equidem moror heic opinionem, quam ut plane ſingularem inter noſtrates Doctores merito notaveris cum *Petav.* de opif. ſex dier. l. 2 c. 8. n. 10. utpote pugnantem cum ſacro textu, ferente feminam e coſta de Adami latere ſubducta creatam fuiſſe.

Optarem tamen (quae nulla hucuſque reperire licuit) promiſſa ab hoc Authore documenta adverſus perplura oppoſita jam indicata, teſtantia Hebraeorum dogma de Adamo Androgyno.

Porro *Androgynos* ſeu *Hermafroditus*, a graeco ἀνὴρ vir & γυνὴ femina, idem valet ac unus & idem, qui utrumque habet ſexum maris & feminae, ita ut & ea quae virorum ſunt faciat, & patiatur quae ſunt mulierum; uti diſcimus ex *Tullio* de divinat. l. 1. *Plin.* hiſt. nat. l. 7. c. 2. *Gellio* l. 9. c. 4. *Livio* de bell. pun. l. 7. 11., quibus adcinunt *Lexicographi* adcuratiores cum *Suid. Rober. Stephano* &c. Ergo Androgynos una perſona eſt, non

III. *Kabbaliſtae* in pluribus fabuloſam tenent cum Talmudiſtis doctrinam de primo homine; ut quod Androgynus creatus ſit, ac alias cum duobus vultibus, ita ut fuerit unus pariter atque etiam duo. Nec iſta quidem ipſi myſtice intellexerunt, quaſi Protoparentes unum fuerint corpus politice ac in genere morum, propter mutuum, qui eos illigavit, amorem, quemadmodum & Talmudiſtae quibuſcum etiam ſentiunt circa immanem illam Adamitici corporis proceritatem (*k*).

Hiſce nugis aliam ſubnectere placuit Kabbaliſtis circa corpus Adami; quod nempe contendunt ratione eſſentiae fuiſſe ſpiritale, ſive ad ſpiritale proxime adcedens, utpote de pulvere ſuperni templi efformatum; tum ejuſdem ſplendorem ſublimiorem fuiſſe, quam ſupernorum omnium Angelorum (*l*). Plura de Kabbaliſtis diſſerentibus de Adam Kadmon, *Brucker.* (*m*).

IV. *Mahumedani* cum ſuo Alcorano haec fabulantur. 1.° limus ille ex quo Deus Adam formavit, in humanam figuram redactus, & ad ſolis radios excoctus & exſiccatus, quadraginta annorum ſpatio permanſit teſta arida (*n*). 2.° Staturae giganteae fuit (*o*). 3.° vix Adamus creatus eſt tanquam Vicarius Dei, hujus juſſu adoratus eſt ab Angelis, qui omnes coram eo prociderunt, uno excepto diabolo, quo nomine fortaſſe Luciferum intellexerunt (*p*). 4.° Paradiſus Adamiticus in coelo ſeptimo reperitur (*q*). Pleraſque iis conſimiles fabellas retulit ex libris Arabum *Herbelot.* (*r*)

Inter Mahumedanos locum habet *Giafar Sadik*, unus ex primis duodecim Turcarum Imanis, ſub an. Ch. 765. qui contendit tres Adamos verum Adamum praeceſſiſſe; ac deinceps XVII. adventuros: quod nempe revolutiones totidem mundo ſint ſuperventurae, in quarum ſingulis novum hominum genus ad imitationem veri Adami ejuſque poſterorum, quos ex hiſtoria novimus, foret ſuperfuturum (*s*).

Item ea ferme apud omnes *Munſulmanos* increbuit opinio, quemdam Gian Ben-Gian, cujus erat in mundum univerſum imperium ſeculis

non duplex; aut quae in duas commode poſſit dividi, utpote bicorporea; atque adeo ſtat quamoptime ut ſenſerint Hebraei Adamum fuiſſe creatum tanquam duplicem perſonam non vero Androgynon.

Et vero ex Rabbinis alii cum *Jeremia* conceptis verbis adfirmarunt Adamum creatum a Deo fuiſſe *Androgynum*, ſeu utriuſque ſexus participem; & alii inſuper cum *Samuele Bar Nachmani* creatum *duplicem perſonam*. Nec ipſorum quidem verba reticuit laud. *Bartolocc.* conſulendus ad pag. 66. & 67.

(*k*) Conf. *R. Loria* in tr. de revolut. animar. par. 1. a c. 1. & c. 7. §. 1. & 15. necnon c. 14. §. 28. Exſtat ap. *Morum* in kabbala denudata par. 2. tom. 2. a pag. 244.

(*l*) Ita ex *R. Loria* & *R. Schem Thob.* colligimus cum *Paullo Bergero* cap. 3. de kabbala dogmat. par. 2. §. 3.

(*m*) T. 2. a p. 990. & deinceps.

(*n*) Ex *Gelale*, ceteriſque ſapientibus *Moslemis* in Suram 76. Alcorani ap. laud. *Marrac.* in refutat. Alcorani in eam Suram p. 769.

(*o*) Ex *Jahia* in Suram 7. ap. *Marrac.* p. 270.

(*p*) Ex *Alcorano* in Sura 2. & 7.

(*q*) Ap. *Marrac.* in Suram 7. p. 270. ex doctrina Mahumedanorum Interpretum.

(*r*) In bibl. orient. art. *Adam.*

(*s*) Conf. *Herbelot* in biblioth. orient. p. 56; ac *Defuignes* hiſt. gen. Hun. t. 1. p. 324.

lis creationem Adami praecedentibus, Aegypti pyramides excitaſſe: quin & illud temporis ſpatium tenuiſſe quadraginta Solimanos vel monarchas univerſales terrae, quorum per ea ſecula fuit ante Adamum ſubceſſio (*t*).

Ex Heterodoxis promiſcue atque Catholici nominis Doctoribus

I. *Quotquot plurimi* univerſos ſacros codices tanquam fabulam impie repudiarunt cum *Anti-biblicis* (*u*) vel teſtamentum vetus, aut ex eo ſaltem Pentateuchum, cum *Apelle* (*x*) *Ptolomaeo* (*y*) *Manichaeis* (*z*) *Celſo*, *Juliano* Auguſto, *Fauſto*, *Anonymo* Fabritii diſcipulo, *Porphyrio* (*a*) aliiſque, ii, inquam, omnes & in veram Protoparentis creationem impegerint, oportet; ſiquidem haec non aliunde quam ex Moſaica ſacrae Geneſeos hiſtoria conſtat.

II. *Anti-Adamitae* plane nuncupandi quotquot ſimpliciter, inſipienterque ſtatuendum duxerunt, non Deum O. M., ſed vel Deum malum, vel Dei Optimi miniſtros Angelos proxime Univerſum, & priores ejus homines condidiſſe: qualem dixeris *Simonem Magum*, cum pluribus jam productis (*b*).

III. *Origenes* pleriſque reprehenditur, quod circa deſcriptionem Paradiſi amoeniſſimi, immo & pene cetera ſex priorum dierum opera, nihil proprie ac literaliter, ſed figurate ac myſtice intelligenda quaelibet exiſtimarit. Ita plane *Origenes* hom. 1. in Geneſ. & l. 4. contr. Celſum, & in 2. Cor. 12. 2. & l. 4. de principiis c. 2. & ſaepe ſaepius. Ac de ejuſmodi reprehenſionibus ipſemet amare conqueritur hom. 13. in Geneſ. Tum inſuper hom. ſeu tomo 14. in Matth. ab hominibus, qui e limo terrae conſtructi ſunt, eos diſcriminat, qui ad ſimilitudinem Dei procreati fuere: unde coargui fortaſſe poſſet Praedamitas homines invexiſſe. Id quod & ipſe adfirmaſſe videtur verbis productis a S. *Methodio* (*c*) (*).

Ori-

(*t*) Legito cit. *Herbelot* p. 311. art. *Ehram* & p. 820. art. *Soliman.* ab art. *Maiſ.*

(*u*) Eorum cenſum dedimus *ſupra* Tom. I. p. 285.

(*x*) Ex *Orig.* in cap. 6. Geneſ.

(*y*) Ex *Epiph.* haer. 33..

(*z*) Ex *Auguſt.* l. 23. contra Fauſt. c. 2.

(*a*) Ex *Cyrill.* l. 3. cont. Julian. & *Auguſt.* l. cont. legis adverſarios & cont. Fauſt. & alias.

(*b*) In Proluſione praevia de Erronib. in Deum Creatorem.

(*c*) Ap. *Phot.* cod. 235. p. 939.

ADNOTATIONES.

(*) I. GRaviſſimas querelas in nimiam, cui plus aequo indulſit Origenes licentiam adhibendi ſenſus adlegoricos, literalibus quodammodo poſſumdatis, complurimi effuderunt: e. c. *Theophilus* Alexandrin. *Epiphan.* *Euſtathius* Antiochen. *Baſil.* *Chryſoſt.* *Hieron.* & alii, quos accurate recitat *Huetius* in Origen. l. 2. q. 13. §. 1. Ceterum ibidem *Huet.* §. 2. ſqq. pluribus Authorem vindicat a tot tamque egregiis criminatoribus, ac prae primis ab Euſtathio Antiocheno; multaque jure proponit ſcripta, in quibus ille ſuam literae dignitatem ſervat, ſimulque de eadem aequa, rectaque conſcribit; videlicet in nonnullis hiſtoricum admittens ſenſum, adlegoricum in pluribus, in variis utrumque. Ne actum agamus, ipſe, cui adſentiamur, conſulatur *Huetius*.

Nec

Origenem quod ſpectat adlegoricam de paradiſo Adamitico interpretationem, *Origeniani* aemulati ſunt (*d*) tum inſigniter ſectatus eſt, immo fortaſſe enormiter praetergreſſus *Franciſcus Georgius* Venetus (*e*) propterea a pleriſque Theologis haud leviter notatus.

IV. *Manichaeis* ſic inſanire placuit. Primus homo non a Deo formatus eſt, ſed a principe materiae, cui nomen Saclas; ac Eva ſimiliter a Sacla & Nembrod facta eſt. Et Adam quidem belluina forma creatus, Eva autem inanima & immobilis. Maſcula deinde virgo, quae lucis filia eſt, ac Joël nominatur, Evae vitam & lucem impertiit; Eva inſuper Adamum a feritate belluina liberavit; ipſaque demum luce nudata eſt. Ita *Theodoretus* (*f*) qui haec narraſſe ſe pudere fatetur.

Aliter impiam hanc fabellam retulit *Epiphan.* (*g*) Aliter retulit & *Auguſtin.* (*h*) Fortaſſe unuſquiſque a diverſo Manichaeiſmi doctore, pro arbitrio dogmati ſectae demente ſive addente, rem exceperunt; nihilo tamen ſecius ea omnia aeque ſtolida ſunt & impia.

V. *Julianus* Auguſtus, chriſtianae fidei deſertor & ſcriptis ac factis oppugnator, tenuit, vulgavitque, in prima rerum conditione non modo Adamum exſtitiſſe, ſed plures, pluresque ſimul homines, e quibus nempe infinitae propemodum generationes illico exortae ſunt. En ejus verba (*i*) „ Quod autem plures ſimul exſtitiſſe rebus ipſis & „ factis adprobetur, adcuratius id alias oſtendetur. Hoc vero loco ſa-

„ tis

Nec ipſe quidem Origenes hunc interpretandae adlegorice Scripturae morem primus omnium invexit, ut innuere videtur *Porphyrius* l. 3. adverſ. chriſtian. ap. *Sixt. Senenſ.* bibl. ſ. l. 4. p. 437. art. *Origenes*, nec item *Philo* Judaeus, quod adſeruit deinde *Photius* in bibl. cod. 105. p. 278., alii quippe longe priores antiqui Foederis interpretes, nempe *Ariſtobolus* tum ſenior, tum junior, de quib. laud. *Sixt.* l. 4. p. 323., adlegorias plurimas ſuis in Pentateuchum commentariis adſperſerunt.

Quin immo, ut mittam alios vetuſtiores, e quibus Origeni licuit hunc ritum ediſcere, *Paullus* prae ceteris ei fuit author 1. *Cor.* 10. 4. & 2. *Cor.* 3. 6. *Galat.* 4. 21. *Coloſ.* 2. 16. ubi nempe Apoſtolus adlegoricos ſenſus aut tenet, aut commendat. Quid vero? Nonnulla itidem in Evangelio *Joannes*, nec pauca idem CHRISTUS Dominus ad adlegoriam trahenda docuerunt; quibus exemplis perductus Author noſter poterat in adlegorias excurrere. Adtamen, fatendum eſt, in hoc genere expoſitionis, nec ubi loquutus eſt de hiſtoria paradiſica, nec interdum alias modum tenuit Origenes. Recole laud. *Huet.* §. 3.

II. Saepe alias Origenes adpellat Adamum primum hominem, & ab exordio rerum a Deo creatum. Ceterum ubi adſertur a Methodio fingit mundi aeternitatem, & ante hunc alios praeextitiſſe mundos; at fortaſſe nullum in iis fictitiis mundis agnovit hominem Adamo priorem. Ut ut vero pugnantia hic Author adſeruerit, non videtur, Praeadamitas colligi ex adlato textu in Matthaeum; ibi ſiquidem laud. *Huetio* interprete, factos ad imaginem Dei homines, intelligit interiores ac ſpiritales homines, contagione rerum ſenſilium & corporalium immunes.

(*d*) Ap. *Auguſt.* haer. 43. ex *Epiphan.*

(*e*) In comment. de harmonia mundi, cantico 1. tomo 7. cap. 21. fol. m. verſo cxlvi. ſqq. edit. venetae de an. 1525. menſe Septemb.

(*f*) Haeret. fab. l. 1. c. 26.

(*g*) Haer. 66. n. 25.

(*h*) Haer. 46.

(*i*) Deſumta ſunt ex fragmento, ſeu lacinia, quae ejuſdem Auguſti epiſtolae ad Themiſtium intexta erat, uti animadvertit *Petavius* in not. ad ipſum fragmentum, quod habes inter opera Juliani ex edit. *Spanhemiana* t. 1. p. 292.

„ tis erit breviter iſtud animadvertere : ſi quidem a duobus tantum-
„ modo geniti eſſent omnes , neque leges adeo varias ac diſcrepantes
„ futuras fuiſſe , neque totum alioqui terrarum orbem ab uno dunta-
„ xat impleri potuiſſe , tametſi plures una foetura mulieres ipſis pare-
„ rent , ut in ſuillo genere cernimus . Enim vero paſſim per omnes
„ terras , adnuentibus diis , eodem modo , quo unum volunt aliqui
„ (*nempe Chriſtiani*) plures in lucem homines exſtiterunt ; auctoribus
„ generis diis adtributi ; qui & ipſos produxerunt , quum videlicet ex
„ aeterno ab conditore animas adcepiſſent . „

VI. *Coeleſtius* , profeſſione monachus , Pelagii Haereſiarchae diſcipulus & achates ſub an. circ. 405. docuit , Adamum ſic a Deo creatum eſſe , ut etiam ſine peccati merito moreretur . Id quod tanquam ſancto dogmati de dono immortalitatis innocentibus Protoparentibus conceſſo repugnans , Pelagio ex Coeleſtii doctrina objectum eſt in Synodo Dioſpolitana , & ab eadem una cum ipſo Pelagio anathemate confixum (*kl*). Coeleſtio adſtipulati ſunt *Pelagiani novi Anglicani* , exorti ſub an. circ. 1358. Tum ſerius *Hebraei* quidam apud & cum *Mercero* Calviniano Symmiſta (*m*) contra vulgarem *Rabbinorum* ſententiam de perpetua Adami vita , ſi non peccaſſet , quam ex *Gerundenſi* & *R. Bechai* nobis expoſuit *Buxtorfius* (*n*) .

Adde , *Pelagianos* vulgo nullum in Adamo innocente ſupernaturale donum agnoviſſe , ſed naturales duntaxat facultates : unde ſubinferebant , talem omnino ipſum fuiſſe conditum , quales nunc ceteros naſci homines concipimus , nempe abſque ullo ſupernaturalis gratiae dono (*o*) (*).

VI. *Ano-*

(*kl*) Conſulitor *Auguſt.* de haer. c. 88. tum l. 1. de peccat. mer. c. 2. necnon l. de geſtis Pelagii c. 11. & epiſt. olim 106.

(*m*) Comment. in Geneſ. 2. 17.

(*n*) In adpend. ad diſſert. 2.

(*o*) Conf. *Pelagiano-Maſtix Auguſtinus* haer. 88. & epiſt. olim 102. ad Paullin.

ADNOTATIO.

(*) PORro , me judice , erronee non diceret , qui indubitanter adſereret , Adamum etiam in eo ſtatu integritatis , ſeorſim ab omni dono ſuperno , fuiſſe natura mortalem , ſuiſque viribus & conditioni relictum decurſu temporis moriturum ; quum ejus corpus eiſdem conſtiterit nativis adtributis , ac noſtrum , natura mortale .

Quin immo varie ſentiunt Patres de mortalitate Adami ſub conditione primaevi illius ſtatus . Tunc ſiquidem ex *Auguſt.* 7. Geneſ. ad lit. c. 25. mortalis fuit ac immortalis , quatenus & mori potuit & non mori : ex *Nemeſio* l. de nat. homin. c. 1. nec mortalis fuit , nec immortalis , ſed in confinio utriuslibet naturae : ex *Anaſtaſ. Syn.* in Hexaëm. l. 11. ſub fin. fuit ſimpliciter mortalis : immortalis demum ex Oratore Maſſilienſi *Cl. Mario Victore* l. 1. in Geneſ. p. m. 17. edit. Pariſ. 1560. ubi ex formula divini anathematis ſub illa in Adamum comminatione , *in quocumque enim die comederis ex eo , morte morieris* e Geneſ. 2. 17. ita concludit ,

Tali lege data ratio docet alta parentis
Quod non mortalem fieri, ſed vivere dignum
Eſſe hominem voluit .

(Secus, ductus edit. Fabriciana 1562. carmina haec legit *Petav.* jamjam adlegandus, l. 2. c. 6.)

Itaque Pelagii , Coeleſtiique illa theſis eatenus erronea eſt , quatenus aperte denegare videtur immortalitatem divinitus ac ſupra meritum naturae inditam , quam ſibi & po-

VII. *Anonymi* exſiſtimarunt ſub primis Seculis, Adamum & Evam caecos ante fuiſſe, quam guſtarent de ligno vetito, poſteaque aperuiſſe oculos, uti dicitur *Geneſ.* 3.7. ac tunc quod nudi eſſent, pervidiſſe (*p*) (*).

VIII. *Bogomili* hominem a Satana conditum eſſe voluerunt, ut qui corpus e luto finxiſſet (*q*).

IX. *Cathari juniores Itali* in varias diſtracti factiones haec in ſanctum dogma erraſſe deprehenduntur. 1.° Adam non fuit a Deo. Ita *Cathari Albigenſes*, & *Bagnolenſes*, & *Concoretiani* (*r*). 2.° Adam & Eva in alio mundo conditi ſunt; in quo nempe fiebant connubia, fornicationes, adulteria inter filios Dei boni & Dei mali, e quibus orti ſunt Gigantes & alii. Ita *Cathari* auditores & adſeclae *Joannis de Lugio*, alias *de Lugduno*, (*s*). 3.° diabolus, Deo adnuente, corpus primi hominis efformavit, in quod pro anima infudit eum Angelum, qui in modico peccaverat, atque ex illo Angelo ceterae deinceps animae traductae ſunt. Ita *Cathari Concoretiani* (*t*). 4.° diabolus Adamum fecit de limo terrae, ſummaque vi incluſit in eo Angelum lucis: tum Evam format, cum qua concubuit, & inde natus eſt Caim, de cujus ſanguine nati ſunt canes: Adae tandem cum Eva conjunctio fuit pomum vetitum. Ita *Cathari Mediolanenſes* (*u*).

X. *Anonymus* olim, Pariſienſis, ut conjicio, literis mandatum reliquit, quod Adam in ſtatu innocentiae nunquam habuerit unde ſtare poſſet. Hunc vero cum aliis ejuſdem Scriptoris erroribus proſcripſit *Guil-*

poſteris praecepti tranſgreſſor Adam amiſit; quia nempe *per peccatum mors* ex *Roman.* 6. Et hoc quidem duntaxat ſenſu ipſam proſcripſerant *Synodi Dioſpolitana* in cauſſa Pelagii apud Palaeſtinam an. 415., *Carthaginenſis* contra Pelagianos an. 416., *Milevitana* can. 1., *Arauſicana* II. can. 1. & 2. noviſſime demum *Tridentina* ſeſſ. 5. in decr. de pecc. originali. Conf. in hanc rem *Petav.* dogm. theol. t. 3. de opif. ſex dier. l. 2. c. 6. & 7.

(*p*) Ap. *Philaſtr.* de haereſ. cap. 114.

ADNOTATIO.

(*) FAtua & ſtulta quidem opinatio, quum ibidem verſ. 6. praemiſerit facer codex, *vidit igitur mulier, quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulcrum oculis, adſpectuque delectabile!* Eam tribuit laud. *Philaſt.* haereticis aut Judaeis inſanis & occaecatis; *Auguſtin.* vero de civ. l. 14. c. 17. meliori forſan conſilio, *imperito vulgo*, quod ibidem ſtrenue refellit, tum de Geneſ. ad lit. l. 2. c. 31. & l. 1. loquutionum in Geneſim n. 9. & l. 2. de peccat. mer. & remiſſ. c. 22. & de nupt. & concupiſc. l. 1. c. 5. quem, ſi vacat, adeas.

(*q*) *Jo. Albert. Fabricius* in diſſ. de Bogomil. ſect. 3. in ſylloge opuſcul. p. 321. ſectatus utique *Euthymium* in panopl. tit. 23. §. 7. p. m. 752.

(*r*) Ex MS. Cod. *Peregrini Priſciani*, quem primum edidit *Murat.* in Antiq. Ital. t. 5. diſſ. 60. col. 94. lit. D.

(*s*) Interprete Cl. V. *Auguſt. Ricchinio* in edit. Ven. Monetae, diſſ. 1. c. 4. n. 5.

(*t*) Eodem ibidem Interprete *Ricchinio* num. 7.

(*u*) Ap. *Bonacurſum*, olim ipſorum magiſtrum Mediolani, in vita haereticorum ap. *Dacher.* in ſpicil. tom. 13. edit. 2. p. 63. ſq. Plura de ipſis Catharis ibi *Bonacurſ.* & *Reinerus* in l. cont. Valdenſ. primum edito a *Gretſero*, in Bibl. PP. Lugdun. t. 25. cap. 6. a p. 266.

Guillielmus Arvernus Pariſienſis Epiſcopus an. 1240. (*x*) Anonymi errorem deinceps ſectatus eſt *Georgius Paullus*, nobis alias Acatholicis Lutheranis adnumeratus, ſub an. circ. 1560. (*y*) Nec tandem oblivioni tradendus *Zaninus de Solcia*, qui Praeadamitam ſeſe exhibuit (*z*).

XI. *Martinus Lutherus* ad cap. 3. commentarii in Geneſ. differens de juſtitia originali Adami, ſic concludit „ ſtatuamus juſtitiam non fuiſſe „ quoddam donum, quod ab extra adcederet, ſeparatum a natura ho„ minis, ſed fuiſſe vere naturalem, ut natura Adae eſſet diligere Deum, „ credere Deo, agnoſcere Deum: haec tam naturalia fuere in Adamo, „ quam naturale eſt quod oculi lumen recipiunt. „ Et aliquibus interjectis, „ porro haec probant, originalem juſtitiam eſſe de natura ho„ minis, ea autem per peccatum amiſſa, non manſiſſe integra natura„ lia (*a*) ut Scholaſtici delirant.„ Luthero itaque, ejuſque gregalibus juſtitia originalis Adami naturalis omnino fuit. Huc advoca proſcriptos Baji articulos 21. & 26. En tibi fontem unde ſuos hauſerunt errores Bajus & Janſenius, ipſorumque adſectatores (*b*).

XII. *Joan. Calvinus* ex eo connumeratur a *Bellarmino* (*c*) inter definientes integritatem Adami omnino naturalem fuiſſe, quod ille in l. 1. inſtit. cap. 15. ſect. 8. adſeruerit (nulla ſupernaturalium donorum facta mentione) ad naturam hominis ſpectare ut inſit ei libertas arbitrii, quemadmodum ad naturam ejuſdem hominis adtinet ut ſit animal rationale; tum quod deinceps mutationem, quam in natura humana per peccatum Adae factam novimus, in amiſſione liberi arbitrii, quo Adam in ſui conditione praeditus fuit, conſtituat. Haec *Bellarminus*, cui adſtipulatur more ſuo in Vindiciis contra Ameſium *Vit. Erbermannus* (*d*) (*).

(*x*) Exhibuit primum damnatos errores iſtos *Bibliotheca PP. Lugdun.* t. 25. p. 329. ac deinde ex MSS. Sorbonicis *D'Argentr.* in collect. judic. de nov. error. t. 1. p. 186. ſqq.

(*y*) Ap. *Coccium* ubi de haeret. ex *Pallad.*

(*z*) Ex adſertis *ſupra* p. 13. art. VIII.

(*a*) Scilicet *prae primis hominis arbitrium.*

(*b*) Conf. *Bellarm.* l. de grat. primi hom. c. 1. cum notis *Erbermanni*.

(*c*) In l. de grat. primi hominis cap. 1. n. 7. 8.

(*d*) Ibidem poſt num. 11.

ADNOTATIO.

(*) FOrtaſſe cuipiam nonnihil obſcura videbitur Bellarminiana haec ſubillatio, & nec ita liquido fluens ex adductis Calvini adſertis. Haec enim adtingunt duntaxat liberum arbitrium, quod innocenti homini naturale fuit; at vero nec definiunt hoc ſolum continuiſſe ſtatum illum integritatis, nec alia denegant ſupernaturalia dona eidem ſtatui divinitus adtributa.

Undenam ergo per dialecticam & legitimam conſequentiam ſubinferre liceat, Calvinum *aperte ſignificaſſe* (uti loquitur *Bellarmin.*) quod Adae integritas in prima conditione omnino naturalis exſtiterit, plane non video. Et hunc quidem impactum Calvino errorem, nec Calvino-Maſtygi Gaulterio, nec alii, quem viderim e junioribus Haereſeologis notatum hucuſque reperire licuit.

Hac inſuper Bellarmini authoritate fortaſſe freti *Dominicus Viva*, nec non alii Queſnelli proſcriptarum theſium Interpretes & Oppugnatores (in theſ. 34. & 35.) praefati erroris Calvinum reum inclamarunt, & una cum Luthero praecurſorem Baji, Janſenii, Queſ-

XII. *Fauſtus Socinus* docuit, Juſtitiam originalem in Adamo ante lapſum nullam fuiſſe (*e*). Illud etiam ſingillatim ſubſtinuit, primum hominem ante lapſum haud fuiſſe immortalitate donatum (*f*).

Suum ducem & authorem haud invitus audit ac ſequitur *Socinianus* grex cum *Smalcio* (*g*).

XIII. *Michael Bajus* ſyſtema hoc de ſtatu Adami innocentis architectatus eſt, conformiter ad ea quae de prima Angelorum molitione confinxiſſe vidimus (*h*). Fieri nequit ut Deus rationalem hominem condiderit, quin ad finem aeternae vitae ipſum elevaret, ipſique ſubinde conferret, ex quadam naturali lege, media ad eum finem obtinendum neceſſaria, puta fidem, ſpem, caritatem, adoptionem filii Dei, juſtitiam originalem. Heinc & finis ille naturaliter conſequitur creationem hominis ab omni peccato immunis, ſive innocentis, & ipſam pariter conſequuntur ea omnia praeclariſſima dona, quae ſtatus innocentiae ſibi vendicat: atque adeo quum ejuſmodi finis ac dona ſint naturae

Queſnellique. Unum inter illos inveni diligentiſſimum *Bernardum Deſirant*, qui pro 35. propoſitione Queſnelliana Lutherum nuper citatum adfert, Calvinum vero retieet.

Ecquid ergo concludendum de Calvini ſenſu in hanc rem? Profecto quod ſtatum innocentiae quolibet ſuperno dono ſpoliarit, probare contendunt *Jacob. La Fontenius* ſup. bullam *Unigenitus*. prop. 37. c. 7. n. 2. & Cardin. *Biſſyus* in tr. theol. ſup. prop. queſnell. ad prop. 35. Calvinumque citat ille ad l. 1. inſt. c. 15. §. 4., iſte vero ad eundem l. 1. c. 15. & l. 2. c. 1. & 6. Nec abſimiliter *Ducheſnius* in hiſt. Bajaniſmi l. 2. §. 57. p. 177. ubi & Calvinum fere ad eadem loca citat.

Ceterum, ut quod ſentio libere proferam, mihi citata loca, immo & plura earundem inſtitutionum ſedulo expendenti, ſenſus ille qui Calvino adpingitur, clare & aperte ocurrit nuſpiam: oculatioribus viris, ſi ipſe lateat, occurrit.

At, ſi me omnia non fallunt, plura dona ſuperna primo homini innocenti vendicavit Calvinus in l. 2. inſt. c. 2. ſect. 12. p. m. 65. edit. Amſtelodam. 1667. in haec verba „ At illa quidem vulgaris ſententia, „ quam ſumſerunt ex Auguſtino, mihi placet, naturalia dona fuiſſe in homine cor„ rupta per peccatum, ſupernaturalibus au„ tem exinanitum fuiſſe. Nam hoc poſte„ riore membro intelligunt, tam fidei lu„ cem, quam juſtitiam, quae ad coeleſtem „ vitam aeternamque felicitatem adipiſcen„ dam ſufficerent. Ergo ſe abdicans a re„ gno Dei, ſimul privatus eſt ſpiritualibus „ donis, quibus in ſpem ſalutis aeternae in„ ſtructus fuerat: unde ſequitur ita exſulare „ a regno Dei, ut quaecumque ad beatam „ animae vitam ſpectant in eo exſtincta ſint, „ donec per generationis gratiam ipſa re„ cuperet.

„ In iis ſunt fides, amor Dei, caritas „ erga proximos, ſanctitatis & juſtitiae ſtu„ dium. Haec omnia quum nobis reſtituat „ Chriſtus, adventitia cenſentur & praeter „ naturam: ideoque fuiſſe abolita colligi„ mus. Rurſum ſanitas mentis & cordis re„ ctitudo ſimul fuerunt ablata: atque haec „ eſt naturalium donorum corruptio. „ Audin?

His ergo poſitis, dum clariora in oppoſitum non eluceant, quis animum induxerit ut inter errones in ſanctum Dogma Calvinum recenſeat? Heinc porro mirari ſubit, *Guilielmum Ameſium* Calvini vindicem nihil ad praefatam Cardinalis cenſuram in ſuo Bellarmino enervato adnotaſſe ap. cit. *Erbermannum*.

(*e*) In praelect. theolog. cap. 3. ap. Bibliothecam fratrum t. 1. p. m. 539.

(*f*) In eiſdem praelectionibus cap. 1. p. m. 537. & in reſponſione ad defenſionem Franc. Juccii, cap. 8. ap. eandem Biblioth. t. 2. p. m. 261. col. 2. & alias.

(*g*) Ap. *Abraham. Calovium* in Anti-ſocinian. par. 2. t. 2. p. 76. col. 2.

(*h*) In proxima Proluſione.

rae innocenti debita, non ſunt ea proprie munera gratiae, ſeu gratuita, vel gratis a Deo conditore collata, ſed naturalia, quatenus ſuapte natura profluunt ex conditione hominis innocentis, aut ipſam conſequuntur. Quocirca nihil in ſtatu innocentiae ſupernaturale ſtatuendum eſt, ſed omnia in eo naturae creationis tribuenda.

Haec ſumma Bajani ſyſtematis, eoque plura collineant ab eodem Authore conſcripta, e. g. in lib. de juſtitia primi hominis capp. 4. 5. 7. 8. & lib. 1. de meritis operum c. 2., tum variae theſes, quas idem literis mandavit, aut ore tenus protulit, tamdiu pontificio mucrone profligatae; qualis illa fuit numero LXXVIII. *Immortalitas primi hominis non erat gratiae beneficium, ſed naturalis ejus conditio*, & LXXIX. *Falſa eſt Doctorum ſententia, primum hominem potuiſſe a Deo creari & inſtitui ſine juſtitia originali* &c. (*i*) (*).

R 2 XIV. *Phi-*

(*i*) Lege *Ripalda*m adverſus articulos bajanos diſp. 1. ſect. 11. cap. 1. & 3. tum *Ducheſnium* in hiſt. Bajaniſmi lib. 2. §. 57. necnon *Vanranſt* in verit. in medio p. 15. ſqq.

ADNOTATIONES.

(*) I. MIrari vehementer ſubit apud prudentes Theologos, quo tandem pravo conſilio fieri potuerit, ut Bajus, alias valde pius & doctus Theologus, in ſyſtema iſtud deſcenderit, adprime quidem elaboratum in ſuum ſcopum, re tamen ineptum, cordatorum rationi ſumme diſſonum, a primis ſanae Theologiae principiis & adagiis mirum in modum exorbitans.

Novi olim Scholaſticum Theologum, & illum quidem perdoctum & eruditum, qui inter loquendum de ejuſmodi Baji entuſiaſmo, ſic, inquit ille, poſſit ejus ſyſtema catholice intelligi, aut ſaltem reformari.

Sublimia, quae praefert ſtatus innocentiae, dona eatenus ſunt debita creationi hominis innocentis, quatenus creatio illa non utcumque creatio eſt, ſed ſingillatim creatio hominis innocentis; quo quidem ſenſu porro ea dona ſuapte natura, & neceſſario conſequuntur creationem hominis, creationem, inquam, non nude ſumtam, & in ſenſu diviſo ab ſtatu innocentiae, ſed ornatiſſime ſumtam, hoc eſt in ſenſu compoſito ejuſdem ſtatus, cujus & ipſa non minima pars eſt.

Sane plura ſunt etiam in ordine ſupernaturali, quae naturalia dicimus, nempe quatenus ſuapte natura & ordine principium aliquod conſequuntur: ſic enim quantum ad ſtatum beatitudinis in Beatis fruitionem, ſecuritatem de aeterno gaudio, dotes corporis glorioſi ac ſimilia, naturales praerogativas plerique nuncupant, quoniam ex mente Deum palam intuente ſponte fluunt, immo neceſſario; atque adeo ipſas dicunt debitas menti, non utcumque, ſed qua Deum palam videt in ſtatu beatitudinis.

Sic etiam in ſtatu Sacerdotii conſecratio corporis & ſanguinis Chriſti, abſolutio peccatorum &c. haud inepte dicuntur munera in ſuo ordine naturalia & debita ſacerdoti qua tali, quoniam ea omnia ſtatus ſacerdotalis importat &c.

Pari igitur ſenſu percommode ac theologice dici poſſet, dona illa ſtatus innocentiae, ex ſeſe ſuperna, deberi creationi hominis, quatenus huic a ſummo Conditore libere poſitae illa omnia neceſſario ſubcedunt, ſcilicet ex quadam naturali convenientia ſeu lege, dictante, indecens Deo fore creare hominem a peccato immunem, quin ipſum ad ſupernum finem elevaret, media ſeu dona ex ſeſe ſuperna obtinendo fini ſuppeditando.

Haec Doctor ille, cui tamen ut adquieſcerem a me nondum impetrare potui. Fortaſſe ipſi facilius adquieſcent qui ſtatum innocentiae reputant omnino neceſſarium, rejecta natura pura, poſita hominis rationalis creatione.

II. Pro Bajo intercedere placuit *Joan. Adamo Oſiandro*, e grege, opinor, Lutheranico; quippe qui in ſuo ſyſtemate theologico, exercit. 43. art. 43. theſi 4. ex tripode definire audet, illum quatenus adſerit, *nec Angeli, nec primi hominis adhuc integri merita recte vocari gratiam* &c. male fuiſſe damnatum a Pio, Gregorio & Urbano.

Pla-

XIV. *Philotheus Jordanus Brunus*, patria Nolanus, impiorum plurium opuſculorum architectus, ſub an. 1600. 17. Febr. ob pertinaciam in tuendis pravis erroribus, Romae vivicomburio addictus, praecurſor nonnullis ſyſtematum Carteſii ac Spinoſae, ex apocrypho Eſdrae libro quarto perperam intellecto Judaeorum gentem ad unum retulit protoplaſten, reliquos vero homines ad Henoch & Leviathan, qui biduo ante creati fuerint. Haec ille carminibus expreſſit (*k*) contenditque, praeter alia, urgere ex nigredine Aethiopum, proceraque Gigantum mole; quae nempe comprobent diverſas hominum ſpecies ab iis, qui ab Adamo Parente deſcenderunt (*l*).

Huic ſyſtemati adhaeſiſſe viſus eſt celebris quidam *Anonymus* peregrinator, qui quatuor aut quinque hominum ſpecies indicatis de cauſſis comminiſcebatur (*m*) (*).

XV. *Janſenius* junior complures Bajane doctrinae articulos ſcriptis ſuis, tametſi alio verborum, phraſiumque fuco, innovare viſus eſt: nec enim ſtudio minus intemperanti quam Bajus, plus aequo naturam integram extulit, eamdemque lapſam depreſſit (*n*). En itaque rurſum, quod huc ſpectat, Bajanum ſyſtema, aliquanto fuſius elucidatum.

1.° Gratia ſeu facultas ad diligendum ſupernaturaliter Deum, & ad

Placent quidem Novatori Bajana figmenta; quum vero nulla ratione ſuam munierit definitionem, nullo quoque negotio nobis ipſe rejicitur.

(*k*) In lib. 1. de monade, numero & figura ap. noſtrum *Zachar.* in diſſ. de ſyſtem. Praeadmitarum c. 1. n. 2. p. 361. quae exſtat in tom. 2. ſui theſauri theologici.

(*l*) Carmina recitat ibidem *Zachar.* c. 6. n. 2. p. 381.

(*m*) Ap. laud. *Zachar.* ex pariſienſi literatorum hominum diario anni 1684. Apr. p. 133.

ADNOTATIONES.

(*) I. IMpium hunc Brunum Dominicani ordinis ſodalem adpellarunt cit. *Zachar.* & *Vincent. Placcius* in theatro anonymorum & pſeudonymorum cap. 2. p. 188. edit. Hamburg. de an 1708. ex *Menagianis*, & p. 191. ex *Joan. Chriſtiano Fromman.*

Repugnat tamen *Echardus* in biblioth. ſcript. ord. Pr. t. 2. p. 342. inquiens, *cujus tamen Bruni nulla mihi apud noſtros memoria*, ac deinceps de authoribus ejus opinionis ſubdit, *nulla hactenus documenta protulerunt, ex quibus conſtet ordinis Praedicatorum veſtem aliquando geſtaſſe.*

Et quidem Brunum inter ſcriptores numeraſſe lego *Konigium* in Biblioth. vet. & nova p. 139. *Toppum* in bibl. Neapolitana t. 1. p. 151. *Scriptorem Patinianorum* p. 34. *Morer.* in Jordane Bruno, *Lexicon hiſtoricum literarium criticum* de an. 1758. t. 1. p. 635. *Bulaeum* in hiſt. univ. pariſ. t. 6. ad an. 1586. p. 786. *Huet.* in cenſura philoſoph. carteſianae p. 256. edit. pariſ. de an. 1694. quin ullus tamen ex iis Brunum Dominicanum vel ne quidem innuat.

Qui adcuratam more ſuo hiſtoriam Bruni contexit, *Brucker.* hiſt. phil. t. 5. a p. 12. diſerte adſerit p. 16. eum familiae Dominicae olim nomen adſcripſiſſe; quod tamen, expenſis omnibus, ſatis probatum non video. Quocirca dubius haereo, donec ulteriora non eluceant contra ejus repugnantiam documenta: quidquid ſupra in Tom. II. p. 5. re minus expenſa, cum *Struvio* ſecus dixerimus.

II. Rationem illam Bruni a nigredine Aethiopum ductam pluribus convellit laud. *Zachar.* cum *J. Alb. Fabricio*, *Gerardo Leibnitio*, aliis.

(*n*) Videlicet in lib. de gratia primi hominis & Angelorum, tum in libris de ſtatu naturae, de ſtatu purae naturae, de gratia Chriſti, quibus ſuum *Auguſtinum* adornavit,

ad obtinendam beatitudinem coeli ita gratis Adamo originaliter collata eſt, ut ad creationem ipſius naturaliter conſequeretur, eo quod naturae ſanae & integrae necdum per peccatum corruptae ea eſſet debita (*o*)... 2.° ſuperna opera, quae arbitrio lapſi hominis per gratiam Chriſti conferri debent, perficere potuit Adam innocens ea naturali arbitrii ſui voluntate, quae in prima naturae conditione conceſſa fuerat; & ita quidem, ut dona illa non donaret Adamo gratia Dei (*p*).- 3.° vita aeterna, quae homini lapſo gratia eſt, homini integro merces fuiſſet (*q*).

4.° Adam innocens per robuſtas liberi arbitrii vires potuit mereri ſupernaturaliter, ac in eodem ſtatu permanere: quocirca merita haec non fuerunt ſpecialia Dei dona, quippe quae Adamo ſpeciali quaquam donatione collata non ſunt (*r*)... 5.° in merita ſuperna ab Adamo innocente producta ita natura & auxilians gratia concurrebant, ut primas partes natura haberet, ac in eamdem ipſa merita tanquam principalem, & efficaciorem operatricem referenda ſint (*s*).

6.° ſuperna gratia creaturae rationali innocenti qua tali debita eſt; atque adeo & Adamo in prima ſui conditione. Heinc ſtatus purae naturae, utpote pugnans ſummopere cum merito naturae rationalis peccato necdum contaminatae, plane impoſſibilis eſt (*t*)... 7.° eſſentiale diſcrimen gratiae in ſtatu naturae integrae, ac gratiae in ſtatu naturae lapſae a Deo collatae, in eo ſitum eſt, quod illi gratiae utpote debiliori reſiſtipoſſit a robuſtis, ſaniſque liberi arbitrii viribus; iſti vero utpote efficaciſſimae ac omnipotenti ab aegrotis & imbecillis vulnerati arbitrii viribus reſiſti nequeat (*u*)... 8.° Quidquid demum *Janſenius* in commendationem Adae innocentis falſo protulit, totiſque viribus confirmandum ſuſcepit ex doctrina S. Auguſtini in pravos ſenſus detorta, & Angelis in ſtatu ſimili conſtitutis adſeruit (*).

XIV. *Prae-*

(*o*) De ſtatu purae naturae l. 1 & 2. paſſim.

(*p*) Lib. de grat. primi hom. & Angel. cap. 7. §. *Nos igitur.* col. m. 106.

(*q*) Ibid. cap. 16. § *Heinc.* col. 163. & alias.

(*r*) Ibid. cap. 8. ſqq. ac rurſum c. 16.

(*s*) Ibid. cap. 16.

(*t*) Lib. 1. de ſtatu purae naturae c. 17. ac deinceps

(*u*) Lib. 2. de gratia Chriſti Salvatoris, cap. 3. ſqq.

ADNOTATIO.

(*) HOC ſyſtema, quod excogitavit Bajus, et pluribus auxit, elucidavitque Janſenius, dudum ab Eccleſia in utroque proſcriptum eſt, ſollemniterque profligatum. Videlicet in propoſitionibus Baji, quas confixerunt ſummi Pontifices Pius V. an. 1567. Gregorius XIII. an. 1579. Urbanus VIII. an. 1641. et in Auguſtino Iprenſi, quem idem Urbanus ipſo anno et ſub eadem Conſtit. *In eminenti*, damnavit.

Suum deinde ſyſtema cum reliquis a Pio et Gregorio proſcriptis theſibus, pio demiſſoque animo revocavit Bajus; itemque virtute Janſenius ſuas illi adceſſiones una cum elucidationibus adjectas, ab Urbano damnatas, quippe qui, ut alias, in Proteſtatione ad calcem ſui Auguſtini ſubnexa animo humillimo proteſtatur pro ſancte correcto proſcriptoque habere, quidquid Romanus Pontifex in eo commentario corrigendum, proſcribendumque duceret.

Non ita vero amborum ducum & authorum laudabilem poenitentiam imitandam duxerunt, qui eorumdem errores confectati ſunt,

Baja,

XVI. *Praeadamitae recentiores* ſub idem medium Seculum XVII. aſſerere non dubitarunt, primum omnium non fuiſſe Adamum, ex quo ceteri quique proceſſerint, ſed ei alios praeceſiſſe. His autem Dux & Author exſtitit *Iſaacus Peyrerus*, gente Gallus, patria Burdigalenſis, ſecta Calvinianus, ac Theologiae profeſſor, ut conjicio. Et quidem ſub hoc ferme ſyſtemate.

Homines, qui ſexta die creati fuere ex *Geneſ.* cap. 1. 26. & 27., ii ſunt, ex quibus ethnici originem duxerunt; & ipſos quidem plurimos, viros feminaſque ubique terrarum creavit Deus, quemadmodum plurima cujuſque generis animantia non ita pridem produxerat. Adam vero, cujus productio refertur deinde *Geneſ.* cap. 2. 7. diutius poſt creatus eſt tanquam pater electi generis, nationis Judaicae, non autem totius humani generis. Quid? quod Moiſes haud ſibi concinnandam duxit generalem cunctorum hominum hiſtoriam, ſed unius duntaxat Judaici populi res geſtas percurrere; de reliquis vero tunc tantum ſermonem inſtituere, quum ad ejuſdem propoſitum pro re nata conferrent, aut aliquem cum rebus judaicis nexum haberent.

Ergo Adae & ejus poſteris lex a Deo impoſita eſt, non aliis gentibus aliunde originem ducentibus. Illi ſubinde, non autem ethnici, utpote communi crimini ob trangreſſionem Adae non obnoxii, Noetici Diluvii ſupplicium incurrerunt: adeo diluvium iſtud univerſale non fuit, ſed eas duntaxat terras, quas incolebant Adae poſteri, aquis obruit; ſubindeque haud omnes terrarum populi a Sem, Cham, & Japhet, tribus Noë filiis prodieruut. Quin etiam utut ethnici, e Praeadamitis exorti ab aliis ſceleribus minime vacui fuerint; haec tamen ſcelera nequaquam illa eluvione expianda fuerunt, quandoquidem ea, ut ita dixeris, materialia erant crimina, propter peccantium inſcitiam, vel-

Bajani, inquam, & *Janſeniani*; propterea & ſuiſmet patronis, & Eccleſiae legibus, & rationis dictamini impudentiſſime injurii. Bajani ſiquidem in Belgio, & in Galliis, Belgioque Janſeniani tot civerunt tumultus & pugnas, ut damnatos in ſuis ducibus errores tanquam innocua dogmata tuerentur, & orthodoxos Doctores, immo univerſas catholicas Academias ad arma vocarent, & ad certamen nonnunquam ferme cruentum.

At ne reliquum prolixae hujus Hiſtoriae pluribus perſequamur, multi nobis otium fecerunt, inter quos facile eminet clariſſ. *Duchesn.* in hiſt. Bajaniſmi, quem ſedulo evolvas, ſi vacat & licet, nec pigebit.

Confixas Baji theſes, & reliquam Bajaniſmi doctrinam, etiam quae praeſenti Dogmati adverſatur, multi e noſtratibus Doctoribus confutarunr, at prae ceteris, quod ſciam, ſtrenuiſſimo marte *Ripalda* noſter in adpend. ad tom. 3. de ente ſupernat.

Janſenianiſmum vero qui ſimiliter oppugnarint haud ita facile repereris. Satius quippe plerumque ſapientibus Theologis viſum eſt oppugnare ex profeſſo v. famoſas illas theſes ex Auguſtino Janſenii excerptas, ac toties vaticano anathemate fulguritas; ceteras vero ejuſdem Auguſtini opiniones, cum eis quinque inconnexas leviter tantum, aut obiter refutare; ſi tamen unam excipias de ſtatu purae naturae quaeſtionem, quam fuſius & ardentius ediſſerere plerique conſueverunt adverſus Bajum & Janſenium.

Ita quidem in hanc rem egiſſe comperimus ex Anti-Janſeniſtis primipilos, puta *Franc. Annatum* t. 2. opuſculor. de Auguſtino a Bajanis vindicato, *Joan. Bagotium* in defenſione libertatis et gratiae chriſtianae, *Steph. Dechamps* de haereſi Janſeniana, *Petr. Manſo* in Auguſtino ſui interprete et adſertore, *Jo. Laurent. Luchesinium* in polemica hiſtor. Janſeniſmi.

vel cognitionis defectum, nec enim ab ipsis Deus sibi injuriam inferri arbitrabatur; atque adeo nec ejusmodi scelera ipsis ea perpetrantibus imputanda erant, ac demum nec punienda.

Haec *Peyrerus* excogitavit, pluribusque confirmare ac illustrare conatus est, petitis argumentis e sacra pagina, praesertim ex epist. ad Roman. c. 5. 12. sqq. atque ex vetustissimis gentium monumentis, aut potius fabulosis insanientium hominum opinionibus (*x*). Quid vero de perridiculo ac impio commento? Idem Peyrerus, meliora sapiens, ejus fata indicavit in haec verba (*y*). „ Hoc nimirum male habuit theologos eosdem omnes, in quascumque sectas hodie divisi sunt. Quique omnes, in aliis „ dissentientes, in hoc vero consentientes, & agmine facto, irruperunt „ in librum meum, illumque oppugnaverunt authoritatibus omnibus „ SS. Patrum, sacrosanctorumque Conciliorum, nec non universali consensu totius Ecclesiae christianae. „ Et quidem systema ipsum illico perstrinxerunt *Joan. Conrad. Dannhavverus*, *Jo. Henric. Ursinus*, *Samuel Maresius*, *Jo. Hilpertus*, *Philipp. Prior* sub nomine *Eusebii Romani* (*z*) tum *Saldenus* & *Calmetus* proxime advocandi, post *Heideggerum*, *Turretinum*, *Burmannum*, ac nuperrime Cl. *Perrimezz.* (*a*) *Serryus* (*b*) *Berti* (*c*) *Zacharias* (*d*) *Nat. Alex.* (*e*).

Et quod caput est, idem se ipsum confutavit *Peyrerus*, ubi post varia fata Romanum ad asylum confugiens, coram Alexandro P. VII. una cum Calvinismo systema suum de Praeadamitis ex animo ejuravit (*f*). Quo denique singulari resipiscentiae exemplo erronibus posteris ad imitandum relicto, apud beatissimae Virginis de Virtutibus in Collegio Patrum Oratorii prope Lutetiam Parisiorum, quo se contulerat, diem postremum clausit octogenario major an. 1676. 31. Jan. (*g*) (*).

XV. *Pa-*

(*x*) In exercitat. praevia, cui titulus *Praeadamitae*, ac fusius in subsequuto Systemate theologico ex Praeadamitarum hypothesi libris 5. edit. Amstelodami, subpresso Authoris nomine, sub an. 1655.

(*y*) In epistola ad Philothimum excusa Romae an. 1657. p. 30.

(*z*) Eos nobis retulit *Sianda*, in Lex. pol. art. *Peirerus Isaacus*.

(*a*) In Theol. t. 2. diss. 158. p. 375 sqq.

(*b*) De opif. mundi, praelect. 5. sqq.

(*c*) Lib. 12. c. 1.

(*d*) In diss. cont. Praeadamitar. systema.

(*e*) Hist. eccl. vet. test. t. 1. diss. 3. art. 1.

(*f*) Ita rem edisci mus ex laudata *Peyreri* epist. ad Philotimum, et ex adjecta ibidem *Peyreri* e usdem Deprecatione ad Alexand. VII. super libro edito, cui titulus est *Praeadamitae* &c.

(*g*) Teste *Calmeto* in Genes. 2. 7. & in dict. bibl. art. *Praeadamitae*.

ADNOTATIONES.

(*) I. GUlielmus Saldenus in otiis theol. l. 1. exercit. 3. n. 7. p. 64. haec habet de nostro Peyrero „ hic enim „ fastuoso conatu . . . adstruere aggressus est, „ Adamum & Evam primos in mundo homines non fuisse, sed plurimos alios infinitis „ ipsis seculis priores exstitisse... Ipse de se ipso „ id etiam jactat tract. sui exercit. 2. „ *Ego*, inquit, *contra communem omnium Theologorum sententiam Praeadamitas in theatrum produxi* „.

Ego vero in scriptore nostro fastuosum illum conatum non video, immo potius ingenuam quamdam modestiam laude dignissimam, quae humilem demissumque animum prodit, e. c. in praefata exercit. cap. 8. p. m. 26. ubi haec lubens perlego „ si licet per Do„ minos & Magistros meos, Doctores ortho-

„ do-

XVII. *Paſchaſius Queſnellus* his Baji & Janſenii ſyſtema infeliciter innova-

„ doxos, penes quos jus eſt ſummum inqui-
„ rendi de theologicis, & quorum judicio
„ me, meaque omnia obſequenti & coeca
„ religione devoveo, experiar num facilior
„ adcommodetur his verſibus explicatio, ſi
„ dicimus &c.

Et hanc quidem modeſtiſſimam formulam in ſuo commentario *multoties*, *verbiſque conceptiſſimis edixiſſe* idem vere proteſtatur in laud. epiſt. ad Philotimum p. 35. Lege praefationem, ſeu prooemium in ejus ſyſtema theologicum ex Praeadamitarum hypotheſi.

Adde celeberrimam clauſulam capitis 27. qua citatam exercitationem abſolvit pag. 70. quae hic habet „ Tertium eſt quod unice le-
„ ctorem meum oratum velo. Ut quaecum-
„ que huic congeſſi, ſcripta puret exercita-
„ tionis gratia. Nihil enim auſim adſerere
„ de his, quae videntur parum convenire cum
„ recepta opinione totius Eccleſiae; cujus
„ praeceptis, atque illud iterum edico, to-
„ tum me ſine fraude et devotiſſime addico „.

Quin et eandem clauſulam in argumentum ſui animi demiſſionis ac ſinceritatis, integram propoſuit Iſaacus Alexandro Pontifici in laud. Deprecatione p. 18.

Praeterea verba illa, quae tanquam a Peyrero arroganti ſupercilio conſcripta ultimo loco poſuit *Saldenus*, re talia non ſunt, immo vero haec alia (in exercit. c. 8. p. 27.) „ non inficior, quin primo obtutu ſtatuere
„ primos homines ante Adamum conditos
„ praeter communem Theologorum omnium
„ ſententiam, conturbare videatur conſcien-
„ tias, non in tranquillo illas collocare „. Heu quam diverſa!

Quid ergo tam infideliter atque acerbe Saldenus intolerabilis arrogantiae Iſaacum reum confingit? Anne acatholicum virum pupugit, quod ille ad noſtra caſtra unice orthodoxa, repudiatis Calvinianis, ſe receperit? Et vero ingenuos quoſque, ſinceroſque Scriptores lex illa tenet, SEMPER ET UBIQUE VERITATI LITANDUM. Plura de rebus *Peyreri Baelius* in dictionar. & alii, quos plena manu dabit cit. *Zachar.* cap. 1. num. 5. & 6.

II. Famigeratiſſimus ille Chymiſta *Theophraſtus Paracelſus*, alias *Bombaſt*, natus in vico Helvetiorum Hohenheim an. 1493. ac denatus 1541. praeluxiſſe fertur a pleriſque Peyrero, eo quod in Philoſoph. magn. tract. de homuncul. p. 159. diſtinctionem inter homines Adamicos & non Adamicos invexerit? quippe, *Voëtio* interprete in diſp. ſelect. vol. 1. p. 738. „ ſenſit Deum praeter homines Ada-
„ mi poſteros, etiam alia quatuor hominum
„ genera carnibus, oſſibus, ratione praedita
„ creaſſe, eoſque in ſingulis elementis col-
„ locaſſe: in terrae viſceribus Pigmeos &
„ Gnomes; in aquis Nymphas & Undenas,
„ in aëre Sylvos & Meluſinas; in igne Vul-
„ canos & Salamandras; & incertum adhuc
„ eſſe, cuinam hominum generi fides vera
„ in Deum ſit data, & via ad ſalutem pate-
„ facta.

Haec quidem ediſcimus ex *Saldeno* proxime laud. §. 9. Quum vero nec Paracelſum, nec Voëtium ubi citantur evolvere datum ſit, haud facile poſſumus noſtrum in hac Paracelſica cauſſa aequum ferre judicium.

Scio equidem, hunc eximium Medicum a multis cum *Merſenno* in Geneſ. cap. 1. 1. col. 649. ſqq. & 711. cum ſceleratiſſimis Theologis reputari, tanquam architectum plurium impiiſſimorum dogmatum, immo Atheum ex adſertis *ſuperius* Tom. II. pag. 5.

At nec inde ad eum illico in hac cauſſa dijudicandum abripiamur, oportet, alii enim ſunt ei patroni & vindices ap. *Popeblunt* in cenſ. celebrior. Auth. in Paracelſo, *Hoffmann.* in lex. univerſ. etiam in Paracelſo, *Brucker.* hiſt. phil. t. 4. p. 661. ſq.

Quod ſi demum liceat cum eodem *Bruckero* judicium ferre (nec enim ad longiorem diſſertationem locus eſt) creaturae illae quas dixerat Paracelſus in quatuor elementis creaſſe Deum, *inanimatae* fuerunt, *videlicet ſine anima intellectuali*. Totidem ille verbis ubi recenſet Theophraſti dogmata chymica, p. 678. n. XIII. cui interea non inviti adhaeremus, nec Praeadamitis eum Medicum adnumeramus.

III. Cenſuit ibidem *Saldenus* n. 8. propius *Peyrero* proluſiſſe *Andream Caeſalpinum*, Aretinum, Clementis P. VIII. Archiatrum, vita functum an. 1603; quod nempe primos & vetuſtiſſimos homines inſtar murium & ranarum ex putri materia effectos eſſe pronuntiarit. Sic ille, ac nullo crimini adducto teſte, nec loco, ubi Caeſalpinus illud adſerat.

Porro Caeſalpinus in ſuis quaeſtionibus peripateticis ita infeliciter ac impie inſanire viſus eſt, ut multi cum *Frehero*, *Parkero*, *Taurello*, *Buddeo*, *Leibnitio* ap. & cum *Reimman-*

novavit. 1.° *gratia Adami innocentis non niſi merita humana producebat* (*h*) ... 2.° *gratia Adami eſt ſequela creationis & erat debita naturae ſanae & integrae* (*i*) (*).

3.° *Differentia eſſentialis inter gratiam Adami & ſtatus innocentiae, ac gratiam chriſtianam eſt, quod primum unuſquiſque in propria perſona recepiſſet, iſta vero non recipitur niſi in perſona Jeſu Chriſti reſuſcitati, cui nos unitè ſumus* (*k*). Haec autem coincidere videtur cum Bajana XLII. & cum Proteſtantica doctrina de juſtitia nobis duntaxat imputata, non autem phyſice inhaerente, ex notiſſima Tridentini definitione.

4.° *Gratia Adami, ſanctificando illum in ſemetipſo, erat illi proportionata; gratia chriſtiana nos ſanctificando in Jeſu Chriſto, eſt omnipotens & digna Filio Dei* (*l*). Plane ſuboſcura & ſatis dubia haec theſis eſt; nec enim ſatis illa explicat, quam gratiam adtingat, ſanctificantem ne, ſive auxiliatricem. Ceterum de quacumque illa differat gratia, falſo ac erronee loquitur, ut plane liquet (*m*) (**).

manno de Atheiſmo chriſt. p. 369. cum Atheorum diptychis merito inſerendum eſſe judicarint: quod itidem nos *ſupra* tetigimus Tom. II. pag. 5.

Verum eſto, ne longiore quaeſtione implicemur: adtamen, quod rem noſtram ſpectat, inter erronea Caeſalpini dogmata, quae ex ſuo infenſiſſimo hoſte *Taurello* fideliter, adcurateque, more ſuo, congeſſit laud. *Brucker.* t. 4. p. 222. ſqq., vel ne umbram quidem illius reperio, quod ei Saldenus adfixit. Atque adeo cauſſam iſtam ſaltem in medio relinquamus, oportet.

IV. Peyrero ſine dubio proxime prolusit *Anonymus* ille nebulo qui ſub aetate Dionyſii Petavii in libro, quem inſcripſit *Epiphaniam*, multis praemiſſis deliramentis, concludit, duo eſſe hominum genera: unum terrenum, qualis fuit Adam; alterum coeleſtium, cujuſmodi Chriſtus exſtitit, itemque Melchiſedecus, ante Adamum, nec humano ſtatu editus, immo ante lucis exortum. Pudet quidem vel ipſam innuiſſe impiiſſimam fabellam. Legito laudat. *Petav.* t. 3. de opif. ſex dier. l. 1. c. 4. n. 3. ſqq.

(*h*) Eſt prop. XXXIV. ex proſcriptis in Conſtit. *Unigenitus*, in Joan. 1. 16. & in 2. Cor. 5. 21.

(*i*) Prop. XXXV. in 2. Cor. 5. 21.

ADNOTATIO.

(*) CONferendae ſunt theſes iſtae cum Bajanis & Janſeniſtis mox praelibatis. Ac inſuper quantum ad eam, quae primo loco notata eſt, animadvertere juvabit, quod in ſyſtemate Iprenſis meritum proveniens a gratia, cui creatura reſiſtere poſſit, qualem ipſe deſcripſit gratiam Adae innonentis, non eſt ſupernaturale Dei donum, ſed mere humanum, utpote a mero libertatis arbitrio profectum: & huic quidem ſyſtemati Queſnellus inſtitit adverſus gratiam mere ſufficientem, ubi praefatam theſim vulgavit.

(*k*) Prop. XXXVI. in Rom. 7. 4.

(*l*) Prop. XXXVII. in Epheſ. 1. 6.

(*m*) Plura Interpreres oppugnatores Queſnellianarum theſium cum *Lafontenio*, *Viva*, *Deſiranto*, *Sellerio*, *Biſſyo* in IV. expoſitas a nobis.

ADNOTATIO.

(**) ERronibus hac Sectione productis alii apud nonnullos adcenſentur, at de quibus tamen erroris fama & nota fortaſſe omnino certae dici nequeant.

Videlicet primum *Armeni* docuerunt, Adam & Evam ſi permanſiſſent in juſtitia, non coituros unquam; nec item ex conſequenti tum hominum genus per commixtionem propagandum fore. Ita *Guido* in ſum. de hereſ. ubi de Armenis, errore & cap. 11. & ex eo *Caſtrus* art. *Adam & Eva*, errore 3.

Ego tamen haec dogmata nec inter vetuſtio-

SECTIO II.

DE ERRORIBUS IN IMMORTALITATEM ANIMORUM.

MIttimus heic, ne ſimus aequo prolixiores, complura, quae adferre poſſemus figmenta de praeexiſtentia animorum omnium, productione ex traduce, metempſycoſi, ſeu tranſmigratione, corporeitate &c., ac ſummo pollice illos duntaxat indicamus, qui in Immortalitatem ferme evidentem ipſorum impie juxta ac imperite debacchari ſunt. En itaque qui animos eſſe, aut ſuapte natura, aut divino intercedente decre-

ſtiores Armenos, nec inter recentiores obtinuiſſe reperio apud *Galanum*, adcuratiſſimum illius gentis dogmatum hiſtoriographum, in conciliat. Eccl. Armenae cum Romana. Lege quae in anteceſſum hanc in rem admonuimus Tom. II. p. 475. ſqq. in Adnot.

Sed & pro eodem dogmate vel plane adfertores, vel ſaltem fautores perplurimi laudari poſſunt ex noſtratibus: e. c. *Chryoſt.* hom. 18. & 20. ſup. Geneſ. *Author* de opificio hominis, Nyſſeno adtributo c. 17. & 18. *Aug.* l. 1. de Geneſi contra Manichaeos cap. 19 & alias, *Hieron.* diſput. contra Jovinian. lib. 1. *Damaſc.* de fide orth. l. 2. c. 30. & l. 4. c. 24. *Procop.* ad cap. 4. Geneſ. *Euthym.* in pſ. 50. *Jodoc. Clicthov.* in comment. in Damaſcen. & in adnotationibus ad lib. Rich. Victorini de Trinit. prop. 18.

Ergo ne tantorum Doctorum coetui opinio haec tanqnam certus error imputanda? Ubinam vero eccleſiaſtica de ejuſmodi errore definitio, eſto oppoſitam opinionem Scholae vulgo teneant cum *Angelico*? Conſtat autem, quaeſtiones de homine, ſi in ſtatu innocentiae perduraſſet, ventilatas, potius curioſas & ſubtiles ut plurimum eſſe, quam ſolidas, aut in Scripturis revelatis fundatas.

Audio quidem *Auguſtinum*, Adamianos inter haereticos referentem l. de haereſ. c. 31. haec de ipſis adſerere, *credunt ergo, quod nuptiae futurae non fuiſſent, ſi nemo peccaſſet.* Eccur autem? quoniam *nuptias averſantur, quia nec priuſquam peccaſſet Adam, nec prius quam dimiſſus eſſet de paradiſo cognovit uxorem.*

Verum Auguſtinus opinionem illam propter nexum hiſtoriae protulit, non autem quod illam reputaret erroneam; ceteroqui S. Doctor pro eadem opinione tanquam laudabili nuperrime citatus a ſe ipſo turpiter diſtaret, quod abſit.

Et quidem *Epiphanius*, quem in ſua polemica de haereſibus hiſtoria ut plurimum exſcripſit *Auguſtinus*, ubi Adamianos exagitat haer. 52. aliis productis, perſtrictiſque erroribus, hunc de quo diſſerimus, omnino reticet. Quin & ipſum praetermiſerunt alii vetuſtiores, qui eorumdem Adamianorum dogmata in ſcenam produxerunt, nempe *Clem. Alex.* l. 3. ſtrom. ac *Theodoret.* haer. fab. l. 1.

Eundem denique errorem minime agnovit in Auguſtiniana narratione Cl. *Laurent. Cozza* in commentar. in l. S. Auguſtini de haereſ. t. 2. in c. 31. a p. 222; nec ipſe eundem Adamianis adſcribit, etſi alias ſatis liberaliter errores haereticis adtribuere conſueſcat, qui nempe ſuis conſutationibus uberiorem materiam praeſtent.

Ejuſdem deinde opinionis tanquam erroneae *Lutzemburg.* in Almarico, & ex illo uno *Caſtr.* proxime laud. *Almaricum*, alias notatum coarguunt, quod docuerit, in ſtatu innocenti nullam fuiſſe futuram diſtinctionem ſexus.

Ceterum reponent alii, unius *Lutzemburgi* authoritatem, qua illa opinio Almarico adſeritur, valde dubiam eſſe; in eo quippe apud Criticos valde plurimum deſideratur diligentiae atque adcurationis in diſquirendis adfigendiſque ſuis authoribus dogmatis quae commentatur.

Ad extremum Cardinal. *Cajetanus* formationem Evae ex coſta Adami, quae habetur *Geneſ.* cap. 2. 21. & 22. cenſet non re, ſed metaphorice & per allegoriam eſſe intelligendam: id quod ab ſuo acumine enatis argumentis adprobare contendit in ſuis commentariis ad citata loca. Et iis quidem perducti Doctores aliqui eam opinionem ab errore liberam volunt, atque duntaxat ad ſingulares & heteroclitas amandandam.

Alii tamen fortaſſe rectius eam dicunt erroneam; quoniam & Scripturae, & chriſtianae traditioni, & omnibus Patribus, facriſque Interpretibus adverſatur. Legitor *Trident.* ſeſ. 4. §. *Praeterea*.

decreto mortis expertes (quaſi animo carentes) ſimpliciter inficiati ſunt.

Ex Ethnicis

I. *Democritus* Abderites Eleaticae ſectae profeſſor, qui atomiſticum ſyſtema excogitavit ſub Seculum v. ante vulgarem aeram, obiiſſeque fertur Olympiade 94. annos natus 109. (*n*) cui *Leucippum*, alioſque *Anonymos Pythagoreos*, una cum *Hypocrate* Medicorum principe adnectit Jul. Caeſar Lagalla (*o*)... II. *Dicaearchus* Miſſenius Philoſophus (*p*)... III. *Epicurus* (*q*) cum *Lucretio* (*r*) ceteriſque e ſuo grege (*s*)... IV. *Ariſtoteles* (*).

S 2 V. *Stoi-*

(*n*) Ap. *Lactant.* inſt. l. 3. c. 17. ac rurſum l. 7. c. 7.

(*o*) In comment. de immort. animor. l. 2. c. 7. p. 222. ſq.

(*p*) Ap. laud Lactant. tum ap. *Tullium* Tuſcul. qq. l. 1. cap. 10. 20. *Plutarch.* cont. Colot. *Euſeb.* praep. ev. l. 15. c. 9. *Sext. Empir.* adv. Mathem. l. 7.

(*q*) Ap. *Plutarch.* de placit. philoſ. l. 4. cap. 7. Conf. *Gaſſend.* in phil. Epicur. par. 2. *Budde.* in theſ. de Atheiſmo p. 558. ſqq. *Bruck.* hiſt. phil. t. 1. p. 1281. n. 138. & 139.

(*r*) Lib. 3. v. 844.

(*s*) Ap. *Tullium* qq. Tuſcul. l. 1. non multo poſt init.

ADNOTATIO.

(*) IN controverſiam utrinque agitatiſſimam incidimus. Erronem heic cum declamitant ex ſuiſmet operum textibus immenſus Doctorum hominum chorus, qui ex Patribus, & Philoſophis, iiſdemque plurimis peripateticis, coaleſcit. Innocentem vero, adſertoremque immortalium animorum ex adverſo depraedicant, adductis etiam ex Ariſtoteleis commentariis argumentis, vindices perplurimi.

Reum itaque impietatis noſtrum notant Philoſophum ex Patribus *Juſtin.* in protrept. ſeu cohortat. ad Graecos, *Origen.* l. 2. cont. Celſ. *Euſeb.* praep. evang. l. 15. capp. 9. 10. 11. ex Attico, Plotino, Porphyrio, *Nazianzen.* orat. 33. & diſput. cont. Eunom. *Nemeſ.* l. de nat. homin. c. 2. *Theodoret.* l. 5. graecar. adfect. *Aeneas Gazaeus* in Theophraſto, ſeu dial. de immortalit. anim. & reſurrect. corp. fere ſub init. *Pſeud-Origen.* in philoſophumenis c. 6.

Ex Philoſophis vero Gentilibus *Atticus*, *Plotinus*, *Porphyrius* ap. Euſeb. proxime cit. quibus vulgo adhaerent reliqui Platonici veteres: tum ex eiſdem Peripateticis *Alexand. Aphrodiſ.* tr. de anima, *Averroës* ubi de intellectu agente, *Cajetanus* l. 3. de anima, *Petrus Pomponatius* l. de immort. an. *Simon Portius* in libello de mente humana. Quibus adde juniores Eclecticos paſſim, cum *Walchio* in pareg. cad. c. 3. ſect. 4. de Atheiſmo Ariſt. §. 3. p. 2. ſqq. *Cudworth* in ſyſt. int. pag. 66. ſq. *Them.* ibid. nota (9).

Alii vero propemodum innumeri Ariſtotelis cauſſam perorarunt: videlicet veteres Philoſophi Interpretes in ejus libros de anima & de partibus animalium, puta Peripatetici *Theophraſtus*, *Themiſt. Philopon. Simplicius*; tum univerſus Peripatiſmus recentior (paucis exceptis) cum *D. Thom.* in commentariis ad ea, pluraque Ariſtotelis loca, *Albert.* tr. 2. de ani. c. 20. & tr. 3. cap. 13. *Durand.* in 2. diſt. 18. q. 3. *Bened. Perer.* de comm. rer. nat. princip. l. 6. c. 19. *Suar.* l. 1. de anic. 11. n. 6. ſqq. *Eugub.* de per. philoſ. l. 9. c. 8. ſqq. *Laelio Vincenti* in quaeſt. de immort. an. ſub init. *Hieron. Pontano* de immort. an. ex ſententia Ariſtotelis, *Auguſt. Oregio* in vera Ariſtotelis ſent. de immort an. *Bernar. Treviſano* in meditat. de immort. an. medit. 9. §. 2. & 3. *Galeo* in philoſ. gener. par. 2. l. 1. c. 1. ſect. 2. §. 3. pag. 700. *Jul. Caeſ. Lagalla* de immort. an. ex Ariſt. ſent. *Ant. Sirmond.* de immort. an. *Fortun. Lyceto* in tr. cont. Cremninum, *Dan. Huet.* in qq. Alnet. l. 2. c. 8. §. 3 *Silhonio* de immor. ani. p. 26. in l. 1. &c. &c.

Nec praeterea defuerunt qui cum *Scoto* in 4. diſt. 43. *Hervaeo* quodl. 1. queſt. 11. & in 2. diſt 1. c. 1. & *Auguſt. Nipho* tr. de immort. an. cap. 1. exiſtimarunt, Ariſtotelem in hac quaeſtione nihil certi adfirmaſſe, ſed animo prorſus dubium, ancipitem, anxium haeſiſſe; ſi nempe Ariſtotelei in utramque partem adlegati textus adcurate expendantur. Et in hanc quidem partem concedere pene videntur noſtri

V. *Stoici varii*, dubii ſaltem ac diverſum inter ſe de duratione animorum ſentientes. Ex iis ſiquidem *Seneca* ad immortalitatem illorum aliquando adcedere videtur, ac etiam recedere. (*t*) *Epictetus* (*u*) cui adhaeſit *Marc. Aurel. Antoninus* Imp. (*x*) decrevit eos diſſipari aut reſolvi in ea elementa, e quibus conflatos fuiſſe autumabat. *Tacitus* (*y*) magnos duntaxat animos ab interitu excepit. *Chryſippus* ſolos ſapientum (*z*) *Cleanthes* ſtatuit omnes permanſuros, at non niſi uſque ad temporaneam mundi, quam ſibi confinxerant Stoici, conflagrationem (*a*) *C. Plinius* credidit, omnes morte corporis penitus interire (*b*) imitatus nempe verba & ſenſum *Euripidis*, ſic canentis (*c*)

Non eſſe notum & mortuum eſſe, idem puto.

Anonymi praeterea commenti ſunt, animum, utpote ignem ab aëre condenſatum, in undis extingui poſſe, tanquam loquuti ex ſententia *Homeri*, illud inclamantis,

Ajax diſperiit poſtquam bibit aequoris undam (*d*).

Alii Anonymi autumarunt, animum hominis magno pondere contriti permeare non poſſe, ſed ſtatim ſpargi quoniam ipſi exitus liber non fuerit (*e*). *Alii* demum ſibi ſtatuendum duxerunt, animos haud ſtatim ac e corpore diſceſſerint, ſpargi; ſed corporibus in ſepulcris adeſſe, donec putrefiant ac eſſe deſinant (*f*). Mirum quidem & magnopere dolendum

noſtri *Conimbricenſes* in tr. de anima ſepar. diſp. 1. art. 2., addentes, illum magis propendiſſe in immortalitatem animorum.

„ Sed quia videbat (ſic ipſi pergunt) ſe „ heinc argumentis perurgeri, illo praeſertim de animorum infinitudine, perplexa „ dictorum varietate rem obſcuraſſe, vel certa ita diſputationum ambage implicuiſſe, „ ut ingenia potius ſtudioſorum ad inveſtigandum excitaret, quam aliquid certum, „ fixumque relinqueret.

Haec illi, quae prae ceteris plane comprobare videtur nomen ipſum Ἐντελέχειας, quo animam inſignivit, hanc demum definiens, entelechiam primam corporis naturalis organici, vitam potentia habentis (ap. *Bruck.* t. 1. pag. 821. n. LIX.) Et vero de ſignificatu ejus vocis nondum hucuſque liquet & convenit apud Eruditos; adeo ut ſcite ac lepide eam ſic ibidem interpretetur *Bruck.* „ ὁ ἐν- „ τελέχειαν dixit, id eſt, ſi dicendum „ quod res eſt, ſubſtantiam neſcio quam, „ quae vita &c.

Fortaſſe animo tenuit Ariſtoteles animorum immortalitatem; quum vero in quibuſque opinionibus a placitis Platonis magiſtri diſcedere adfectaret, ut novam & oppoſitam philoſophandi rationem tanquam celebrior author inveheret, non auſus tamen eam immortalitatem, a Platone firmiſſime adſertam, adceptamque apud viros doctos, aut palam aut clanculum oppugnare, rem indeciſam a ſe relictam aeſtimari maluit, aut potius ſuam, ne videretur cum platonica convenire, novo ſyſtematis ordine, obſcuriſque vocibus implicavit.

Et haec nobis in quaeſtione obſcuriſſima divinaſſe ſatis eſto.

(*t*) Lege eum in epiſt. 63. & 102. & conſol. ad Mar. cap. 19.

(*u*) Diſſ. 3. cap. 13.

(*x*) Lib. 4. de rebus ſuis §. 14. 21. & l. 8. § 50. ex edit. Thom. Gatakeri cum notis Caſauboni heic conſulendis.

(*y*) In Agricola.

(*z*) Ap. *Tullium* qq. Tuſcul. lib. 1. & *Laërt.* de vit. phil. l. 7. ſegm. 157. in Zenone.

(*a*) Ap. laud. *Laërt.*

(*b*) In Hiſt. nat. l. 7. cap. 55.

(*c*) In Troadibus.

(*d*) Conf. *Thomaſius* in diſſ. de morte in undis gentilibus invita ap. Obſervat. Halenſ. t. 7. obſ. 9.

(*e*) Ex *Seneca* epiſt. 57.

(*f*) Ex *Servio* in Virgil. Aeneid. 3. v. 64. Conf. *Numen.* l. 1. de bono ap. Euſeb. praep. l. 15. c. 17. ſqq.

dum ita in hanc rem insaniisse homines e secta ac philosophia alias prudenti atque naturali rationis lumini satis consona (*).

Ex Sectis Judaeorum

I. *Sadocaei* itidem animis Immortalitatem ademerunt, vulgantes eos una cum corporibus interire (*g*). Id ipsum pariter tuentur qui, tametsi rari, occurrunt hodieque *Sadocaei* in Africa & alibi (*h*) *Samaritis* universe demum idem adtribuit dogma *Leontius Byzantinus* (*i*) tacentibus vero *Epiphan. Damasceno*, ac ceteris, quos viderim, de dogmatis Samaritarum agentibus.

Ex Acatholicis

I. *Heracleon* Valentino familiaris sub an circ. 146. mortalitatem animorum adprobare ac adserere visus est (*k*) (**).

II. *Ara-*

ADNOTATIO.

(*) *Plutarchus* de placitis phil. l. 4. c. 7. & *Numenius* mox laud. omnibus generatim Stoicis adscribunt illam paucorum opinionem, quae statuit, animos duntaxat Sapientum non unquam interituros. Contra vero *Lactant.* inst. l. 3. c. 18. eos omnes efficit adsertores generalis Immortalitatis, una cum metempsycosi Pythagorica quoad remigrationem in humana corpora. Ipsique consentit *Damascen.* in l. de haeres. ubi de sectis Graecorum n. 7. in t. 1. oper. p. 78. ex edit. Lequienii.

Ceterum *Epiphanius* (quem heic exscripsit Damascenus) haer. 5. ubi de Stoicis, eis illam generalem Immortalitatem adserit, metempsycosim vero reticet. Quod miror fugisse *Lequienium*, ubi plane debuerat Damascenicum hoc erratum emendare, duce *Justo Lipsio* de physiol. Stoicor. l. 3. diss. 12. sub init., adfirmante nihil tale de praefata netempsycosi, immo contra, apud idoneos Authores legisse.

Anne vero praefatus Lactantius idoneus author? Nec talem porro eum reputat, immo expresse rejicit, & quidem merito, una cum citato Damasceno, *Brucker.* t. 1. ubi de secta stoica p. 951. §. 71. Immo miror quoque, duos e postremis Lactantii Interpretibus *Nicol. Lenglet* & *Eduardum a S. Xaverio* suum Authorem hac in re non notasse.

Quin etiam *Seneca*, *Epictetus*, *Tacitus*, *Tullius*, *Plinius*, *Servius*, *Antoninus* pro sententiis oppositis hoc capite fideliter adlegati, authoritate mihi praestare videntur huc vocatis Plutarcho, Numenio, Lactantio, Damasceno; quorum propterea adserta proposita de systemate Stoico circa immortalitatem animorum, recta ratio jubet illico corrigenda.

(*g*) Ex *Fl. Josepho* de antiq. Jud. l. 18. cap. 1. n. 4. p. 871. ex edit. Sigeberti Havercampi de an. 1726.

(*h*) Lege *Calmet* in dictionar. biblico, art. *Saducaei*.

(*i*) Lib de Sectis, act. 2. sub fin.

(*k*) In comment. ad cap. 4. Joannis ap. *Origenem* tomo 18. in Joann. aliquanto post init. ubi illum egregie confutat.

ADNOTATIO.

(**) Haeresiarches hic, Heraclitarum parens, e schola pleromatici illius Valentini prodiit, ut aperte liquet ex *Iren.* l. 2. c. 4. atque *Tertull.* in lib. adverss. Valentinianos c. 4. & de praescript. cap. 49. sub fin., non autem ex officina Colorbasi, cui eum subcesserem adsignavit *Epiphan.* haer. 36. §. 1. at sine testibus & tabulis.

De Heracleone plura narrarunt laudati *Iren.*, *Tert.*, *Epiph.*, tum *Clem. Alex.* 4. strom. *Augustin.* haer. 16. *Theodor.* haeret. fab. l. 1. c. 8. *Philastr.* c. 41. *Praedestin. Sirmondianus* c. 16. *Damascen.* haeres. 36. Ex iis vero nullus errorem Heracleoni ab Origene adictum commemorat; fortasse quia omnibus ignotus erat illius commentarius in Evangelium Joannis, impius plane, ac ineptiis aliis refertissimus.

Et vero adeo illum novit Origenes, ut videatur suos duos supra triginta tomos in Joannem, illum unum confutandi gratia concinnas-

II. *Arabes* quidam pervicaciter adſeruerunt ſub Sec. III. hominum animos in praeſenti quidem ſeculo una cum corporibus interire atque corrumpi; rurſum vero reſurrectionis tempore cum iiſdem ſimul corporibus ad vitam fore redituros. At eos tandem Origenes, coacto hanc ob cauſſam Concilio, nervoſa & praefervida diſputatione erroris palam convicit, & ab eodem revocavit (*l*). Praefatam Erronum Arabum ſententiam ab orco deinde ſuſcitarunt nonnulli e grege *Anabaptiſtarum* (*m*).

III. *Chaeremon Zoſimus* presbyter, & *Maron* ſub an. circ. 430. tenuerunt pariter quod animi una cum corporibus extinguantur (*n*).

IV. *Thnetopſychitae* forte ſub an. circ. 600. eandem promoverunt impietatem, humanum animum belluino ſimilem inducentes (*o*).

V. *Barbara* Sigiſmundi Imperatoris conjux, fato functa Hradecii, quod eſt Bohemiae oppidum, an. circ. 1420, mulier prorſus Epicurea, Sadocaeaque audiit; nihil ſiquidem de immortalite animorum credidit, ſed tam ſuperos quam inferos, voluptatibus prorſus dedita, ridebat (*p*).

VI. *Hermannus Riſvich* alias notatus, Barbarae omnino compar, docuit animum una cum corpore interire, ſicut cum corpore incepit. Propter relapſum vivicomburio plexus eſt hic impius nebulo Hagae ſub an. 1512. (*q*).

VII. *Anonymi* nonnulli, tam ebrii inter pocula, quam ſobrii in familiaribus colloquiis ad an circ. 1540. profiteri demonſtrabant, quod animus ſimul cum corpore intereat, & quod non ſit mortuorum reſurrectio (*r*).

VIII. *Anabaptiſtae* ſub an. 1568. theſes inter Cracoviae impreſſas atque vulgatas hanc numero decimam conſcripſerunt „ Negamus ali„ quam animam poſt mortem manere, ſed illud dicimus excogitatum „ ab Antichriſto ad ſtabiliendam ſuam culinam per fictum purgato„ rium & invocationem Sanctorum (*s*).

IX. *Henricus Dodvvellus*, gente hibernus, in Oxonienſi Academia Hiſtoriae Profeſſor, fato functus an. 1711., eam in ſuis libris acriter promovit opinionem, quae docet animos hominum mediae eſſe naturae, hoc eſt perire, ac rurſum, ſi Deo placeat, immortales fieri poſſe: animas

cinnaſſe; adeo frequenter ac ſtrenue pene in ſingulis quibuſque tomis impia & nugacia haeretici commentarii dogmata perſtringit. Itaque, uno etiam authore Origene, ceteriſque tacentibus, non niſi temere in dubium verti poteſt objecta Heracleoni impietas. Favet *Cozza* in comment. ad cap. 16. libri Auguſtini de hereſ. n. 28. ſqq. t. 1. a p. 364.

(*l*) Lege *Euſeb.* hiſt. l. 6. c. 37. *Auguſt.* haer. 83. *Niceph.* hiſt. l. 5. c. 23.

(*m*) Authore *Joan. Calvino* in Pſychopannychia.

(*n*) Eos epiſtolicis diſſertationibus perſtrinxit *Iſidor. Peluſiota* epiſtolar. lib. 3. epiſt. 235. & 295.

(*o*) Eos commemorat laud. *Damaſcen.* haer. 90 confutatque acriter *Nicetas Choniates* in Theſauro orthod. l. 4. c. 50. Quinam vero & cujates illi fuerint, nondum, quod ſciam, inter Eruditos exploratum. *Lequienius* in eum Damaſceni locum ſuſpicari videtur, eoſdem fuiſſe cum *Arabibus* mox relatis, at nullo, quod videam, fundamento ductus.

(*p*) Conf. *Jo. Dubravius* in hiſt. Bohemica lib. 28. p. m. 234. lin. 50.

(*q*) Vide ſis *Lutzemb.* & *Pratsol.* art. *Herman. Riſvich.*

(*r*) Ex *Jo. Brentio* ad cap. 20. Lucae.

(*s*) Ex *Jod. Coccio* in theſ. tom. 2. l. 1. art. 2. p. m. 16.

mas insuper Christifidelium aut per baptismum, aut alio modo mortalitatis periculo liberari; animos vero improborum, & hominum illorum qui disciplinam Christi recusarunt, mortales quidem manere, ac in inferis igne tamdiu excruciari, donec dissoluti penitus ad nihilum redigantur (*t*) (*).

Ex Doctoribus orthodoxis

I. *Justinus* M. inficiari videtur animorum Immortalitatem, haec adserens in dial. cum Tryph. Judaeo, num. 5. *neque etiam immortalis dicenda est* (anima) *nam si immortalis, etiam profecto ingenita*. Et paucis interjectis, *hae vero* (improborum animae in inferis) *quamdiu eas esse & puniri Deus voluerit*. Et paullo post, *solus enim Deus est, qui nec genitus sit, nec corruptioni obnoxius, ac propterea Deus est; reliqua vero omnia, quae post eum sunt, genita & corruptioni obnoxia: hoc ipsum causae est cur animae & moriantur & puniantur*. Demum num. 6. *quum solvi oportet hanc harmoniam, relinquit corpus anima, nec jam exstat homo: sic etiam quum animam non jam esse oportuerit, discedit ab ea spiritus vitalis, nec jam exstat anima, sed & ipsa unde educta est eo revertitur*.

II. *Tatianus* Assyrius in orat. contra Graecos, ante suam apostasiam concinnata, p. m. 152. sic effatur, *non immortalis est anima, o Graeci, suapte natura, sed mortalis. Moritur enim & dissolvitur cum cerpore quae veritatis ignara est, resurget autem postea in consummatione mundi una cum corpore, mortem in ipsa immortalitate per cruciatum & poenam sentiens. Et rursum anima, quae Dei cognitione instructa est, licet ad tempus solvatur, non moritur*. En tibi doctrinam ab Justino synchrono, & magistro adceptam, fusiusque explicatam.

III. *Irenaeus* lib 2. cap. 44. de perennitate animorum haec disserit, *non enim ex nobis, neque ex nostra natura vita est, sed secundum gratiam Dei datur. Et ideo qui servaverit datum vitae & gratias egerit ei, qui praestitit, adcipiet & in seculum seculi longitudinem dierum; qui autem abjecerit eam & ingratus exstiterit factori, ob hoc quod factus est & non cognoverit eum, qui praestat, ipse se privat in seculum seculi perseverantia.. Et ideo ... qui in modica temporali vita ingrati exstiterunt ei, qui eam praestitit, juste non percipient ab eo in seculum seculi longitudinem*

(*t*) Haec ille acriter, sed parum feliciter ac perite defensitavit, ut author est *Mosheim.* in Cudvvorth. tom. 2. pag. 1070. nota 111.

ADNOTATIO.

(*) HIS merito subnectendi videntur *Athei, Pantheistae, Irreligionarii*, ac ceteri bene multi, qui ab aeternitate praemiorum, poenarumque impie abhorrent; iis quippe simili argumento & alterius cujusque vitae, & animorum Immortalitas fabula est.

Coccius proxime laudatus eisdem adcenset *Lutherum* ex artic. 27. in adsertione articulorum a Leone X. damnatorum, & ex commentario in cap. 9. Ecclesiastis; tum *Michaëlem Servetum* ex l. 4. de regeneratione p. 551.

Verum ex eorum textibus a Coccio adlegatis haud mihi videtur certo erui ex illorum sententia mortalitatem animorum. Nec insuper ad manus sunt illi haeresiarcharum commentarii, quos conferre possim, ac pro rei veritate ad trutinam revocare. Quocirca ut saltem dubii modo haereamus, recta ratio deposcit.

uem dierum &c. Sentit ergo Irenaeus impiorum animos haud aeternum perennaturos esse.

IV. *Arnobius* in lib. 2. adversus gentes p. m. 66. edit. Desiderii Heraldi, sic fatur. *Jaciuntur enim* (improborum animae) *& ad nihilum redactae interitionis perpetua frustratione vanescunt. Sunt enim mediae qualitatis* (*sicut Christo authore compertum est*) *& interire quae possint. Deum si ignoraverint vitae, & ab exitio liberari, si ad ejus semina atque indulgentias adplicarint: & ut quod ignotum est pateat, haec est hominis mors vera, haec nihil residuum faciens. Nam illa, quae sub oculis cernitur, animarum est a corporibus dijugatio, non finis abolitionis extremus. Haec inquam est hominis mors vera, quum animae nescientes Deum perlongissimi temporis cruciatu consumuntur ignifero, in quem illas jaciunt quidam crudeliter saevi* &c. Id ipsum praeterea confirmare adgreditur in eodem lib. ad p. 110.

„ Exsistimavit itaque impiorum animas mori, Scriptura perperam „ intellecta; nec statim extingui arbitrabatur, sed longissimi tempo„ ris cruciatibus & doloribus consumi (*u*).

V. *Pseudo-Clemens* in homil. clementina 3. §. 6. p. 635. t. 1. edit. Cotelerianae hunc in modum scripsit, *qui autem non ducuntur poenitentia, per ignis supplicium finem quoque adcipient, etsi in reliquis omnibus sint sanctissimi: verum, ut dixi, certo tempore plurimum igne aeterno vexati exstinguentur, non enim amplius sempiterni esse possunt, postquam impie se gesserunt erga aeternum ac solum Deum.* Eandem ipse profitetur doctrinam ibidem §. 59. p. 647. nec non hom. 7. §. 7. pag. 673. & hom. 16. §. 10. pag. 726. (*).

VI. *Phi-*

(*u*) Haec totidem verbis colligit laud. *Herald.* in notis ad eum locum.

ADNOTATIO.

(*) PORro ex hisce adlegatorum Patrum effatis, si mea me non fallit suspicio, ad literam sumtis, suum, quod mox descripsimus, de animorum improborum mortalitate systema *Dodwellus* consarcinasse videtur, quod quidem clarius percipiet, cui datum sit ejusdem evolvere ac discutere commentarios, praesertim ejus epistolas de an. 1706. & 1707. citatas & oppugnatas a *Massueto* in editione Justini, in praevia diss. 3. art. 9. n. 104. p. CLIII. sqq.

Ecquid autem, reponas, de genuino sensu, intento a Patribus, quorum effata protulimus? Haec plane omnia, me judice, acuto egent interprete, ut ab omni erroris specie immunia evadant. Et quidem *Fev-ardent.* in Iren. l. 2. c. 44. generatim de iis fere omnibus dixit, intendisse duntaxat, quod animus beneficio Dei perduret, vitamque ex se se non habeat, quandoquidem ut ejus essentia, sic & jugis immortalitas a divina voluntate perpetuo dependet; quae nempe ut eam ex nihilo produxit, sic & in nihil redigere valeret, si opportunum videretur.

Quod deinde Justinum singillatim spectat, ait *Nat. Alex.* ad Sec. II. diss. 6. n. 6. illum adserere, mori quidem improborum animos, non morte naturae, sed peccati. *Maurini* vero Editores Justini ad eum numerum 5. in margine notarunt, ad sensum Sancti Doctoris animam non esse natura sua immortalem.

De Irenaeo, uti pergit ibidem *Alex.* diss. 7. §. *Nuevum*, putandum est, quod ubi animum immortalem inficiari videtur, non ipse loquatur de immortalitate naturae, sed de immortalitate gloriae ac beatitudinis. Idemque proculdubio sentiendum duceret de Tatiano, si eum ab ejusmodi naevo purgandum suscepisset; quem tamen ejusdem, nescio quis,

VI. *Philoſophaſtri Anti-Concordiani*. Sic eos adpellare juvat, qui Seculo XVI. oppugnabant in Schola Peripatetica in obſequium ſui Principis Ariſtotelis CONCORDIAM FIDEI ET RATIONIS circa Immortalitatem animorum: adſerentes nimirum, quod chriſtiana fides a philoſophandi ratione longo intervallo diſtet; atque adeo poſſent ipſi tanquam philoſophi, Ariſtoteleis placitis addicti, propugnare mortalitatem animorum, quos tamen ranquam orthodoxi, captivantes intellectum in obſequium fidei, immortales ex animo credebant.

Haec primus omnium docuit Bononiae, ſcriptiſque pluribus (*x*) confirmavit *Petrus Pomponatius*, haud incelebris famae Philoſophus Peripateticus & Medicus, qui Mantuae natus an. 1462. poſt varia fata, mortalitatis exuvias an. 1525. depoſuit Bononiae (*y*).

quis, Interpres ad locum ſupra citatum in margine *Erronem* aperte dicit.

Arnobium ſimpliciter erraſſe abſque haeſitatione fatentur ipſe *Alex.* ad Sec. IV. diſſ. 42. fere ſub fin. §. *Non.* necnon Heraldus proxime laud. Nec mirum tamen; quum hic Author nondum Catechumenus eos ſcripſerit commentarios, & quidem in iis teſtatus ſummam eccleſiaſticorum dogmatum imperitiam.

Quod demum Pſeudo-Clemens, utpote ſuppoſititius, & ignotus author, toties in eum errorem impegerit, apud doctos nonnullos nec hilum ferit ſanctum dogma; quis enim, ajunt, neſciat, homilias illas vulgo *Clementinas* nuncupatas, ex intimo philoſophiae profanae penu & libro de fato, quem exaravit Bardeſanes Syrus adverſus Abydam Aſtronomum, derivatas eſſe deprehendi?

Ego vero, ut quod ingenue ſentio libere exponam, haec ſtatuam, oportet. Principio frigidam fortaſſe cuipiam ſuffundere videantur laudati *Fev-ardentius* & *Nat. Alex.* ubi noſtros Authores indicatis expoſitionibus vindicare adgrediuntur; ſed eas tamen concinne ac vero ſimilibus argumentis confirmare videtur pro Juſtino ac Tatiano eorum Maurinus *Editor* in praefatione par. 2. cap. II. pag. XLVII. ac pro Irenaeo editor, & idem Maurinus, *Renat. Maſſuet.* in diſſertationib. praeviis, diſ. 3. art. 9. num. 104. ſqq. a pag. CLIII. quos conſulas, nec pigebit. Nullus deinde dubito, erraſſe inſcite, inculpate tamen citatum Arnobium.

Inſuper fide ſanctum eſt, animos immortales eſſe ac nunquam interire: et vero licet mihi certum ſit, immortales eos ſuapte natura eſſe, non ex mero Dei decreto, id tamen eſſe dogma fide ſancta definitum, nondum, ni fallor, certo compertum eſt; quidquid oppoſitum adſerat, pluribuſque confirmare nitatur Eximius *Suarezius* in comment. de anima l. 1. c. 10. n. 9. ſqq. Mea itaque opinione, eſto adducti Authores errarint, adſerendo animos haud eſſe ſuapte natura immortales, non autem contra fidem erraſſe dicendi ſunt.

Praeterea apud iſtos Authores, uno Arnobio excepto, aperte alias adſertam legimus animorum etiam pravorum immortalitatem, una cum perennitate ſuppliciorum. Eam quippe diſertis verbis adſerit *Juſtinus* in apolog. 1. n. 8. & 17. & 18. & 52. ac in apol. 2. in exord. ex Maurina editione. *Tatianus* etiam in laudata orat. n. 25. ex ipſa editione poſt legitimos Juſtini commentarios. Tum *Irenaeus* lib. 2. cap. 33. n. 5. & l. 3. cap. 23. n. 4. & l. 4. c. 27. n. 2. ex editione Maſſueti. Denique *Pſeudo-Clemens* ap. cit. Cotelerium, homil. 2. §. 13. p. 624. & hom. 11. §. 11. & alias. Haec quidem ex commentariis eorumdem Patrum fideliſſime excerpta ſunt, ut notum erit cuiquam ipſos perlegenti.

Adferendum itaque nobis eſt, aut eos Patres pugnantia ſcripſiſſe; aut ubi primum citati ſunt, fuiſſe interpolatos; aut benignam pro Dogmate interpretationem pati, eorumdem locis in ſpeciem pugnantibus invicem collatis & expenſis: & hoc quidem ultimo loco poſitum in trilemate, potiſſimum nos decere arbitror, cum Maurinis *Editoribus* mox laudatis, ubi pro admittenda interpolatione nulla vero ſimilis ſuppetit ratio.

(*x*) In diſſ. de immort. animor; in apologia adverſus confutationem Contareni ejus diſcipuli, in defenſorio contra refutationem Auguſtini Niphi.

(*y*) Lege *Paull Jovium*, Pomponatii in philoſophia diſcipulum, in elogiis doctorum virorum in Petro Pomponat. p. m. 85. *Spondan.* an. 1513. n. 20. *Leibnit.* in diſſ. de conformitate fidei cum ratione, Theodiceae praefixa, n. 11. a p. m. 10.

Porro quam falſum ſit, rationique diſſonum Pomponatianum illud rationis a fide divortium, nemo rationis compos non videt. Quippe verum non opponitur vero; ceteroqui Deus ipſe, a quo & fidei & rationis veritas eſt, Deo eſſet contrarius. Veritas ergo contra rationem nulla eſſe poteſt, at dogma fidei quod manifeſte rationi diſſonet, hoc ipſo vere abſurdum & repugnans facile comprehendi dicendum eſt. Inde nec ratiocinia, quae certo pugnant cum ſancto dogmate, tametſi menti etiam perſpicaciſſimae inſolubilia, a vera philoſophia profectas eſſe credideris, ſed a pſeudo-philoſophia, fallacium & inanium cogitationum altrice, quippe quae ſub doloſa veri ſpecie certiſſimam veritatem oppugnat; quidquid enim adverſus rationem, aut veritatem dogmatum objicitur, contra ſolam rationem corruptam & falſam veri ſpecie deluſam valet (z).

Intolerabilem hunc, exitialemque Pomponatii errorem alii coopta-runt Itali Philoſophi Peripatetici ſcriptiſque promoverunt: puta *Simon Porta* vel *Portius* Neapolitanus (a) *Jacob. Zabarella* Patavinus (b) *Julius Caſtellanius* Faventinus (c) quibus inſuper adhaeſiſſe incuſati ſunt *Caeſar Cremoninus* e Ducatu Mutinenſi, *Andreas Caeſalpinus* Aretinus, *Claudius Berigardus* (d).

At enim vix in lucem Pomponatius pravam edidit ſententiam, eam peſſime adceptam orthodoxi Praeſules & quique bene ſapientes illico rejecerunt. Quin etiam ejuſdem diſcipuli & amici ſcandalum ſublaturi adverſus praeceptorem & amicum apologias evulgarunt, ſequuti *Contarenum*, poſtea Cardinalem; eoſque deinceps juſſu pontificio aemulatus eſt *Auguſt. Niphus* mox laudatus, Calaber, & idem celeberrimi inter Paripateticos nominis philoſophus. Ne demum in dies malum ſerperet, *Leo* P. X. ſaero adprobante *Concilio Lateranenſi* V. ſub an. 1513. eam ſententiam ut *omnino falſam* perſtrinxit, ipſamque ulterius doceri ſevere inhibuit; juſſitque ad extremum, ut omnes publice Philoſophiam praelegentes ubi occurrit quaeſtio de immortalitate animorum, philoſophorum contra ipſam argumenta, quum omnia ſolubilia exſiſtant, pro virili excludere ſatagant, atque reſolvant (e).

Nihilo ſecius etiam poſt haec pontificia decreta, illa Pomponatiani ſyſtematis confovere perrexerunt in eadem Italia ii omnes, quos modo ejuſdem ſectarios nominavimus: puta *Simon Portius*, fato functus an. 1553. & reliqui valde ſerius obmortui. Quin immo ſub Seculum adhuc XVII. fere medium, quo Cl. *Gabriel Naudaeus* Romae degebat, perdurabant

(z) Plura in hanc rem alias, ſi Deus faverit. Interea conſuli meretur *Leibnitiana* diſſ. mox laudata.

(a) In tract de anima & mente humana.

(b) In libello de mente humana.

(c) In comment. de humano intellectu.

(d) Ap. cit. *Leibnit.* n. 11.

(e) En tibi *Leonianam* definitionem ap. Collect. *Harduini* ubi de hoc Conc. t. 9. col. 1719. „ quumque verum vero minime contradicat, omnem adſertionem veritati illuminatae fidei contrariam omnino falſam „ eſſe definimus; & ut aliter dogmatizare „ non liceat, diſtrictius inhibemus; omneſque hujuſmodi erroris adſertionibus inhaerentes, veluti damnatiſſimas haereſes ſeminantes, per omnia ut deteſtabiles & „ abominabiles haereticos & infideles, catholicam finem labefactantes, vitandos & „ puniendos fore decernimus.

bant in Italia ejuſdem ſectae veſtigia (*f*). At nec unquam defuerunt ſapientiores Itali, qui & ſacro Leonis mandato demiſſe paruerunt, & eos ſcriptis commentariis profligarunt cum *Jul. Caeſare Lagalla*, *Hieron. Pontano*, *Laelio Vincentio*, *Auguſt. Oregio*, *Bernard. Treviſano*, *Jo. Dominico Putignano* (*).

Sed manum de tabula. Ad noſtras dogmatico-ſcholaſticas Quaeſtiones quam procedimus.

(*f*) Uti diſcimus ex *Naudaeanis* ubi de Caeſare Cremonino p. m. 57. tum ex aliis ejuſdem *Naudaei* ſcriptis & epiſtolis.

ADNOTATIONES.

(*) I. POmponatium Atheiſmi poſtulatum, vindicatumque vidimus *ſupra* in Tom. II. p. 5. & 8. adnot. III. §. *Pomponatium*. Ab aliis vero philoſophumenis, aut philoſophicis valde impiis haud facile illum purgandum duxerit qui ea percurrat excerpta e commentariis de fato & de incantationibus apud ipſorum Epitomatorem *Brucker.* in hiſt. phil. tom. 4. p. 167. ſqq.

Et ex iis quidem merito atque legitime colligere eſt cum ipſo Critico Scriptore, Philoſophaſtrum illum reapſe cum Ariſtotele tenuiſſe mortalitatem animorum; ac ſimulate duntaxat immortalitatem cum Eccleſia, ut poenas Inquiſitionis evaderet, & ſapientum in ſe odia excita reprimeret. Actum egero ſi reliquum Pomponatianae hiſtoriae perſequi velim poſt adcuratiſſimam a laud. *Bruck.* contextam a p. 158. Ipſe conſulitor.

II. *Thomas de Vio Caietanus*, tum Generalis Magiſter Ord. Praedicatorum, ad propoſitam adprobandamque Lateranenſi Concilio, quam nuper laudavimus, Pontificiam bullam „ dixit, quod non placet ſecunda „ pars bullae, praecipiens philoſophis ut pu„ blice perſuadendo doceant veritatem fidei „ Haec apud cit. *Harduin.* col. 1720.

Ceteri vero Patres *omnes*, uno excepto Bergomenſi Epiſcopo *Nicolao*, qui ne quidem gravioris momenti objectionem protulit, *reſponderunt ſimpliciter placere*.

Et merito quidem. Quippe nihil magis decens, aequum & ſanctum chriſtiano philoſopho, quam ut orthodoxa Eccleſiae dogmata, quandocumque in hunc effectum ſolida argumenta ſuppetant, cum vera ratione conciliet, quo ſubinde CONCORDIAM FIDEI ET RATIONIS demonſtret, illuſtretque.

Quin immo hanc demonſtrare concordiam, ſeu, quod in idem recidit, *publice perſuadendo docere philoſophicis argumentis a ratione deductis veritatem fidei*, me judice, ſui muneris eſt; quemadmodum ad chriſtianum Theologum ſpectat veritatem eandem docere theologicis argumentis, a ſacra pagina & traditione petitis: Philoſophiae ſiquidem eſt ratio naturalis, ſicut & ſupernaturalis, ſimulque authoritas, Theologiae noſtrae: adeo haec ubi ſuadere adgreditur concordiam fidei & rationis, a Philoſophia mutuari debet rationalia documenta.

Heinc optandum vehementiſſime, ut noſtrates Philoſophi, in majorem ſacrae Religionis gloriam & utilitatem, eas potiſſimum ac freqnentius ventilarent quaeſtiones, quae magis idoneae ſunt ad concordiam fidei & rationis demonſtrandam, etiam aliis pluribus libenter miſſis, e quibus non alium ſperes fructum quam curioſa dubia, ſeu nudam capitis defatigationem.

CAPUT PRIMUM.

De Homine Innocente quoad ordinem naturae.

172 QUAESTIO I. Homo quo pacto ſit a Deo creatus? Nonnulla, quae huc concernunt circa Adamum, Evam & Paradiſum voluptatis, QUAESTIONES DOGM. SCHOL.

Porro quam falſum ſit, rationique diſſonum Pomponatianum illud rationis a fide divortium, nemo rationis compos non videt. Quippe verum non opponitur vero; ceteroqui Deus ipſe, a quo & fidei & rationis veritas eſt, Deo eſſet contrarius. Veritas ergo contra rationem nulla eſſe poteſt, at dogma fidei quod manifeſte rationi diſſonet, hoc ipſo vere abſurdum & repugnans facile comprehendi dicendum eſt. Inde nec ratiocinia, quae certo pugnant cum ſancto dogmate, tametſi menti etiam perſpicaciſſimae inſolubilia, a vera philoſophia profectas eſſe credideris, ſed a pſeudo-philoſophia, fallacium & inanium cogitationum altrice, quippe quae ſub doloſa veri ſpecie certiſſimam veritatem oppugnat; quidquid enim adverſus rationem, aut veritatem dogmatum objicitur, contra ſolam rationem corruptam & falſam veri ſpecie deluſam valet (z).

Intolerabilem hunc, exitialemque Pomponatii errorem alii coopta-runt Itali Philoſophi Peripatetici ſcriptiſque promoverunt: puta *Simon Porta* vel *Portius* Neapolitanus (a) *Jacob. Zabarella* Patavinus (b) *Julius Caſtellanius* Faventinus (c) quibus inſuper adhaeſiſſe incuſati ſunt *Caeſar Cremoninus* e Ducatu Mutinenſi, *Andreas Caeſalpinus* Aretinus, *Claudius Berigardus* (d).

At enim vix in lucem Pomponatius pravam edidit ſententiam, eam peſſime adceptam orthodoxi Praeſules & quique bene ſapientes illico rejecerunt. Quin etiam ejuſdem diſcipuli & amici ſcandalum ſublaturi adverſus praeceptorem & amicum apologias evulgarunt, ſequuti *Contarenum*, poſtea Cardinalem; eoſque deinceps juſſu pontificio aemulatus eſt *Auguſt. Niphus* mox laudatus, Calaber, & idem celeberrimi inter Paripateticos nominis philoſophus. Ne demum in dies malum ſerperet, *Leo* P. X. ſacro adprobante *Concilio Lateranenſi* V. ſub an. 1513. eam ſententiam ut *omnino falſam* perſtrinxit, ipſamque ulterius doceri ſevere inhibuit; juſſitque ad extremum, ut omnes publice Philoſophiam praelegentes ubi occurrit quaeſtio de immortalitate animorum, philoſophorum contra ipſam argumenta, quum omnia ſolubilia exiſtant, pro virili excludere ſatagant, atque reſolvant (e).

Nihilo ſecius etiam poſt haec pontificia decreta, illa Pomponatiani ſyſtematis confovere perrexerunt in eadem Italia ii omnes, quos modo ejuſdem ſectarios nominavimus: puta *Simon Portius*, fato functus an. 1553. & reliqui valde ſerius obmortui. Quin immo ſub Seculum adhuc XVII. fere medium, quo Cl. *Gabriel Naudaeus* Romae degebat, perdurabant

(z) Plura in hanc rem alias, ſi Deus faverit. Interea conſuli meretur *Leibnitiana* diſſ. mox laudata.

(a) In tract de anima & mente humana.

(b) In libello de mente humana.

(c) In comment. de humano intellectu.

(d) Ap. cit. *Leibnit.* n. 11.

(e) En tibi *Leonianam* definitionem ap. Collect. *Harduini* ubi de hoc Conc. t. 9. col. 1719. „ quumque verum vero minime contradicat, omnem adſertionem veritati illuminatae fidei contrariam omnino falſam „ eſſe definimus; & ut aliter dogmatizare „ non liceat, diſtrictius inhibemus; omneſque hujuſmodi erroris adſertionibus inhaerentes, veluti damnatiſſimas haereſes ſeminantes, per omnia ut deteſtabiles & „ abominabiles haereticos & infideles, catholicam finem labefactantes, vitandos & „ puniendos fore decernimus.

bant in Italia ejuſdem ſectae veſtigia (*f*). At nec unquam defuerunt ſapientiores Itali, qui & ſacro Leonis mandato demiſſe paruerunt, & eos ſcriptis commentariis profligarunt cum *Jul. Caeſare Lagalla*, *Hieron. Pontano*, *Laelio Vincentio*, *Auguſt. Oregio*, *Bernard. Treviſano*, *Jo. Dominico Putignano* (*).

Sed manum de tabula. Ad noſtras dogmatico-ſcholaſticas Quaeſtiones quam procedimus.

(*f*) Uti diſcimus ex *Naudaeanis* ubi de Caeſare Cremonino p. m. 57. tum ex aliis ejuſdem *Naudaei* ſcriptis & epiſtolis.

ADNOTATIONES.

(*) I. POmponatium Atheiſmi poſtulatum, vindicatumque vidimus *ſupra* in Tom. II. p. 5. & 8. adnot. III. §. *Pomponatium*. Ab aliis vero philoſophumenis, aut philoſophicis valde impiis haud facile illum purgandum duxerit qui ea percurrat excerpta e commentariis de fato & de incantationibus apud ipſorum Epitomatorem *Brucker.* in hiſt. phil. tom. 4. p. 167. ſqq.

Et ex iis quidem merito atque legitime colligere eſt cum ipſo Critico Scriptore, Philoſophaſtrum illum reapſe cum Ariſtotele tenuiſſe mortalitatem animorum; ac ſimulate duntaxat immortalitatem cum Eccleſia, ut poenas Inquiſitionis evaderet, & ſapientum in ſe odia excita reprimeret. Actum egero ſi reliquum Pomponatianae hiſtoriae perſequi velim poſt adcuratiſſimam a laud. *Bruck.* contextam a p. 158. Ipſe conſulitor.

II. *Thomas de Vio Caïetanus*, tum Generalis Magiſter Ord. Praedicatorum, ad propoſitam adprobandamque Lateranenſi Concilio, quam nuper laudavimus, Pontificiam bullam „ dixit, quod non placet ſecunda „ pars bullae, praecipiens philoſophis ut pu„ blice perſuadendo doceant veritatem fidei „ Haec apud cit. *Harduin.* col. 1720.

Ceteri vero Patres *omnes*, uno excepto Bergomenſi Epiſcopo *Nicolao*, qui ne quidem gravioris momenti objectionem protulit, *reſponderunt ſimpliciter placere*.

Et merito quidem. Quippe nihil magis decens, aequum & ſanctum chriſtiano philoſopho, quam ut orthodoxa Eccleſiae dogmata, quandocumque in hunc effectum ſolida argumenta ſuppetant, cum vera ratione conciliet, quo ſubinde CONCORDIAM FIDEI ET RATIONIS demonſtret, illuſtretque.

Quin immo hanc demonſtrare concordiam, ſeu, quod in idem recidit, *publice perſuadendo docere philoſophicis argumentis a ratione deductis veritatem fidei*, me judice, ſui muneris eſt; quemadmodum ad chriſtianum Theologum ſpectat veritatem eandem docere theologicis argumentis, a ſacra pagina & traditione petitis: Philoſophiae ſiquidem eſt ratio naturalis, ſicut & ſupernaturalis, ſimulque authoritas, Theologiae noſtrae: adeo haec ubi ſuadere adgreditur concordiam fidei & rationis, a Philoſophia mutuari debet rationalia documenta.

Heinc optandum vehementiſſime, ut noſtrates Philoſophi, in majorem ſacrae Religionis gloriam & utilitatem, eas potiſſimum ac frequentius ventilarent quaeſtiones, quae magis idoneae ſunt ad concordiam fidei & rationis demonſtrandam, etiam aliis pluribus libenter miſſis, e quibus non alium ſperes fructum quam curioſa dubia, ſeu nudam capitis defatigationem.

CAPUT PRIMUM.

De Homine Innocente quoad ordinem naturae.

172 QUAESTIO I. Homo quo pacto ſit a Deo creatus? Nonnulla, quae huc concernunt circa Adamum, Evam & Paradiſum voluptatis, QUAESTIONES DOGM. SCHOL.

Plutarchus (*l*) *Macrobius* (*m*) *Seneca* (*n*) *Tullius* (*o*) *Apulejus* (*p*) *Max. Tyrius* (*q*) *Plotinus* (*r*) *Jamblichus* (*s*) *Proclus* (*t*) *Salluſtius* (*u*) *Numenius* (*x*) *Heraclides* Ponticus (*y*) *Themiſtius* (*z*) *Alex. Aphrodiſeus* (*a*) *Homerus* (*b*) cum ferme ceteris e Graecia Poëtis, e quibus inſtar plurium ſic ceciniſſe fertur vetuſtiſſimus ille *Phocylides* (*c*)

Sed vivunt animi ſemper ſine morte, ſenectaque . . .
Defunctus ſupereſt vita, & dii deinde creantur . . .
Incorrupta manet anima nam luce carentum . . .

Graeca Vatis carmina ſic latine vertit laudatus *Eugub.* (*d*) Quam egregia haec in noſtrum Dogma CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS! Conſulatur *Treviſanus* (*e*).

180 IV. Animus Adami tum a ſuo Conditore factus eſt per creationem, eodemque pariter modo fiunt deinceps animi poſterorum ejus, non ex traduce, ſeu ex ſeminali propagatione. Eruitur quam aperte ex *Scripturis*, e. g. ex *Geneſ.* 2. 7. *Eccleſ.* 12. 7. *Zachar.* 12. 1. *Hebr.* 12. 9. Adcinuntque communi adſenſu *Patres* cum *Hieron.* (*f*) *Hilar.* (*g*) *Lactant.* (*h*) *Cyril. Alex.* (*i*) *Ambroſ.* (*k*) Nec unam duntaxat pro Dogmate rationem debemus *Angelico Doctori* (*l*).

181 De ceteris animi rationalis adtributis differunt chriſtiani Philoſophi, nec raro Theologi, ac prae ceteris, mea opinione, fuſius, adcuratius, ſolidius & ſubtilius *Suarezius* noſter in libris de anima.

182 V. Conditus eſt Homo ad imaginem & ſimilitudinem Dei ex *Geneſ.* 1. 26. & 27, *Sap.* 2. 23. *Eccli.* 17. 1. & 1. *Cor.* 11. 7. Idemque frequentiſſima *Patrum* cohors adprobat & confirmat cum *Tertull.* (*m*) *Ambroſ.* (*n*) *Chryſoſt.* (*o*) *Maxim.* (*p*) *Nyſſen.* (*q*) *Gelaſ. Cizicen.* (*r*) *Mario Victore* (*s*) *Fauſto Rejen.* (*t*) *Auguſt.* (*u*).

183 Quod autem ejuſmodi imaginis ac ſimilitudinis ratio, non in

(*l*) In Romulo & alias.
(*m*) In ſomno Scip. l. 1. c. 14.
(*n*) Epiſt. 17. & alias.
(*o*) Tuſcul. 1. & alias.
(*p*) De deo Socrat.
(*q*) Diſſert. 27. 28.
(*r*) Ennead. 4. l. 7. per tot.
(*s*) De Myſteriis Aegypt. ſect. 8.
(*t*) In Theolog. Platon. l. 4. c. 189. & alias.
(*u*) De diis & mundo c. 8.
(*x*) In libris de immortalit. animorum.
(*y*) Ap. *Stob.* Ecl. phyſ. l. 1.
(*z*) Lib. de anima.
(*a*) Lib. 1. de anima, uti eum interpretantur *Eugub.* l. 9. cap. 21. & laud. *Huet.* p. 160. qui & ipſi plures adjicit Peripateticos.
(*b*) Odyſſ. λ.
(*c*) In praeceptis de vita degenda.
(*d*) Lib. 9. c. 15.
(*e*) De immort. an. a p. 231.
(*f*) In Eccleſ. 12. 7.
(*g*) In Pſal. 62. 3.
(*h*) Lib. de Opif. Dei c. 19.
(*i*) Lib. 1. in Joan. c. 9.
(*k*) L. de Arca & Noë c. 4.
(*l*) Conſulendo 1. par. q. 90. a. 2. & q. 118. a. 2. tum. q. 3. de pot. ar. 9.
(*m*) L. 2. cont. Marcion. c. 5.
(*n*) Lib. 6. in Hexaëm. c. 8.
(*o*) Hom. 10. in Geneſ.
(*p*) Centur. 3. de carit. cap. 25.
(*q*) Lib. de hominis opific.
(*r*) In actis Nicaenae Synodi par. 2. c. 16.
(*s*) Lib. 1.
(*t*) De lib. arbitrio l. 1. c. 1.
(*u*) Lib. 24. cont. Fauſtum cap. 2. & l. 15. de Trinit. cap. 2. 3. & alias ſaepe numero.

in

in corpore, uti Audaeanis probatum fuit (*x*) ſed in anima ſita ſit, concors eſt & Patrum, quos mox adtulimus, & noſtratum Scholaſticorum ſententia; & ea quidem vel tanquam prorſus catholica, vel ſaltem tanquam fidei ptoxima; eſto inter eoſdem Patres ac Theologos heinc inde ſatis dubitetur de adtributo peculiari animi, ratione cujus ea imago & ſimilitudo animo inſideat. De hac tamen Quaeſtione quae Scholaſticen ſpectat, non autem Dogmaticen, quam hoc loci exponimus, conſuli poſſunt *DD. Scholaſtici* (*y*).

184 Neque heic demum deſiderari patiar CONCORDIAM FIDEI ET RATIONIS pro aſſerto Dogmate. Idem quippe variis ſub formulis adſeruerunt, natura dictante & in ipſis animae adtributis & dotibus ad evidentiam oſtendente, *Plato* (*z*) *Philoſophi Aegyptii* cum *Aſclepio* (*a*) *Ariſtoteles* (*b*) *Pythagoras* cum ſua ſchola (*c*) *Crotoniates* (*d*) *Euryphamus* (*e*) *Euryſus* (*f*) *Macrobius* (*g*) *Aratus*, cujus ſententiam laudavit *Paullus* Act. 17. 18. *Plotinus* (*h*) *Amelius*, *Porphyrius*, *Taurus*, *Heraclides* Ponticus (*i*) *Epictetus* (*k*) *Lucilius* (*l*) *Paullus Aemilius* (*m*) *Tullius* (*n*) *Seneca* (*o*) Tum ex Poëtis *Virgilius* (*p*) *Ovidius* (*q*) *Manilius* (*r*) (*s*).

185 ADSERO deinde *quoad Evam*. Praeter cetera cum Adami creatione communia, Deus reapſe Adamo dormienti coſtam tulit, ex qua Evae corpus efformavit, ex *Geneſ.* 2. 22. cui praeter quoslibet ferme orthodoxos Interpretes, concinunt *PP.* cum *Chryſ.* (*t*) *Hieron.* (*u*) *Greg.* (*x*) quibus adde *Conc. Viennenſe* (*y*) & *Innocent.* P. III. (*z*).

186 ADSERO demum *quoad Paradiſum voluptatis*, ſeu hortum amoeniſſimum deliciis adfluentem. Eum Deus revera, non metaphorice in terra plantavit, atque Innocenti Homini delicioſe poſſidendum, cuſtodiendum, colendumque tradidit, ex *Geneſ.* 2. 8. ſecundum commentationem Interpretum; quibus deinde adeinit Patrum traditio: puta *Iren.* (*a*) *Juſtin.* (*b*) *Theophil. Antioch.* (*c*) *Epiph.* (*d*) *Chryſoſt.* (*e*) *Hieron.*

(*x*) Ap. *Epiphan.* haer. 70.

(*y*) Videlicet *Magiſt.* in 2. diſt. 16. *S. Thom.* 1. p. q. 93. ar. 5. cum *Interpretibus* eorundem, quibus addito *Petav.* de opif. ſex dier. l. 2. capp. 2. 3. 4. qui plurium inſtar eſſe poſſit.

(*z*) In Timaeo & alias.

(*a*) In hymnodia ad Animonem regem ap. cit. *Eugub.* l. 9. c. 5.

(*b*) Ibidem cap. 7.

(*c*) Ap. *Plutarch.* de placit. Philoſ. l. 4. cap. 7.

(*d*) Ap. *Ariſtot.* de anim. l. 1. c. 2.

(*e*) Lib. de vita.

(*f*) Lib. de fortuna ap. *Clem. Alex.* 5. ſtrom.

(*g*) In ſomno Scipionis c. 14. & 17.

(*h*) Ennead 4. l. 9. c. 6.

(*i*) Ap. Stobaeum in Ecl. phyſ. l. 1.

(*k*) Ap. *Arrian.* l. 2. c. 8.

(*l*) Ap. *Tullium* l. 2. de nat. deor.

(*m*) Ap. ipſum *Tull.* de ſomn. Scip.

(*n*) Lib. 1. de legib.

(*o*) Epiſt. 40. & 120. & conſol. ad Helv. c. 6. & alias.

(*p*) Aeneid. l. 6.

(*q*) Metam. l. 1.

(*r*) Lib. 2 & 4.

(*s*) Conſule ſis *Eugubin.* proxime laud. & *Huet.* alnet. qq. l. 2. c. 7. §. 2.

(*t*) Hom. 15. in Geneſ.

(*u*) In epiſt. ad Philemonem, & epiſt. 2. ad Pammach.

(*x*) Hom. 6. in Ezech.

(*y*) Relatum in Clementina 1. de ſum. Trin.

(*z*) In cap. *Gaudenſ.* de divort.

(*a*) Lib. 2. c. 55. & l. 5. c. 3.

(*b*) Orat. paraenet. ad gent. verſus fin.

(*c*) L. 1. adſutol. prope med.

(*d*) Haer. 64. & alias.

(*e*) Hom. 13. & 19. in Geneſ.

ron. (*f*) *Theodoret.* (*g*) *Ambr.* (*h*) *Aug.* (*i*) *Sophron.* (*k*) *Mof. Barceph.* (*l*) *Anaſt. Sinai.* (*m*) *Damaſc.* (*n*)

187 Haec itaque de prima Hominis conditione, ejuſque incolatu apud verum Paradiſum, ſancta de fide Dogmata ſunt. Cetera, queis ipſa exornare pergunt Doctores, quibus otium eſt, conjecturae rem & nomen habent.

188 QUAESTIO II. Num & quo pacto Protoparentes conditi ſint immortales, & impaſſibiles? ADSERO 1. Eſſent non morituri, ſi non peccaſſent.

189 Fide ſanctum. Quod teſtantur *Scripturae* cum *Geneſ.* 2. 17. ex communi omnium interpretatione, *Sap.* 1. 13. & 2. 24. *Rom.* 5. 12. & 6. 23. & 8. 10. ac 1. *Cor.* 15, 11. Tum. *CC.* ,ut *Milevitan.* (*o*) *Dioſpolitan.* (*p*) *Arauſican.* II. (*q*) *Trident.* (*r*) Alii itidem *PP.* cum *Cyril. Alex.* (*s*) *Chryſoſt.* (*t*) *Aug.* (*u*) *Fulgent.* (*x*) *Proſp.* (*y*) *Petr. Diacon.* (*z*).

190 Et quidem ita oportuit tanquam quid congruentiſſimum; quum Deus voluerit creare hominem in gradu altiori, quam ex vi naturae ſuae illi deberetur (*a*). Eodem modo intelligitur impaſſibilis, ſaltem vi ligni vitae (*b*) ut alias cauſſas taceam (*c*) ejus quippe cibus oportune ſumtus continebat virtutem conſervandi abſque moleſtia vitam pro quacumque diuturnitate; corroborando, ac reparando corpus per modum alimenti, & medicinae (*d*).

191 II. Haec immortalitas eſt quodammodo, ſeu moraliter naturalis; quatenus corpora in ſtatu innocentiae exigunt divinam adſiſtentiam, & denegationem concurſus generalis ad effectum omnem, qui ea poſſit laedere. Et quidem corpus perfectum exigit ſui perfectiorem exſiſtentiam, ſeu perpetuam ſui conſervationem: ergo haec naturae innocentiae debita fuit, adeoque hoc pacto naturalis.

192 *Ludovicus Molina* (*e*) vim, & cauſſam ejus immortalitatis ſiſtit in dono quodam, per totum corpus, cui inhaeret, diffuſo, quemadmodum in adſimili dono ſiſtit vim coërcitivam ſenſualitatis. Quoniam, inquit, Deus non conſuevit ſe ſolo efficere, ſed interventu cauſſae ſecundae, quae ſunt conditiones alicujus ſtatus: haec autem immor-

(*f*) In cap. 10. Daniel. & alias.
(*g*) Q. 24. & 29. in Geneſ.
(*h*) In 1. Cor. cap. 6. & alibi.
(*i*) L. 13. civ. c. 21. & haer. 43. & q. 27. ſup. Geneſ.
(*k*) In epiſt. quae refertur in VI. Syn. gener. Act. II.
(*l*) Lib. de paradiſo.
(*m*) L. 7. Hexaëm. ſub. fin.
(*n*) L. 2. de fid. c. 11.
(*o*) Cap. 1.
(*p*) §. I.
(*q*) Can. 1. & 2.
(*r*) Seſſ. 5. can. 1.
(*s*) L. 1. in Joan. c. 15.
(*t*) Hom. 17. in Geneſ.
(*u*) Lib. 1. de peecat. merit cap. 2. ſqq.
(*x*) De Incarnat. & grat. c. 12. & 14. & alias.
(*y*) L. 1. de promiſſ. & praedeſt. c. 2. & ſaepius.
(*z*) De Incarn. & grat. c. 6.
(*a*) *Suar.* c. 14. *Mol.* de op. ſex dier. d. 28. ex Scripturis & Patribus.
(*b*) Ap laudatos *Suar.* & *Mol.*
(*c*) Eas adpoſite recenſet *Gotti* heic. q. 4. dub. 1. §. 2. n. 11. ſqq.
(*d*) *D. Th.* q. 97. a. 4.
(*e*) Proxime laud. d. 28. contra Suar. cap. 15.

mortalitas eſt conditio, ac donum illius ſtatus; quod niſi Adam peccaſſet, transfundendum eſſet in poſteros, cum illis duraturum, donec, providente Domino, in coelum transferrentur. Anne vero haec in re nimis incerta ſatis probabiliter excogitata & adſerta? Problema eſto.

193 Interea feliciſſimas haſce dotes Innocenti Homini conceſſas e chriſtianis Poëtis audire praeſtat. Sic eas primum deſcripſit *Marius Victor* (*f*).

„ Porro dum mundi vitiis & labe carebant
„ Divinis viguere animis, nullius egeni,
„ Quum penes hos eſſet mundi ſubſtantia & omnes
„ Quas dabat orbis opes; nec prorſum obnoxia morbis
„ Corpora geſtabant, non hos cogebat ad eſum
„ Pauſae ignara fames: qui ſi mandata ſupremi
„ Servaſſent integra Dei, crudelia mortis
„ Imperia & diros neſciſſent uſque dolores.

194 Sic deinde *Leonius*, quem Pariſienſem Presbyterum vocavit *Petavius* (*g*).

„ Plaſmato Deus ergo homini pietate paterna
„ Indulgens, cum perpetua florere juventa,
„ Mortalemque mori nunquam, nulloque beatum
„ Vellet egere bono, nec quidquam ferre moleſti,
„ Hac tam felici, ſtellis, coeloque propinqua
„ Sublatum ex humili ſublimem ſede locavit.

194 Sic inſuper vulgatus *Hilarius* Epiſcopus Pictavienſis (*h*).

„ Ergo hominem pleno perfectum munere, certis
„ Praeponis, Genitor, rerum cui tradis habenas,
„ Cuncta habeat, ſubdatque ſibi, vivatque perennis
„ Telluris dominus, famulus tuus, omnia mundi
„ Poſſideat, tantum Domino tibi ſerviat uni.

195 Sic demum *Alcimus Avitus* Viennenſis Archiepiſcopus ubi Deum Protoparentem adloquentem inducit (*i*).

„ Principio rector tanti ſacrare figuram
„ Diſponens vincli hoc nectit connubia verbo:
„ Vivite concordi ſtudio, mundumque replete
„ Creſcat longaevum felici ſemine germen
„ Non annis numerus, vitae nec terminus eſto.

196 Et pluribus interjectis,

„ Adſpicitis quanto pulcerrimus ubera lucus
„ Divitiis tumet immenſis, haec cuncta dabuntur
„ Ad veſtros ſine fine cibos.

197 Tandem ſub finem deſcriptionis,

(*f*) In comment in Geneſ. l. 1. edit. Fabricianae 1562. p. m. 319.

(*g*) In lib. 1. hiſtoriarum antiqui Foederis.

(*h*) In ſua Geneſi ex laudata Fabricii editione p. m. 307.

(*i*) Lib. 1. de origine mundi ex ipſa Fabriciana editione p. m. 370. ſqq.

„ Quod ſi quis vetitum decerpat ab arbore pomum
„ Audax commiſſum mortis diſcrimine pendat.
„ Non immenſa loquor, facilis cuſtodia recti.
„ Servator vitam, mortem temerator habebit.

198 Et haec quidem Veterum teſtimonia prolata ſunto in ſupplementum Monumentorum Antiquitatis ac Ethniciſmi, quae pro ſingulis quibuſque Dogmatis hoc libro contentis deſiderantur, aut ſedulam diligentiam noſtram penitus effugerunt (§).

OBJECTIONES.

199 Obj. *primo*. Perperam adſeritur Adam naturaliter immortalis, & incorruptibilis in ſtatu innocentiae. Nam 1.° Proſcripta eſt haec Baji prop. LXXVIII. *Immortalitas primi hominis non erat gratiae beneficium, ſed naturalis conditio*. 2.° corpus Adae eiſdem qualitatibus, & diſpoſitionibus conſtitit, ac noſtrum, quod eſt mortale. 3.° erat pariter alterabile vi caloris naturalis, quo per cibum hanc ſubſtantiam deperderet, illam adquireret: poſſet comburi ab igne, manibus adplicato: a fera morderi, ab alio homine peccante occidi, uti nunc noſtra corpora, propterea mortalia, & paſſibilia.

200 R. *D. Adſ.* naturaliter phyſice, ac intrinſece immortalis, & incorruptibilis, *C.*, quia Adam tunc ſuis viribus, & conditioni relictus, fuiſſet decurſu temporis moriturus, uti nos: quodammodo naturaliter, hoc eſt moraliter & extrinſece, quatenus natura ob rationem extrinſecam ejus ſtatus, exigit, ne potentia moriendi, & patiendi reducatur ad actum, *N.*; quia hoc ſenſu *Deus creavit hominem inexterminabilem, invi-*

OBSERVATIO.

(§) CElebratiſſimus *Petavius* noſter in cit. l. 2. de Opif. ſex dier. cap. 7. ubi agit de immortalitate, ac impaſſibilitate hominis innocentis, CONCORDIAM FIDEI, ET RATIONIS inſtituere adgreditur, quoniam, inquit, „ hoc profani quoque Scriptores, & Poëtae veteres odorati „ ſunt; e quibus Heſiodus pulcre, & ad „ chriſtiani dogmatis ſenſum, vitae illius ſtatum ita deſcribit „ adducitque Heſiodi locum e lib. 1. de operibus, & diebus a verſ. 108. p. m. 215. ex recenſione Graeviana edit. Amſtelodam. 1701.

Quid tum vero? Haud alii, me judice, ſunt illi Scriptores, ac Poëtae Petavio, quam qui, duce, ut reor, laudato *Heſiodo* Aſcraeo, fabuloſam illam aetatem auream ſub Saturno rege deſcripſerunt, aut commendarunt.

Ceterum ſi eos omnes, aut ſaltem ex iis nominatiores percurreris, eos plane omnes perplura, ſelectaque bona ſub ea aetate degentibus fabulari videris; at de immortalitate, perfectaque illorum incolarum impaſſibilitate alium apud omnes ſilentium.

Ita profecto apud cit. *Heſiodum*: ita ap. *P. Virgilium* Georgic. lib. 1. a verſ. 125: ita ap. *P. Ovidium* l. 1. Metamorph. ubi de IV. mundi aetatibus: ita ap. *Alb. Tibullum* l. 1. Eleg. 3. paulo poſt initium: ita ap. *T. Lucretium Carum* l. 5. de nat. rerum a verſ. *Et genus humanum*. p. m. 678. edit. 1583.

Quin etiam, ibidem authore *Heſiodo*, quod & ipſe *Petavius* animadvertit, in aurea illa aetate homines *moriebantur autem, velut ſomno domiti*. Ut fileam *Statium* l. 1. Sylv. eos aurei ſeculi admiratores illis perſtrinxiſſe carminibus,

„ I nunc, ſecula compara vetuſta
„ Antiqui Jovis, aureumque tempus.

Mirum itaque in primis Heſiodum a ſagaciſſimo Petavio in teſtem ejuſmodi CONCORDIAE fuiſſe productum: ac inſuper concludendum, fabulam illam de aurea aetate nullam praetuliſſe ſpeciem, aut imaginem Innocentiae ſtatus, qui dotes Immortalitatis, atque Impaſſibilitatis prae primis continebat. Huc advocanda, quae ſuperius obſervavimus pag. 51.

invidia autem diaboli mors introivit in orbem terrarum ex *Sap.* 1. & consonant *CC.* & *PP.* pro ſancto Dogmate mox adducti.

201 Ad 1. prob: nihil ea nos premit; quippe qui contra Bajum pugnamus, Immortalitatem primi hominis eſſe gratiae donum, naturae indebitum, & conditionem extrinſece naturalem ſub ſenſu nuper expoſito. Ad 2. *N. Con.* Conditio ſtatus innocentiae corpns, quod alias periturum eſſet, immortale conſtituit. Ad 3. ſtatus innocentiae exigebat, ne Deus ejuſdem author ad eos eventus concurſum offerret (*k*).

202 Obj. *ſecundo*. Lignum vitae non conferabat immortalitatem. Nam 1.° tantum erat ſignum illius effectus, & incorruptionis, quam Deus ſtatuerat elargiri homini, ſi non peccaſſet. 2.° effectus non excedit cauſſam; at lignum vitae erat corruptibile, utpote capax tranſmutari in ſubſtantiam aliti per manducationem: ergo nequit cauſſare incorruptibilitatem. 3.° virtus illa eſſet infinita, qua nimirum edens numquam periret: ergo ſupernaturalis erat, ligno indita per divinam elevationem. 4.° heinc comedens ejus fructum poſt peccatum, fieret etiam immortalis: quod videtur abſurdum.

203 R. *N. Adſ.* quia ex *Gen.* 3. *ne forte .... ſumat de ligno vitae, & comedat, & vivat in aeternum* : & ex. *Aug.* (*l*) *guſtus arboris vitae corruptionem corporis inhibebat*. Ad 1. prob. *N. A.* neque par eſt ad eum ſenſum expreſſa verba detorquere. Ad 2.: lignum vitae erat eminenter incorruptibile, quatenus continens virtutem conferendi incorruptionem per ſui corruptionem, media comeſtione. Ad 3. *N. A.* quia non eſſet actu ad terminum infinitum, ſeu ad vitam aeternum duraturam (etſi ejuſmodi eſſet in potentia, ex vi ſua connaturali,) ſed pro definito tempore, quo abſoluto, innocentes ex Dei decreto ad coelum traducerentur.

204 Ut ergo ad iſtum terminum illaeſi pervenirent, robuſti viribus, & ſenectutis debilitatem neſcientes, eſſet eis lignum vitae cibus, & medicina, exigens vi ſua nativa conferre incorruptionem edentibus fructum ſuum: unde *Aug.* (*m*) *habebat Adam ... de ligno vitae ſtabilitatem contra vetuſtatem*. Heinc *N. Con.* ille enim effectus ex ſeſe naturalis ordinis eſt; immo nec excederet gradum formarum, quas vocant adcidentales. Ad 4. *C. ſequelam*, quam probat *D. Th* (*n*).

205 QUAESTIO III. Quid de dotibus Protoparentum intellectum ſpectantibus? ADSERO 1. Adam habuit Scientiam omnium naturaliter ſcibilium (*o*). Quia conditus eſt plenus ſcientia omni theorica, & practica, quam de rebus omnibus in ſpecie viribus poterat comparare; adeoque ipſi concreati ſunt habitus infuſi ſcientifici, ſimulque ſpecies ad eam ſcientiam neceſſariae. Sic enim oportebat, ut primum

(*k*) Conſule laud. *Perrimezz.* diſſertat. 159.

(*l*) De quaeſt. novi & vet. teſt.

(*m*) L. 1. de peccat. mer. & rem. c. 3.

(*n*) In 2. 2. q. 164. a. 7. ad 6. Recole *Suar.* cit. l. 3. c. 15. & *Molin.* heic d. 28.

(*o*) *D Th.* q. 94. a. 3. *Mol.* d. 25. *Suar.* cit. c. 9. cum communi.

mum caput ſeſe perfecte gubernaret, & poſteros, iſtoſque inſtitueret. Hinc poſteros quoslibet antecelluit in ſcientia rerum, excepto Chriſto Domino. (*p*) 11. In eo ſtatu non potuit in rebus naturalibus decipi (*q*). Quia deceptio, vel error eſt malum poenae; tum vero nulla culpa: ergo nulla poena. Quum autem Eva decepta eſt a ſerpente, jam prius mente peccarat, & ab ſtatu innocentiae deciderat. Ipſa aliqualiter ſcientia tribuitur Evae; qualis nempe decebat feminam in eo ſtatu, & primam feminam.

OBJECTIONES.

206 Obj. *primo*. Adam ea ſcientia exornatus non eſt, uti nec Eva. Nam ex Geneſ. 3. 7. primis Parentibus poſt eſum fructus veriti, aperti ſunt oculi, ſcilicet mentis, quoniam cognoverunt, ſe eſſe nudos poſt peccatum: ergo non erant ſcientia repleti ante peccatum. Tum ſerpens decepit Evam promiſſione ſcientiae boni, & mali: ergo hanc ſcientiam ignorabat, & in ſeſe non experiebatur.

207 R. *N. Adſ.* quia ex *Eccleſ.* 17. Deus primos Parentes in creatione *diſciplina intellectus replevit*. Et conſonant vulgo *Patres* ac *Theologi* cum Biblici, tum Scholaſtici (*r*) Ad prob. *N. Con.* quoniam non poterant ante peccatum noſcere in ſe ipſis faedam nuditatem, quam peccando contraxerant. Eva inſuper ſolum ignoravit ſcientiam ſuperiorem boni, & mali, Dei propriam, quam nempe ſerpens mentitus eſt, eos peccando fore adſequuturos (*s*).

208 Obj. *ſecundo*. In eo ſtatu potuit homo in naturalibus decipi. Nam 1.° immunitas ab errore per ſpecialem Dei protectionem, non fuit donum naturae debitum. 2.° falli potuit in conjecturis circa ſecreta cordium, & futura, ſibi inevidentia. 3.° non eſt, cur tunc eum non fallerent ſenſus, uti nunc.

209 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* de natura prout in eo ſtatu, qui immunitatem ab omni malo poenae exigebat. Ad 2. *N. A.* quia in illis ſolum ferebat judicium de probabilitate, & adparentia veritatis. Ad 3. *N. A.* quia tunc, etſi aliquid repraeſentaretur ſenſui, ac phantaſiae aliter quam reipſa eſſet, criterio tamen rationis veritatem judicaret (§).

QUAE-

(*p*) *Becanus* heic c. 2. q. 1. n. 5.

(*q*) *D. Th.* a. 4. *Suar.* cap. 10. *Bec.* cit. c. 2. q. 3. n. 2. & 3. *Perrimezz.* diſſ. 159. contra Mol.

(*r*) Ap. *Suar.* l. 2. c. 9. n. 2.

(*s*) Legito *D. Th.* q. 94. a. 4. & *Suar* cap. 9.

OBSERVATIO.

(§) PORro ſcientiam Protoparentis ceu pene divinam miris laudibus exſtulerunt e ſuis poſteris, non modo Doctores Orthodoxi & Rabbini Judaei ex illo *Geneſ.* 2. 19. & 20. „ omne enim, quod vocavit Adam animae viventis, ipſum eſt nomen ejus, adpellavitque Adam nominibus ſuis cuncta animantia & univerſa volatilia coeli & omnes beſtias terrae „ verum etiam Mahumedani, aliarumque gentium ſapientes, quibus Judaicae in hanc rem traditiones exceptae ſunt.

Quin etiam, ut video, primus omnium mortalium Author & Scriptor a pleriſque habitus eſt. En tibi Syllabum Commentariorum, quos ipſi tanquam legitimo ac plane pervetuſto Authori adſcriptos reperi.

Primus Liber & prima lingua conſcriptus

ab

210 QUAESTIO IV. Quid de dotibus ad eorum voluntatem pertinentibus? ADSERO 1. Conditi ſunt innocentes, abſque culpa. Fidei ſanctum. *Quia Deus fecit hominem rectum ex Eccleſ.* 7. Nec poteſt quidem dici rectus, qui ſit peccati labe maculatus. 11. Inditae illis ſunt in aliquo ſaltem gradu omnes virtutes, vel omnes boni habitus morales, qui per humanos actus adquiri poſſunt, adeoque infuſi tantum per

ab Adamo. Ex traditione Arabum ap. *Kircher.* in Arca Noë l. 3. par. 3. c. 5. p. 205. Forte in hunc librum illud recidit *Alphabetum*, quod Adamo *Suidas* adſcripſit ap. *Sgambat.* p. 99.

Nomenclaturae animantium & volatilium, quas Adam protulit. Commentarium hunc ex conjectura tradidit *Iſaacus Peyrerus* in Syſtem. theolog. l. 3. pag. m. 129. „ quomodo enim „ (inquit ibidem) fieri potuiſſet, ut omne „ quod vocaviſſet Adamus, ipſum fuiſſet nomen ejus tempore Moſis, niſi Adamus eodem momento, quo ſuis nominibus vocabat animantia & volatilia omnia, dictionaria illorum nominum compoſuiſſet ad uſum „ poſteritatis, & ne exciderent memoria Adami ipſius multorum animantium & volatilium nomina, quae nunquam forte „ deinceps viſurus erat?

Liber de Creatione, & Liber de natura Dei. Hos Adamo tribuunt aliqui Judaeorum Rabbini ap. *Stackouſe* in curſu theol. t. 1. c. 4. de creat. hominis ſect. 2. p. m. 141. ex diſcurſibus *Saurini*.

Libri de cultura terrae. Ita Zabii vel Sabaei apud *Majemonidem* in more Nevochim l. 3. c. 29. Conf. *I. A. Fabric.* jam jam adlegandum, p. 27. ſqq.

Liber generationum Adam. Ex vulgari Hebraeorum opinione cum *authore* Jalkût, *Simeone Benjochai*, & *Simeone Haddarſeian* ap. *Bartolocc.* in bibl. rabbin. t. 1. p. 80. tum cum aliis *Rabbinis* ap. *Kircher.* proxime laud. Sed haec tamen opinio pugnat cum alia rabbinica, quae tenuit cum *R. Eliezere*, librum illum a Deo fuiſſe exaratum, traditumque Adamo. Legito *Sgambat.* l. 1. archiv. vet. teſt. tit. 6. n. 2. p. 101.

Pſalmus cantici in die ſabbati. Hic inter Davidicos 92. alias 91. *Bonum eſt confiteri Domino*. Adae compoſitus ſtatim poſt creationem traditur a Talmudicis in Bava Bathra, ſeu Mezia ap. *Jo. Alb. Fabricium* in codice pſeudepigrapho vet. teſtam. in Adamo, p. 19. ſqq. omnino conſulendum. Eandem exhibet traditionem proxime adferendus *Giſp. Schottus*.

Pſalmus, ſive canticum Adam in productione Evae. Ab Adamo compoſitum ex revelationibus B. Amadei, ap. *Nierembergium* l. 2. de origine S. Scripturae c. 13. p. 46. e MSS. biblioth. regiae S. Laurentii Scorialenſis.

Pſalmus Protoparentum, culparum remiſſionem implorantium & obtinentium. Ex ipſo Amadeo ap. citatum *Nieremberg.*

Haec de utroque Pſalmo, tanquam fabuloſa, & credita Nierembergio tradit laudat. *Fabricius* a p. 21. Verum addere debuiſſet, Nierembergium eos pſalmos duntaxat recitare, prout legerat in MSS. quae idem interpolata & vitiata eſſe fatetur; tum ipſum ea cantica referre, quae dicta, non vero ſcripta ſunt ab Adamo, & coelitus excepta ab Amadeo. Sic ibidem *Nieremberg.* p. m. 49.

Et vero fidelius *Gaſpar Schottus* noſter in Technica curioſa l. 7. c. 7. §. 4. p. m. 556. aic ſimpliciter, utrumque Pſalmum, ſeu Canticum ab Nierembergio citato loco tranſcriptum fuiſſe.

Libri decem Adae inſpirati a Deo, quemadmodum Moſi inſpiratus eſt Pentateuchus. Haec eſt firmiſſima Mahumedanis traditio ap. *Authorem* Theolog. Mahumedanae, ex Arabico in Latinum verſae ab *Hadriano Relando* l. 1. p. m. 21. ſqq. *Marraccius* vero in Prodromo ad refutat. Alcorani par. 3. cap. 27. p. 80. col. 1. ex Mahumedanorum ſcriptis retulit eos libros *viginti & unum* ipſis numerari.

Liber de Chryſopoeia. Hic praeclaro Adami titulo Seculo elapſo circumferebatur, quo potiſſimum commendaretur dignitas & vetuſtas artis Alchimiae, cujus pars eſt Chryſopoeia, teſte *Delrio* in diſq. magic. l. 2. c. 5. quaeſt. 1. ſect. 1. p. m. 30. col. 1.

Apocalypſes Adami. Hunc venditarunt Gnoſtici ap. *Epiphan.* haer 26. n. 8. Et ex eo fortaſſe petitum eſt fragmentum illud quod ibidem recitarat *Epiph.* num. 5. in haec verba „ propterea in apocryphis legunt, *vidi arbo-* „ *rem duodecim fructus quotannis ferentem* „ *& dixit mihi, hoc eſt lignum vitae*.

Poenitentia Adae. Eum tanquam apocryphum prohibuit *Gelaſius* P. in vulgatiſſimo de libris apocryphis decreto. Conf. cit. *Sgambat.* l. 1. tit. 6. n 4.

Sepher Jetzira. Tractatum hunc Cabbaliſti-

per adcidens, ut ajunt (*t*). Nam rectitudo voluntatis exigebat, ut foret haec recte diſpoſita ad inferiorem adpetitum in officio honeſtatis continendum. Heinc adpetitus ſenſitivus ita fuit voluntati, ac rationi ſubjectus, ut nunquam hanc praeveniret, vel illi imperanti repugnaret (*u*). Et vero decurſu vitae perfectiorem illarum virtutum intenſionem propriis actibus compararunt (*x*).

211 III. In ſtatu innocentiae, etſi fructu vetito non comediſſent, potuerant aliis modis peccare lethaliter. Quia erant perfecte liberi; nam *Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilii ſui*, ex *Eccleſ.* 15. Poterant itaque delinquere venialiter. Quod ſi peccaſſent lethaliter, hoc ipſo ſtatum innocentiae amiſiſſent; at dona tantum aliqua, ſi venialiter (*y*). Veriſimile mihi eſt, ſaltem ex ſpeciali Dei protectione, nullum eos veniale commiſiſſe, dum in ſtatu innocentiae perſtiterunt.

OBJE-

liſticum, qui confundi videtur cum libro de creatione, ad Adamum referri a Judaeis, tradunt multi cum *Maſio*. Ceterum ex *Rich. Simone* l. 3. hiſt. crit. v. teſt. c. 21. & cit. *Fabric.* §. 17. p. 30. plerique omnes Hebraei Abrahamo eundem adſcripſerunt.

Teſtamentum Lucis, quod ſcriptum reliquit Adam ſub teſtimonio Angelorum, ſignatum ſigillo Gabrielis apud *Sgambatum* cit. l. 1. tit. 6. n. 8. p. 111. ex l. de generat. Mahumedis. Ipſius meminerunt *Elmacinus*, & *Eutychius*, quos recitat laud. *Fabric.* §. 23. pag. 35. ſq.

Evangelium Evae. Venditatum eſt ab Gnoſticis, ut Author eſt *Epiph.* haer. 26. n. 2. & 3.

Quid jam vero de indicatis commentariis judicandum? Porro laudatus *Fabricius* eos omnes ad Pſeudepigraphos, aut ſuppoſitos abſque ulla haeſitatione amandavit. Adductus *Kircherus* ut nudas Rabbinorum & Arabum traditiones recitat. *Schottus* mox productus ut nudas quoque gentium traditiones exhibet; ac nonnullos duntaxat praeterit libros, tanquam conductos ab haereticis, fugillatis, ut innuimus, ab *Epiphanio*. Citatus *Delrius* librum de Chryſopoeia, quem retulit, ceu commentitium irriſit, deſpexitque.

Ceteri Authores huc adpellati, e quibus hunc ſyllabum digeſſimus, nihil aliud plerumque adfirmare videntur, quam quod ex Judaica traditione conſtet, eos, quos indicant, Adamicos libros olim exſtitiſſe; quin tamen ejuſmodi traditioni, ne litem perſequi cogantur, repugnent, aut faveant. Unum excipe *Peyrerum*, etiam in ſua ſuſpicione, minime quidem urgente, nutantem.

Praeterea nullum ex adlatis commentariis indicatum video apud ſacras paginas, in quibus complures antiquiſſimorum Scriptorum, qui jamdiu deſiderantur, cum laude citantur. Ex iis pluſquam viginti, inter quos liber Enoch, laudatus apud epiſt. S. Jacobi, ſollerter collegit *Serarius* noſter in prolegom. bibliac. cap. 8. quaeſtiunc. 14. p. m. 45. ſq.

Poſtremo elenchus hic commentariorum non niſi ex popularibus Judaeorum traditionibus profeciſci potuit. Et vero quamnotiſſimum eſt, Hebraeos Doctores hujuſmodi traditiones propemodum infinitas invexiſſe, quibus nulla ſolida ratione ſubnixi, non modo Protoparentibus, ſed pene ſingulis quibuſque Patriarchis, & libros, & acta perplura apocrypha ſuperſtitioſe adtribuerunt. Lege *Richard. Simon.* in hiſt. crit. vet. teſt. l. 3. c. 21. p. 485. & cit. *Sgambat.* tit. 6. per tot.

Adde, id genus ſcripta, etiam valde recentiora, quae venditari conſueverunt, plerumque commentitia, vel ſaltem mire interpolata viris criticis haberi. Quid ergo cenſendum de ſcriptis Adamicis, quae prout feruntur exſtitiſſe firma ductus traditione adſerere nequeas? Concludendum itaque, Syllabum hunc, & quaelibet ex eo petita teſtimonia, inter apocrypha certo connumeranda eſſe.

Plura de Adamo & rebus eius, ac de Scriptoribus, qui de iis agunt, laudat. *Fabricius* in Adamo §. 25. ſqq.

(*t*) Ita conjectamus, duce laud. *Suar.* cap. 11.

(*u*) Conſulatur idem *Suar.* c. 12.

(*x*) Vide ſis *infra* adſerta in P. IV. ubi de Chriſto perfectiſſimo.

(*y*) Nobiſcum eſt. *Suar.* cap. 13.

OBJECTIONES.

212 Obj. Non eis inditae ſunt virtutes omnes morales. Nam 1.° non habuerunt erga Deum fidem, ſpem, caritatem naturales. 2.° nec poenitentiam, quae reſpicit peccatum; nec miſericordiam, quae tendit in alienam miſeriam; quia haec procul aberant ab eo ſtatu. 3.° nec virtutes, quae ordinantur ad fraenandam immoderantiam paſſionum: ut puta vindictae, irae, timoris &c. quae etiam ab illo ſtatu exſulabant. 4.° nec virtutem perſeverantiae in bono, a qua defecit Adam peccando.

213 R. *N. Adſ.* de virtutibus, quarum actus illi ſtatui non repugnant. Ad 1. prob. *N. A.* quia ſaltem ſuppoſita revelatione, ac promiſſione de aeterna beatitudine, poſſent naturali actu illi credere, ac iſtam ſperare: ac ſimiliter amare ſuper omnia Deum, ſibi propoſitum tanquam optimum, Ad 2. poterant elicere actus conditionatos circa illa objecta, e. g. ſi peccarem ego, aut alter, dolerem: ac de Angelorum peccatis dolere fas erat. Ad 3. *C. A.* quia tunc virtutes illae infuſae pro objecto nec futuro nec poſſibili pro illo ſtatu, otioſae eſſent. Ad 4. inſtructi fuerunt perſeverantia, prout eſt habitus inclinans ad perſeverandum in bono, non vero prout eſt continuatio virtutis, abſque interruptione (z).

214 QUAESTIO V. Quo jure fuerit Adam Caput omnium viventium, quoad corpora, & animas? ADSERO 1. Quoad corpora; quatenus fuit primus homo, a ſolo Deo conditus, ex quo vere proceſſerunt quotquot hominum corpora per generationem producta ſunt. Hoc ſenſu fuit caput beatiſſimae Deiparae, ut patet; non vero Chriſti Domini, qui de Spiritu ſancto conceptus eſt. Conſtat enim vero, late dici caput omnium iſtorum corporum, quatenus ex Adamo omnis caro proceſſit.

215 II. Quoad animas; quatenus Deus illigavit voluntati Adae voluntates omnium poſterorum comparate ad meritum, & demeritum intra ordinem tum naturae, tum gratiae; ita ut Adamo phyſice, & perſonaliter bene operante, ipſi moraliter, & originaliter bene operarentur, & contra Adamo phyſice, & perſonaliter peccante, ipſi moraliter, & originaliter peccarent. Quia enim Deus potuit adtribuere hominibus poſteris, tanquam propriam, Adami libertatem, relate ad meritum, & demeritum, quemadmodum humana Reſpublica pupillo adſcribit ceu propriam, libertatem tutoris, relate ad plures actus civiles. Heinc omnes obtinuerunt in Adamo ſtatum innocentiae, ſimulque naturae lapſae, exceptis tamen Chriſto Domino, ejuſque Matre, quorum nempe voluntates Adae voluntati minime illigatae ſunt (a).

C A-

(z) Conf. D. *Th.* q. 95. a. 3. et *Arriaga* heic d. 38. a n. 3. & d. 39. n. 27.

(a) E Catholicis Doctoribus nullum video expoſitae huic doctrinae tanquam improbabili refragari.

CAPUT SECUNDUM

De Homine innocente quoad ordinem gratiae.

216 Praemittendum ut fide ſanctum, quod mirabilis illa rectitudo ſeu Integritas, qua Adam in ſtatu innocentiae conditus eſt, ac ſine qua poſt ejus lapſum univerſi homines enaſcuntur, qualem, fide magiſtra, orthodoxi omnes admittunt, fuit ſupernaturalis, ac humanae naturae in ſeſe ſpectatae prorſus indebita. Quod autem illa in primis integritas catholice tenenda ſit, conſtat ex illis *ſacri Codicis* teſtimoniis, quae exerte deſignant, aut ſaltem innuunt perplura gratiae, rectitudinis, ſcientiae, immortalitatis, ac coeleſtium virtutum dona Protoparentibus conceſſa, & ab ipſis per peccatum ſibi poſteriſque deperdita, ſecundum communem Patrum ac Interpretum in ea loca expoſitionem: e. c. *Geneſ.* 1. 26. & 28. & 2. 9. & 19. & 25. *Eccleſ.* 7. 30. *Eccli.* 17. 5. & 9. *Epheſ.* 4. 24.

217 Tum ex *PP.* ea dona certatim commendantibus cum *Orig.* (*b*) *Cypr.* (*c*) *Baſil.* (*d*) *Nyſſen.* (*e*) *Cyr. Alex.* (*f*) *Epiph.* (*g*) *Chryſoſt.* (*h*) *Hieron.* (*i*) *Ambr.* (*k*) *Aug.* (*l*) *Greg. M.* (*m*) *Moſe Barcepha* (*n*) quibus addito *C. Trident.* (*o*)

218 Deinde quod ſtatus hic Innocens ejuſmodi donis plane ſupernis mirum in modum locupletiſſimus, fuerit ſtatus proprie ſupernaturalis, adeoque naturae humanae prorſus indebitus, ex iis liquet Scripturis, quae oſtendunt & miſerrimam humanae naturae tenuitatem, e. c. *Geneſ.* 3. 19. *Pſal.* 8. 6. *Pſ.* 43. 13., & gratiam, aliaque privilegia, quae proprie ſupernaturalia reputantur, e. g. 1. *Cor.* 4. 7. & 2. *Cor.* 3. 5. *Rom.* 5. 5. & 9. 16. *Philipp.* 1. 13.

219 Et iis quidem teſtimoniis, ac ſignanter poſtremo adlatis apertiſſime conſonat *Patrum* cohors cum *Cypr.* (*p*) *Cyr. Alex.* (*q*) *Baſil.* (*r*) *Chryſoſt.* (*s*) *Didym.* (*t*) *Ambr.* (*u*) *Hieron.* (*x*) *Aug.* (*y*) *Pſeudo-Gelaſ.* P. (*z*) *Anſel.* (*a*) *Bernard.* (*b*)

Jam

(*b*) Hom. 6. in Levit.
(*c*) Serm. de bono patientiae ſub init.
(*d*) Hom. 10. in Geneſ.
(*e*) L. de opif. mundi c. 7.
(*f*) L. 2. in Joa. c. 3. & l. de adorat. in ſpir. ante med. & alias.
(*g*) Haer. 74. & in Anchor.
(*h*) Hom. 14. in Geneſ.
(*i*) L. 3. cont. Jovinian.
(*k*) L. de Paradiſo c. 5. ſub fin.
(*l*) L. 1. de lib. arb. c. 11. ſub fin. et in Enchir. c. 104. et l. 4. de Geneſi ad lit. et l. 2. de Geneſi contra Manich. et ſaepe ſaepius.
(*m*) L. 5. epiſt. 11. et l. 6. ep. 31.
(*n*) De Paradiſo l. 2. c. 7.
(*o*) Seſſione 5.
(*p*) Proxime producto de bono patient. ſub finem.
(*q*) L. 1. in Jo. cap. 9. et 13. et l. quod ſpiritus ſit Deus ſub init. et l. de adorat in ſp. ante med.
(*r*) L. de Sp. S. ad Amphiloch. c. 16.
(*s*) Hom. 55. in Geneſ.
(*t*) L. 1. de Sp S. prope init.
(*u*) L. de Parad. c. 14. et l. 9. de op. ſex dier. c. 7.
(*x*) In c. 3. Oſeae.
(*y*) L. 12. civ. cap. 6. et l. 13. c. 13. et l. 4. in Julian. et l. 11. de Geneſi c. 31.
(*z*) Tr. cont. Pelagianam haereſ.
(*a*) L. de concep. virg. et pecc. orig. c. 22. et l. de caſu diab. c. 1. et l. de concord. praeſcientiae q. 3. c. 3.
(*b*) L. de lib. arb. c. 3.

220 Jam vero ex iis plura liquido fluunt Dogmata ex diametro oppoſita multis e variis erroribus, quos in proxima Proluſione memoravimus, praeſertim ex Pelagianis, Bajo, Janſenio, Queſnello. His ergo praehabitis, ſit

221 QUAESTIO I. Num Protoparentes conditi fuerint cum gratia ſanctificante & reliquis virtutum habitibus per ſe infuſis, qui gratiam comitantur? ADFIRMO (*c*). Quia Deus creavit Angelum in gratia (*d*): ergo & verſoſimiliter hominem; quum peraeque homo, ac Angelus ad gratiam ordinatus ſit. Idque eruitur praecipue ex *Epheſ.* 4. 23. *Conc. Arauſic.* II. (*e*) ac *Trid.* (*f*). Et quidem licet potuerit hominem Deus condere in ſtatu purae naturae, hoc eſt nec in gratia, nec in peccato (*g*); at ex lege tamen ordinaria nullam creaturam ſpiritalem in eo ſtatu ſic a bono & malo praeſcindente, produxiſſe creditur (*h*).

222 Porro *Janſenius* junior (*i*) contendit, Adſertum noſtrum fide ſanctum eſſe & ab Eccleſia definitum. Audiendus tamen minime nobis, qui vulgo rejicitur (*k*).

223 QUAESTIO II. Num, & quatenus ſeſe ad eam gratiam diſpoſuerint? ADSERO. Eodem modo, & iiſdem ſimiliter virtutum actibus, quibus ſuam meruerunt Angeli (*l*). Quia utrobique eaedem militant rationes. Adde 1.° quod quum conditi fuerint in adulta aetate, ſufficienter diſpoſiti ad utendum ratione, ut adultos ſanctificari decuit, non ut parvulos. 2.° quod hoc beneficium illis obtigit ex meritis Chriſti, quem Adam praecognovit ut Authorem gratiae, & gloriae, non vero ut Redemtorem (*m*).

OBJECTIONES.

224 Obj. Adam in primo creationis momento nec revelationem, nec fidem habuit de Myſterio Incarnationis quoad ſubſtantiam. Nam 1.° ex PP. revelatus eſt ei Chriſtus in ſopore. 2.° fides Adae pro ſtatu innocentiae conferenda, prius ordinata eſt a divino decreto, quam Chriſtus: ergo nequit hic ſub illa fide comprehendi. 3.° non exſiſtente peccato Adae, non veniſſet Chriſtus: ergo Adae gratia ante peccatum non fuit ex meritis, & ex fide Chriſti. 4.° ſi tum fidem de Chriſto habuit, non eſt, cur eum redemtorem non agnoverit; quum Petrus praenoverit ex verbis Chriſti Domini negationem futuram abſque diſpendio libertatis.

(*c*) Adfirmant contra Mag. Alenſ. Bonav. alioſque veteres, *S. Auguſt.* l. de nat. & grat. c. 3. 15. 43. & 14. civ. c. 11. & 27. & in Enchir. cap. 104. biſque favet laud. *D. Th.* q. 95. a. 1. *Suar.* cap. 17. n. 9. *Mol.* ad q. 62. a. 3. *Gran.* tr. 6. d. 1 n. 1. *Bec.* cit. c. 3. q. 1. num. 5. *Perrin.* diſſ. 158. &c.

(*d*) Ex dictis ſuperius p. 110. n. 133.

(*e*) Canone 19.

(*f*) Sel. 5. §. 1.

(*g*) Ex poſtmodum adferendis.

(*h*) Ut alias probavimus ex *PP.*

(*i*) In lib. de gratia primi homin. & Angel. cap. 1.

(*k*) Legito *Serryum* d. 2. de nat. innocente, prael. 1. in t. 1. poſthumo & *Bertil.* 12. c. 7.

(*l*) Ex iis, quae ſupra ſtatuimus p. 111. n. 139. nobiſque favet *Suar.* c. 18. & 19. ex *D. Th.*

(*m*) Ita conjectamus cum *Suar.* c. 18. a n. 8. & c. 19. n. 9. & *Bec.* c. 2. q. 2. n. 2.

225 R. *N. Adſ.* cum communi *PP.* & *TT.* (*n*) ; decuit enim, ut ſemper, & in omni ſtatu fuerit ad ſalutem neceſſaria fides Chriſti, cogniti tanquam gratiae, & gloriae Authoris. Ad 1. prob. in ſopore habuit explicitam cognitionem de Chriſto cum pluribus circunſtantiis, e. g. Capitis Eccleſiae, Inſtitutoris Ss. Euchariſtiae &c. quae ei in prima creatione revelatae non ſunt. Ad 2. & 3. *N. A.* nam primum decretum fuit de Chriſto, propter quem cetera ordinata ſunt (*o*). Ad 4.: nec libertati Adae officeret revelatio de Chriſto, Adae peccati redemtore; verum nec decuit, nec oportuit, eum in prima creatione, & in illo ſtatu fieri praeſcium ſui lapſus (*p*), quidquid fuerit de Petro, nimium virtuti propriae confidenti, quippe quem oportuit, ac decuit a Praeceptore perſtringi.

226 QUAESTIO III. Quodnam ſit donum Juſtitiae originalis, in qua conditi ſunt? ADSERO. Eſt donum complectens omnia privilegia innocentiae ſtatui conceſſa, ac inſimul gratiam ſanctificantem cum reliquis donis, eam de lege ordinaria neceſſario praevenientibus, & comitantibus; prout nempe datum ab origine, vel primo creationis momento, & in ſolo Adamo, prout transfundendum in poſteros, ex Dei ordinatione. Quia heic *Juſtitia* vulgo ſumitur pro rectitudine univerſali, naturali, & ſupernaturali totius hominis, quoad corpus, & animam; ac *Originalis* pro adcepta ab origine, vel principio vitae. Haec autem Juſtitia in ſolo Adamo fuit virtualiter, vel moraliter ſui ad poſteros transfuſio: ergo. Sic facile conciliantur variae de hac re ſententiae (*q*).

OBJECTIONES.

227 Obj. Juſtitia originalis fuit quid diverſum a gratia ſanctificante. Nam 1.° ex D. Th. (*r*) gratia eſt radix juſtitiae originalis: ergo non eſt juſtitia: 2.° ex ipſo (*s*) Adae duplex Juſtitia collata eſt: alia originalis, qnae erat ſecundum debitum corporis ordinem ſub anima, ac interiorum virium ſub potentia ſuperiore, & ſuperioris ſub Deo; alia gratuita, quae actus meritorios eliciebat: haec autem erat gratia ſanctificans. 3.° homini baptizato reſtituitur gratia, non vero juſtitia originalis: ergo. 5.° gratia eſt ſupernaturalis; dona autem, quibus Juſtitia originalis perficiebat corpus, erant naturalia: ergo & omnino extra ſphaeram gratiae.

228 R. *D. Adſ.* Juſtitia originalis ſumta pro radice & origine donorum plurium, quae continet. *N.* quia gratia prout proveniens a Deo, tanquam Authore ſtatus innocentiae, eſt radix, & origo donorum omnium, quae Deus intuitu ejuſdem gratiae Adae innocenti contulit: ſecus, *C.* quia praeter gratiam plura continet. Ad 1. prob. *D. A.* hoc eſt radix reliquorum donorum, quae includit Juſtitia adaequate ſumta, *C.* ſecus, *N.* Ad 2. D. Th. de una loquitur Juſtitia ſub diverſis nominibus, deſumtis ab diſcrimine effectuum. Ad 3.

(*n*) Ap. & cum *Suar.* l. 3. c. 18. n. 8.
(*o*) Ex ſtatuendis *infra* P.IV.Tr. I.L.II.
(*p*) Ex *Aug.* & *D. Th.*, ap. & cum *Suar.* cit. num. 10.
(*q*) Eas retulit *Suar.* laudat. c. 20.
(*r*) Heic q. 100. a. 1. ad 2.
(*s*) In 2. diſt. 20. q. 2. a. 3.o.

229 Ad 3. baptizato reſtituitur gratia, prout proveniens a reparatione naturae lapſae, non ab Authore naturae innocentis, cujus proinde dona nec exigit, nec radicat. Ad 4. *D. A.* dona illa erant naturalia quoad ſubſtantiam, & ſupernaturalia quoad modum, *C.* ſecus, *N. A.* & *Con.* Non repugnat in re ordinis ſuperioris contineri eminenter quod eſt ordinis inferioris: heinc Juſtitia originalis quoad ſuos actus, vel effecta & animae, & corpori inerat, dependenter a gratia radicante, tanquam a forma primaria, quae naturae defectus reformabat (*t*).

230 QUAESTIO IV. Quid de Auxiliante gratia, qua Innocentes Protoplaſti donati ſunt? ADSERO 1. Ea ipſis preſto fuit ad quoslibet ſalutares actus eliciendos. Liquet ex canone de neceſſitate ejuſdem gratiae ad quemlibet pro quovis ſtatu ſupernnm actum emittendum; & ex alio de providentia ſummi Conditoris, nemini eam gratiam recuſante (*u*). II. Fuit ejuſdem rationis intrinſecae cum gratia, quae in ſtatu naturae lapſae & eiſdem Protoparentibus, & ceteris quibuſque poſteris miniſtrare Deus conſuevit (*x*) Quoniam in utroque ſtatu ſunt auxilia gratiae eadem omnino ratione indifferentia, hoc eſt vel ſufficientia, vel efficacia ex conſenſu, aut diſſenſu creatae libertatis (*y*). Heinc III. Protoparentes ut permanerent in eo ſtatu, minime indiguerunt auxilio praedeterminante, vel per ſe ac intrinſece efficaci, ſed ipſis auxilium ab intrinſeco indifferens ſatis erat. Tria haec Adſerta de Angelis in ſtatu viae ſuae, eodem ſenſu intelligenda veniunt.

231 Et haec, quae fuſius alias illuſtrabimus (*z*) hoc loci praelibaſſe ſufficiat (§).

(*t*) Conf. *Suar.* l. 3. c. 20.

(*u*) Adſerunt exſerte *Mag. Thom. Bonav. Richard.* aliique ap. & cum *Ripalda* de ente ſuperno diſp. 111. n. 37. ſqq.

(*x*) Ita laud. *Ripal.* n. 61. & *Munieſ.* de utraque gratia d. 3. num. 49. cum *Petav. Deschamps* &c.

(*y*) Hoc quidem unum ex praecipuis Scholae noſtrae dogmatis.

(*z*) Infra Tomo V. Par. III. Tr. I. Lib. II. Cap. I. §. I. & II.

OBSERVATIO.

(§) ACriter hac tempeſtate ſuper Adſerto, quod tertio loco poſuimus, diſceptatur Scholas inter Auguſtinenſem ac Thomiſticam, pugnantes alioqui (licet diverſas ob cauſſas) pro gratia per ſeſe victrice in ſtatu naturae lapſae. Diſputat ardenter pro Auguſtinenſi *Bertius* l. 12. c. 8. & alias, pro Thomiſtica vero *Boucat* t. 2. diſſ. 4. de hominis creatione art. 2. concl. 2. a p. 102. necnon *Serryus* praelection. t. 1. de ſtatib. nat. diſp. 2. praelect. 2. ſqq. & utraque quidem perdocta cohors gratiae Doctoris *Auguſtini* veſtigiis inſiſtere profitetur.

Jam vero Auguſtinenſis Schola in *Bertio* quod ſtatum innocentem ſpectat, nobiſcum eſt; adeo ut vel ne quidem divinam Scientiam Mediam ab praedeterminante decreto independentem abnuat pro eo ſtatu, in quo non niſi gratiam omnino indifferentem admittit. Nec ibi plane audieris ſcommata, ſeu dicterium ullum in hoſtes ſuos, ſed nervoſas duntaxat pro ſua doctrina probationes ac vindicias.

Hanc autem doctrinam enixis viribus oppugnat & obruere molitur Schola Thomiſtica in laudatis *Boucat* & *Serryo* ceu novam, utpote promoventem dogmata Scholae Molinianae; Janſenianam, quippe eam primum docuerat *Janſenius* Iprenſis in l. de grat. primi hominis & Angelorum c. 20. p. m. 180. ſq.

232 QUAESTIO V. Quanto tempore in ſtatu innocentiae Protoparentes perdurarunt? ADSERO. Quouſque peccarunt. At quando nam peccarunt? Porro penitus incompertum. Aliqui ferunt, eodem die, quo creati ſunt. *Suarezius* (*a*) Sabbato, die integro poſt creationem. *Pererius* (*b*) feria ſexta poſterioris hebdomadae, id eſt octavo die poſt creationem. Quia aequum fuit, eis una ſaltem hebdomade tanto Creatoris beneficio perfrui licuiſſe: quo quidem fit ſatis PP. ajentibus, Chriſtum eodem fuiſſe mortuumdie, quo Adam deliquit, ac de Paradiſo ejectus eſt; nimirum eodem die, non numero, ſed quaſi ſpecie, vel ſimili in ordine feriarum hebdomadae. Aliter & aliter in hanc rem alii Doctores diſputant. Divinant omnes. Sed propendeo demum ipſe in conjecturalem *Pererii* ſententiam.

CAPUT TERTIUM

De Homine innocente, ſi ſtatus Innocentiae perduraſſet.

233 QUAESTIO I. Qua ratione, ſi Adam ſtetiſſet, propagaretur humanum genus & conſervaretur? ADSERO 1. Propagaretur per generationem, ſeu conſortium maris & feminae, non per puram creationem (*c*). Favent *Cyril.* Alex. (*d*) ac ſaepius *Aug.* (*e*) etſi reſiſtere videantur *Damaſc.* (*f*) *Nyſſen.* (*g*) *Chryſoſt.* (*h*) Patet autem Adſertum. Quippe Protoparentibus innocentibus connubio divinitus colligatis dictum eſt, *creſcite, & multiplicamini*, ex *Gen.* 1. 28. id eſt modo a natura inſtituto. Tunc vero innocentiae dono cohiberetur nimia delectatio in uſu Matrimonii; nec eſſet dolor in partu (*i*).

234 II. Naſcerentur utriuſque ſexus infantes perfecti quoad corpus, ſeu abſque naevo caecitatis, ſurditatis &c; & quoad animam, ſeu cum juſtitia originali, complectente gratiam ſanctificantem, liberaliter a Deo infuſam; ſimulque intellectum valde capacem ad ſcientias ſuo tempore perdiſcendas (*k*). Ratio 1. partis; quia quaecumque corporis imperfectio eſſet defectus poenalis. Ratio 2.; quia Juſtitia originalis eſt debita illi ſtatui. Deinde nullo pollerent uſu rationis toto tempore infan-

ſq., & vix non haereticam: adeo ut non ſemel illius adſerti defenſores penes *Serrym* & *Boucatium* puri puti *Novatores* audiant.

Cuinam vero ex hiſce concertantibus noſtrum deferamus calculum, non eſt quod dicam, quum Auguſtinenſis ſententia & noſtra ſit, pluribus alias vindicanda.

Unum tamen praetermittere nolim: quod nempe Bertiana diſputatio Boucatianam & Serryanam chriſtiana modeſtia, & religioſa urbanitate magnopere ſuperet: atque adeo hoc ſaltem ex capite ea pulcrior eſt, Deo & cordatis Theologis gratior, laude & commendatione dignior.

(*a*) L. 4. cap. 8.

(*b*) Ibid. a *Suar.* citatus.

(*c*) Communis eſt haec opinio inter Scholaſticos cum *Mag.* in 2. diſt. 20. *D. Th.* q. 98. a. 1. & 2. *Mol.* d. 29. *Suar.* l. 5. cap. 1. *Gran.* tr. 8. d. 1. *Bec.* cap. 1. n. 1. *Berti* heic l. 12. c. 11. *Perrimezz.* diſſ. 159. ſub fin.

(*d*) L. 3. contra Julianum Auguſtum.

(*e*) Nimirum L. 4. de civ. cap. 22, & 14. de civ. c. 23. & 9. de Gen. ad lit. cap. 3. & l. 2. contra Julian. c. 7.

(*f*) L. 2. de fid. c. 30.

(*g*) L. de opificio mundi c. 17.

(*h*) Hom. 18. in Gen.

(*i*) Ita *Auguſt.* de Geneſi ad lit. l. 9. c. 3. ſqq. & alias.

(*k*) Conf. *Auguſt.* de peccat. mer. & rem. l. 1. c. 37. 38.

infantiae, ob naturalem organorum diſpoſitionem, uti modo; adeoque non poſſent promereri illam primam gratiam. Tandem eis eſſet ingenium expeditiſſimum, optimum corporis, & cerebri temperamentum, valetudo imperturbata: ergo & nullum impedimentum ad perſpicaciter intelligendum de rebus (§).

235 III. Ex natura rei non eſſent in gratia confirmati: nec haberent ſcientias infuſas, ſed eas paullatim adquirerent in adulta aetate (*l*). Ratio 1. partis, quia viatores quum eſſent, ab intrinſeco eſſent ad peccandum mutabiles. Ratio 2.; quia habitus ſcientiae naturalis non eſt per ſe requiſitus ad Juſtitiam originalem, ac nullum eſt fundamentum, quo illas adſeramus: ergo ſtandum potius eſt naturali hominum conditioni, quae hoc fert, ut in infantia homo non ſit ſciens, ſed paullatim decurſu aetatis. Plura dabit laudatus *Suarezius* (*m*) cum conjecturis, tum Patrum & Scholaſticorum authoritate communita.

OBJECTIONES.

236 Obj. contra III. Adſert. Tunc naſcerentur omnes Adami poſteri in gratia confirmati. Nam 1.° ex Greg. (*n*) tunc ſolum naſcerentur, qui nunc per redemtionem electi ſunt, & ſalvandi. 2.° ex Anſ. (*o*) ſi Protoparentes ſtetiſſent, ita confirmarentur cum omni prole ſua, ut ultra peccare non poſſent. 3.° donum confirmationis in gratia erat ſtatui innocentiae debitum.

237 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. Con.*, nam haec omnia ſalva manent cum perſeverantia finali, poſt multa peccata prius commiſſa. Ad 2. Anſelmus, fateor, pro ea ſtat ſententia: at pro noſtra ſtat *Aug.* inquiens (*p*), omnes tunc ſine morte ad coelum transferendos fuiſſe, *ſi juſte*

OBSERVATIO.

(§) CLariſſ. *Ignat. Schwarz* in ſuis inſtit. Juris publ. in prolegom., inſtruct. 2. §. 3. q. 5. p. 21. in Chriſtianum Thomaſium acatholicum invehitur, tanquam qui variis erroribus ſtatum naturae integrae corruptum dederit in ſua Juriſprud. divina, l. 1. c. 2. e quibus hoſce binos recitat, & oppugnandos adgreditur.

Nempe 1. „ homo in ſtatu illo potuiſſet, credo, carnes comedere, ſed vereor „ ut voluiſſet: ſi tamen voluiſſet, magis „ probabile eſt, eum comediſſe carnes crudas, quam coctas.

2. Inſuper „ nec de infantibus cur aliter ſentiam, cauſſam video: potuiſſent nimirum a nativitate cum parentibus ſuis „ ſapienter de rebus quibuſcumque ratiocinari. „ Haec ex Thomaſio *Schwarz*.

Ego tamen praeſtantiſſimi Viri pace, errores proprie adceptos heic non video; ac licet eas poſitiones minus verosimiles, aut etiam mihi falſas duxerim, minime ipſas paterer a quopiam *errores* ſimpliciter vocitari; ac multo minus eaſdem cum laud. *Schwarz* p. 59. recenſeri inter *errores admodum pernicioſos, quos etiam num hodie ex triplici naturae ſtatu deducunt Acatholici*: quam enim magnam perniciem, vel in ſanctum Dogma, vel in doctrinam de moribus, vel in diſceptationes Scholae theſes thomaſianae adferre poſſint, plane non capio.

Permitterem ergo haud illibenter hac in re in ſuum ſenſum, parum ſane vero ſimilem, abundare Thomaſium.

(*l*) *D. Th.* q. 100. a. 2. & q. 101. a. 1. *Suar.* c. 9. *Bec.* c. 5. n. 4.

(*m*) Lib. 5. capp. 5. 6. 7. 8.

(*n*) Lib. 4. moral. cap. 36. alias 28.

(*o*) L. *Cur. Deus homo.* c. 18.

(*p*) L. 9. Gen. ad lit. c. 3.

juſte omnes, obedienterque viverent: ſupponit ergo potuiſſe injuſte vivere. Et conſonant *Hug. Victor. D. Th. Dur. Richar.* &c. Ad 3. *N. A.* gratis conſictum; quia nec conſtar de divina promiſſione, nec poterant viatores donum illud promereri (*q*).

238 QUAESTIO II. Quid de illis, qui tunc graviter delinquerent? ADSERO. Plura in hanc rem admodum incerta, nec ſat ſolidis congruentiis obfirmata. Si conjectare liceat, forte nullus peccaret, etſi poſſent omnes. Si quis peccaret, fieret culpae reus, mortis, & poenae aeternae; at poſſet per veram contritionem juſtitiam originalem amiſſam recuperare. Delicta publica ſuppliciis publicis plecterentur; ob peccatum vero non ejicerentur de Paradiſo, quem nec omnes ob loci incapacitatem incolere poſſent; immo vitam ducerent per varias Reſpublicas toto orbe diſperſi, uti nunc, ſi poſteritas aequalis eſſet (*r*). Hoc certum: omnia non peccantibus, vel innocentibus tunc irent placida, nulla ab elementis moleſtia, nulla veſtium neceſſitas, infirmitas nulla.

239 QUAESTIO III. Quinam pro animabus felicior, vel ſtatus ille innocentiae, ſi perennaſſet, vel praeſens ſtatus naturae lapſae, per Chriſtum reparatae? ADSERO. Status ille, poſito, quod habuiſſet etiam Chriſtum Dominum ex Beatiſſima Deipara natum, tanquam gratiae, & gloriae Authorem. Quia tunc ex hoc fonte, ſaltem aeque abundans ad homines profluxiſſet gratia, quae nunc; immo forte abundantior, prout ſtatus excellentiam condeceret. Et aliunde valde aptior eſſet ſtatus ad cavenda peccata, & ad gratiam conſervandam; admodum plane ſimilis ſtatui angelico, & beato: ergo (*s*).

240 QUAESTIO IV. Quo pacto homines in eo ſtatu viae hujus vitam abſolverent? ADSERO. Deus praefixiſſet ſtatui terminum, uti noſtro diem Judicii. Viverent omnes uſque ad aetatem adultam, & perfectam corporis magnitudinem. Subceſſive transferrentur in coelum, quoad corpus, ſimul & animam innocentes, & qui poſt peccatum plenam veniam obtinuiſſent. Qui vero praefixo translationis tempore peccati reatum non abſolviſſent, detinerentur in aliqua Purgatorii ſpecie, uſque ad perfectam purgationem. Qui tunc demum ſine peccati lethalis poenitentia invenirentur, morerentur quidem, aeterniſque flammis plecterentur. Ita conjecto ex iis, quae certa habemus de ſtatu praeſenti (*t*).

241 QUAESTIO V. Reflexa. Quo fructu ventilent Patres & Scholaſti-

(*q*) Adeundi *D. Th.* q. 100. a. 2. *Suar.* lib. 5. c. 9. *Molin.* d. 32.

(*r*) Conf laud. *Suar.* c. 10. & *Arriaga* heic. diſp. 43. ſect. 5. ſqq.

(*s*) Conf *D. Thom.* q. 95. a. 4. & *Suar.* cit. c. 11.

(*t*) Legitor ibidem *Suar.* cap. 12.

laſtici quaeſtiones hujus capitis, quae magis curioſae, quam neceſſariae videntur? ADSERO. Non exiguo. Quoniam licet ejuſcemodi doctrina revelata aperte non ſit, at in revelatis magna ex parte continetur, aut ex eis deducitur. Unde fit, ut eorum diſquiſitio magis perſpicuam nobis adferat cognitionem, tum de Creatore, qui adeo magnifice, ac liberaliter eum ſtatum locupletaret; tum de malitia, & gravitate unius Adamicae tranſgreſſionis, quae tot poſteros tantis donis privavit; tum de noſtra miſeria, qui propter unum peccatum, quod in origine tantum contraximus, tot ſtatus praeſentis incommodis addicti ſumus (*u*).

(*u*) Fere laud. *Suar.* l. 5. in prooemio. De ſtatu integritatis ſatis cordate, ſapienter, ac erudite diſſeruit e ſchola Proteſtantica *Franc. Buddeus* in inſtitutionibus Theologiae dogmaticae l. 3. c. 1. Eum, ſi liceat, evolviſſe non pigebit.

TRA-

TRACTATUS SECUNDUS

De Homine Lapſo.

SUB hoc Titulo comprehendimus peccatum, qui fuit perſonale Adamo, & poſteris originale; ſimulque Libertatem, & Legem ad quodvis peccatum ſine dubio praeſupponendas; atque adeo Tractatum in tres Libros partimur, quorum I. de Libertate, II. de Lege, III. de primario Hominis Lapſu.

LIBER PRIMUS

De Libertate.

PROLUSIO POLEMICA HISTORICO-CRITICA

De Erronibus in libertatem humanam.

HISTORIA POLEMICA.

242 NON uno ex capite caligantia plurium ingenia inditam a ſummo Creatore humanae menti libertatem temerare connixa ſunt. Et quidem vel Paganiſmi faecem ſpectes, vel Heterodoxiſmum Chriſti nomen praeſeferentem, vel Catholiciſmum quoad plures, qui eum profiteri viſi ſunt. Itaque

Ex Paganiſmo

I. *Fataliſtae vetuſtiores* (alias producti, ubi de Deo Providente in Tomo II.) ubi poſita ineluctabilis fati neceſſitate, huic hominis voluntatem ſubjiciebant, hoc ipſo liberum homini arbitrium, ſuique poteſtatem ac dominium eripuerunt: quo plane & ei detraxerunt naturam & hominem ex homine ſuſtulerunt. In eorum ſyllabo vulgo contexuntur *Pythagorei*, cum *Philolao*, gente Croroniate, qui vixit paullo ante Alexandrum (x) *Democritus* (y) *Empedocles* (z) *Stoici*, cum *Chryſippo*, *Philopatro* (a) *Cleante* (b) Secta *Heraclitea*, *Platonica*, *Epicurea* cum ſuis Authoribus. Licet enim ex iis nonnulli verbo aliter ſentirent, libertatis tamen everſores audiebant, ac ſuamet ex doctrina convincebantur *jungere quae jungi eſt impoſſibile*, quemadmodum ſtrenue contra eos diſputabat *Boëthius* (c).

II. *Sapientes Chaldaei*, *Aegyptii*, *Celtae*, ceterique *Fataliſtae Aſtronomici* ſeu *Mathematici* libertatem hominum e medio ſuſtulerunt; ſtatuen-

(x) Ex *Laërt.* l. 8. ſegm. 85.
(y) Ap. *Iuſt.* l. de fato cap. 10.
(z) Ap. ipſum *Tull.* l. de nat. deor.
(a) Referente *Nemeſio* de nat. hominis cap. 35.
(b) Ap *Auguſt.* 5. civ. cap. 9. ex *Seneca* l. 18. epiſtolar.
(c) Lib. 3. comment. & l. 2. de interpret. num. 37.
Conf. *Lactant.* l. de ira Dei, c. 9. *Greg. Nyſſen.* l. 8. de philoſ. c. 3. *Jul. Siren.* de fato l. 2. c. 8. rurſumque *Boëth.* l. 4. de conſolat. proſa 6. & l. 5. proſa 4.

tuentes nempe fatum, quo Deus per virtutem coeleſtibus immiſſam corporibus voluntates noſtras in partem alteram ineluctabili vi compellit. Eos acriter perſtrinxerunt plurimi cum *Nemes.* (*d*) *Auguſt.* (*e*) *Nyſſeno* (*f*) *Pico Mirandul.* (*g*) & perdocto neoterico *Thoma Vincent. Monilia* (*h*) necnon altero pugili *Antonino Valſecchio* (*i*).

His proculdubio adcenſendi primum poſteriores quidam *Anonymi*, qui Chriſtum Dominum eidem mathematico fato ſubjecerunt (*k*); ac deinde *Phariſaei*, qui nempe aut homini liberum arbitrium ſimpliciter ſubtrahebant (*l*) aut ſaltem pleraque ineluctabili fato tribuebant, nimiamque in animos efficaciam aſtris adjudicabant (*m*). *Eſſeni* demum, ſive *Eſſaei*, quibus omnia in fati poteſtate ſunt, nec quidquam hominibus praeter decretum fati adcidit, teſte *Joſepho* antiq. jud. l. 13. c. 5. (*)

(*d*) Proxime laud. cap. 36.

(*e*) Lib. 5. civ. 2 cap. 1. ad 9. & in Joan. cap. 2. tr. 8. n. 10. ſqq.

(*f*) In orat. contra fatum.

(*g*) Diſſ. contra Aſtrologos cap. 4.

(*h*) In diſſ. adverſus Fataliſtas par. 1. & 2.

(*i*) De fundamentis Religionis lib. 1. cap. 6.

(*k*) Ut teſtis eſt *Auguſtin* in Joan. proxime laud. col. 368.

(*l*) Ap. *Conrad. Ikenium* de antiquit. hebraicis par. 1. cap. 6. num. 8.

(*m*) Ita fert vulgaris opinio; nec levibus quidem ſuffulta documentis.

ADNOTATIONES.

(*) I. NOnnihil *ſuperius* in Tom. II. p. 272. & 273. de Fataliſtis id genus diſſeruimus, innuentes ulterius ſelectos Authores, qui de eis, aut de ipſorum fato pertractant, queis adjicere licet *Epiphan.* haer. 16. *Gerard. Jo. Voſſium* de Theol. gentili l. 2. cap. 47. ſqq. *Bruck.* hiſt. phil. ubi de fato Chaldaico, Celtico, Stoico, Judaico &c. ſparſim.

At rurſum heic occurrit (ut cetera brevitatis ſtudioſi mittamus) Phariſaicum fatum, quod comparate ad creatam libertatem juvat diligentius inveſtigare, quantumvis prerdifficilem, ob documentorum inopiam, quaeſtionis definitionem ſentiam cum *Pridaeu* in hiſt. Judaeor t. 5. p. m. 70.

Anne igitur veterrimi illi Phariſaei actiones ab hominis voluntate prodeuntes fati neceſſitati ſimpliciter ſubjecerunt? Ajunt plurimi: *Pſeudo-Clemens* lib. 6. conſt. apoſt. cap. 6. ſic differens, *Phariſaei, qui fortunae ac fato opera peccantium adſcribunt*. Adcinit *Hieron.* l. 2. adverſ. Pelagian. c. 10. in haec verba, *Phariſaeorum eſt hoc ſupercilium, ut peccata propriae voluntatis referant ad Conditoris injuriam, & illius juſtitiam calumnientur.* Praeterea *Epiphanius*, in quiens haer. 16. n. 3. quod ii *ſtolidam & ineptam Aſtronomiae ſcientiam in hominum vitam invexerunt*, teſtaturque deinceps, ſe illorum doctrinam de fato, quam illico impugnandam ſuſcipit, certo perſpectam habere: unde jure putandum, potius *Bullum* lapſum in harmon. apoſt. diſſ. poſter. c. 15. n. 18. ſub fin. ubi definit, *in Phariſaeorum ſententia explicanda lapſum Epiphanium, qui eos per Aſtrologiae ſtudium omnia fatali neceſſitati ſubjeciſſe adſerit*, Non enim adſerit Epiphanius, illos ſic erraſſe per ſtudium nudae Aſtrologiae, ſed *ſtolidae ac ineptae Aſtrologiae*, qua nempe docebantur omnia fato cogenti ſubjicere.

Tum *Baron.* in adpar. ad annal. §. 8. fert ex Joſepho illos omnia fato tribuere. *Nicol. Serarius* in trihaereſio l. 2. c. 3. eos vult fati Stoici aut Stoico adſimilis, libertatem hominis evertentis, adſertores; eique adhaeret laud. *Bullus* §. 19. necnon *Nicolai* ad Sigonium de rep. Hebraeor. ap. Bruck. tom. 2. p. 752. nota (q). Demum Rabbi *Joſeph Albo* (plurium Author ap. *Bartolocc.* in bibl. magna rabbin. t. 1. pag. 197. & alias) ſcripſit ap. Druſium de trib. ſectis Judeor. l. 2. c. 14. p. m. 88., *quoſdam* Phariſaeos *negare liberum arbitrium in homine, & in ea ſententia eſſe partim Aſtrologorum*.

Alii tamen e diverſo illum errorem a veteri Phariſaeorum ſecta amoliri contendunt, ac vulgo pugnant, eorum fatum coincidere cum fato chriſtiano (de quo plura cit. *Voſſius* de theol. gentili l. 2. cap. 50.) ſeu cum Dei provi-

Ex Heterodoxiſmo

I. *Quotquot Acatholici veteres* cum *Valentinianis* & *Manichaeis* ſtatuerunt, hominum genus non uniuſmodi, ſed diſſimilis naturae & conditionis eſſe; ſubindeque alios per ſeſe ac ſubſtantia bonos & electos, alios vero pravos ac reprobos, liberum hominis arbitrium e medio ſuſtuliſ-

providentia atque infallibili decreto. Ita quidem *Sixt. Sen.* in bibl. S. l. 2. art. *Traditiones.* p. 191. *Druſius* proxime laud. l. 2. p. 87. & 88. *Coel. Rhodiginius* lect. antiq. l. 5. cap. 9. col. m. 249. *Auguſt. Pfeiferus* in theol. judaica, exercit. 4. ſect. 1. p. m. 190. *Caſaubonus* exercit. 1. cont. Baron. *Zonaras* ap. Druſium proxime cit. in margine. *Abraham Zachuth* ibid. p. 87. *Bruckerus* t. 2. p. 750. ſqq. *Jacob. Baſnagius* ap. ipſum Bruck. p. 752.

Haec autem ſententiarum varietas & fervens hodieque concertatio ab iis, quae de hoc Phariſaeorum dogmate differuit *Flav. Joſephus*, enata eſt inter adcuratiores Criticos. En ejus verba.

Antiq. Judaic. l. 18. c. 1. num. 3. edit. Havercampianae „ Phariſaei . . . quum dicant fato omnia fieri, voluntatem hominis non privant impetu a ſe ipſa pendente: quippe ſic Deo placitum eſſe, ut certo temperamento miſcerentur in unum fati decretum & ratio humana, ſi quis velet adcedere aut cum vitio, aut cum virtute „. Fatum ergo chriſtianum admittebant.

Ipſarum Antiq. l. 13. c. 5. n. 9. „ Phariſaei dicunt, quaedam eorum, quae fiunt, non omnia fati eſſe opera, eſſe enim & quaedam in noſtra poteſtate, ut fiant, aut non fiant „. Ergo haec, quae ſunt in noſtra poteſtate, non pendent a fato, contra aliud adſertum: atque adeo quum ſibi non conſtet Joſephus, nullibi meretur fidem.

Rurſus: ſi quaedam ſint in noſtra poteſtate, quaenam illa ſunt? bona ne, vel prava? Et ſi quaedam ſint, cur non omnia? Ergo ex dogmate Phariſaeorum, completum ad omnia non eſt liberum arbitrium*: tum, ad aliqua, non ad omnia vis eſt ineluctabilis fato ſuo: anne vero in ſingulis actibus non eadem eſt arbitrii, non eadem coeli, ſeu fati vis?

De bello judaico l. 2. c. 8. n. 14. „ Phariſaei . . . fato & Deo omnia adtribuunt, & honeſte agere aut non agere magna ex parte in hominibus ſitum eſſe ajunt, cooperari autem in ſingulis fatum. „ Vel, ut alii legunt „ ad ſingula adjuvare etiam fatum „ vel item „ in ſingulis autem fati auxilium concurrere „. Chriſtianum itaque non eſt hoc fatum, utpote quid a Deo diverſum; immo ſtoicum, aut quodpiam aliud aſtrologicum, quod ſibi ſecta confinxerat.

Ergo inſuper honeſte agere aut non agere ſolum magna, non autem omni ex parte penes liberum arbitrium eſt, quod propterea multa ex parte laudetur, oportet, nec ſemper ab eo fato adjuverur. Quid? quod aegre percipias in quo ſitum ſit auxilium illud, concurſus, aut cooperatio fati, quod Deus non eſt, erga liberum humanae voluntatis effectum.

Heinc vero *Caſaubono* & *Grotio* ap. cit. Bullum §. 13. Phariſaei mixturam quandam fati & liberae voluntatis crediderunt; laudato *Druſio* p. 87. n. 66. Joſephus a ſe ipſo diſſidet, immo *Montacutio* ap. eundem Bullum falſa conſcribit.

Quod ſi nos ſecuudum adlata Joſephi teſtimonia rem definiendam adgrediamur, concludamus, oportet, Phariſaeos, utpote improbos, hypocritas, ac divinae legis interpolatores, pugnantia cudiſſe dogmata, ac in pluribus reapſe libertatem hominis evertiſſe: rurſum nec illos chriſtianum fatum admiſiſſe, nec ſtoicum, ſed chimaericum quidpiam, ex utroque conflatum, & ſimul ex neutro, atque adeo prorſus imperceptibile.

De authoribus ejuſmodi ſyſtematis haec ſapienter ſubinferebat *Cotelerius* in conſt. ap. Pſeudo-Clem. l. 6. c. 6. *illi quoque, qui adeo perplexim propoſuerunt doctrinam ſuam, merito (quidquid ſenſerint) ſuſpecti exſtitere, atque adhuc ſunt.*

Vereor quidem ne ipſi, ut ſeſe palam adverſari oſtenderent Sadocaeis eorum infenſis hoſtibus, qui pleniſſimum homini cum ceteris vulgo doctis arbitrium adſcribebant, propugnabantque, hoc potius ſimularint, quam ex animo conceperint ſyſtema; quippe qui alias horrerent, natura monente, humanum arbitrium e medio tollere. Minime vero ad poſteritatem profuit peſſime atchitectata Hypocritis fraus. Et haec de ſecta, quam Joſephus ejus profeſſor commemorat, exponitque,

De

ſtuliſſe dicendi ſunt. Hos quippe omnes perpetua probe aut improbe agendi neceſſitas cogit. Jam vero intet everſores humanae libertatis ii apud nonnullos ſigillatim referuntur e vetuſtioribus:

II. *Simon Magus* (*n*)...*Valentinus*(*o*)...*Bardeſanes* (*p*)...*Manichaei* (*q*)(*).

De Phariſaeis vero poſterioribus, quos nuper novimus ex Pſeudo-Clemente, Hieronymo, Epiphanio & R. Albo, ipſis ſynchronos, everſoreſque humanae libertatis; nihil eſt quod hiſce teſtibus non adſentiamur, eſto vetuſtiores illi Phariſaei liberum arbitrium intactum, ſaltem quoad ſpeciem, reliquiſſent. Nihil enim frequentius, quam ut inter homines ejuſdem ſectae ſubceſſores dogmata anteceſſorum immutent, ac invertant, eiſque plura nova ſubſtituant.

II. Quod Eſſenos ſpectat, adduci nequeo ut credam in hoc Erronum albo reponendos eſſe. Illud quippe fatum Eſſenorum, in ſenſu Joſephi ex Eſſenorum opinione ac dogmate, chriſtianum plane fuit, ſeu Dei providentia univerſalis ac infallibilis, minime ſidereum, hominis libertatem evertens. Illud autem ſanctiſſimum fatum diſerte idem *Joſephus* expoſuit l. 18. ant. jud. c. 1. n. 5. ubi ait, *Eſſeni autem omnia Dei in manu relinquenda eſſe cenſent*, cui praeiverat *Philo* in comment. *quod omnis probus liber*, p. m. 877 fere ſub med. ubi multas inter alias hujus ſectae laudes, de ipſis cum honore depraedicat, *quod ad Deum authorem bona omnia, malum vero nullum referunt*.

In eundem pariter ſenſum Eſſeneum fatum merito interpretantur *Serar.* in harmonia Machabaeor. cap. 9. lib. 1 p. m. 735. & in trihaeres. l. 3. c. 4. §. 2. *Beauſobrius* in hiſt. Manich. l. 7. c. 1. §. 7. ſub fin. p. 428. *Brucker.* hiſt. phil. t. 2. pag. 771. iiſque adcedere videtur *Baſnag.* hiſt. jud. l. 2. c. 20. §. 11. quibus praeluxit *Coel. Rhodig.* in eorum elogio haec de Eſſenis proferens lect. ant. l. 5. c. 9. col. 249. *fato geri omnia credunt, nihil ominus arbitrii liberi poteſtatem non auferunt*: ipſis ergo fatum divina Providentia fuit.

Immerito itaque errorem de fato libertatem hominis cogente ipſis adfricant *Jo. Zonaras* in annal. l. 6. §. 3. p. m. 265. edit. Cangianae, *Druſ.* de trib. ſect. Jud. l. 4. cap. 19. n. 215. *Prideau* hiſt. Jud. t. 5. l. 13. ad an. 108. ante Chriſt. pag. m. 73. *Coccius* in Theſ. t. 2. l. 1. art. 5. videlicet, ut reor, ex uno, quem *ſupra* primo loco adduximus, Joſephi loco in pravum ſenſum detorto, ac noviſſime *Author Anonymus* Encyclopediae, ſeu lexici gallici ratiocinantis ſcientiarum t. 9. art. *liberté*. p. 374. col. 1.

Adde quod hunc expreſſum errorem omnino ſileant Antiquiores, frequentius & maxima cum laude, ut par erat, de probatiſſimis Eſſenis diſſerentes: puta *Philo* proxime cit. & in Apolog. pro Judaeis, idem *Joſeph.* l. 2. de bello jud. c. 8. & ſaepe alias, *Porphyr.* lib. 4. de abſtinentia ab eſu animalium fol. m. 88. ſqq. *Euſeb.* praep. ev. l. 8. c. 11. & 12. *Epiphan.* haer. 10. *Philaſt.* de haer. c. 9. Conferendi praeprimis pro noſtra opinione ex laudatis *Serar.* & *Bruckerus*.

(*n*) Ex *Pſeudo Clem.* recognit. l. 3. §. 20. ſqq. Conferenda tamen hanc in rem a nobis dicta in Tom. I. p. 326. ac Tom. II. p. 274.

(*o*) Ex *Auguſt.* haer. 11.

(*p*) Ap. *Danaeum*. Recolas vero & iſtuc adplices quae pro Bardeſane adtulimus in eodem Tom. II. p. 275. ſq. in Adnotat. **

(*q*) Ex *Auguſt.* proxime citando.

ADNOTATIO.

(*) IMportunus ille ac impudens SS Patrum irriſor & oppugnator *Iſaacus Beauſobrius* in hiſt. Manich. t. 2. l. 7. c. 2. p. m. 433. ſqq. protegendos ſuſcepit Manichaeos tanquam certos liberi arbitrii adſertores contra ſententiam Auguſtini, quaſi hic acutiſſimus juxta ac ſapientiſſimus Doctor, & idem aliquando Manichaeus, ejus ſectae non intellexiſſet dogmata, aut ipſa refutans turpiter confudiſſet. Intolerabilem ſane impudentiſſimi hominis petulantiam!

Quid vero? Haec conceptis verbis teſtatur *Auguſtinus* in tom. 2. epiſt. 166. ad Hieron. c. 2. n. 4. „ Manichaei e ſubſtantia ma„ li, cui proprium principium, principeſ„ que tribuunt, ipſam boni Dei ſubſtantiam „ ex parte, qua capta eſt corruptam & op„ preſſam & ad peccandi neceſſitatem per„ ductam eſſe contendunt.

Tum tom. 4. in Pſalm. 140. n. 10. & 11. inducit quos Manichaei *Electos* ſuos vocabant, ita ex dogmate ſectae ſentientes „ & nos ani-

„ mas

Priſcillianiſtae (r) . . . *Florus* quidam monachus, S. Auguſtini aequalis (*). III. Hos

„ mae de ipſis membris Dei ſumus; ſed premimur heic viſceribus gentis tenebrarum, „ & quidquid peccare dicimur, illa gens „ peccat „ Eos ſubinde paucis interjectis, ita perſtringit, „ vis, o nefande, falſe Elete, defendere peccatum tuum, ut quando aliquid mali feceris, non tu feciſſe videaris: quaeris in quem peccatum tuum „ refundas & refundis in gentem tenebrarum „, quae videlicet liberum arbitrium cogit.

Hanc ipſe ſententiam dolet tenuiſſe quum eſſet Manichaeiſmi auditor, in l. 5. confeſſ. c. 10. n. 18. „ adhuc enim (inquit) mihi „ videbatur non eſſe nos, qui peccamus, „ ſed neſcio quam aliam in nobis peccare naturam, & delectabat ſuperbiam meam „ extra culpam eſſe, & quum aliquid mali feciſſem, non confiteri me feciſſe, ut ſanares animam meam, quoniam peccabat tibi, ſed excuſare eam amabam, & adcuſare neſcio quid aliud, quod mecum eſſet & ego non eſſem.

Quod demum ex dogmate Manichaeorum, hominem dura neceſſitas peccare compellat, conceptiſſimis verbis prodit S. Doctor in l. de haereſ. c. 46. fere ſub fin. & lib. 1. retract. c. 9. n. 2. & l. 2. contra duas epiſt. Pelag. c. 2. n. 3. & l. de contin. c. 5. n. 14. & ſaepe alias. Ipſique hac in re incunctanter ſubſcribunt Patres, ac ceteri plerique omnes Scriptores, cum veteres, tum recentiores, uno per ſummam inſolentiam repugnante *Baeuſobrio*.

Eccur autem ſubtiliſſimus hic Manichaicae peſtis vindex repugnet? Quoniam, inquit, ex iis, quae ſectae homines cum Auguſtino, Evodio, vulgato Archelao, aliiſque orthodoxis Doctoribus diſputarunt, aperte liquet, apud ipſos dogma de libero arbitrio conſtitiſſe; immo ut idem Auguſtinus eos in hac eſſe ſententia comprobet, locum adlegat a Manete depromtum, aliumque inſuper ex actis quibuſdam apocryphis, a ſecta tamen cooptatis, deſumtum.

Inde vero, concludit, ex mente Manichaeorum homo poſt lapſum re apſe liberum arbitrium, quo innocens potitus eſt, non amiſſit, ſed duntaxat ejus uſum, quippe ab ignorantia, & carnis concupiſcentia adeo invincibiliter mens in malum propendet, immo conſtringitur, ut agat tandem aut permittat, quod ipſa exhorret ac damnat: id quod *Apoſtolus* in ſeſe expertus eſt ubi ait *Rom. 7. 15. quod enim operor, non intelligo; non enim quod volo bonum, hoc ago, ſed quod odi malum, illud facio* &c.

Et ita quidem interpretandi ſunt, ut aequum eſt, ſicubi quidquam differant, cum libero arbitrio pugnans. Haec ille toto eo capite amplificat, pluribuſque confirmare adnititur.

Fruſtra tamen heic hominem laboraſſe ac operam luſiſſe facili negotio demonſtrare poſſem, niſi me ratio ac ſtudium brevitatis premeret; atque adeo cogimur dignam hanc provinciam aliis percurrendam relinquere & commendare; iis tamen curſim adnotatis.

Principio ſatius eſt hac in re Auguſtinum interpretari, ſi videatur non ſibi conſtare, quam Manichaeos; immo in ejuſmodi negotio adpingere Auguſtino fraudem, ignorantiam, aut errorem apud quoslibet bene ſapientes inſtar piaculi eſſe debet.

Heinc dixerim, pugnantia illos ſtatuiſſe, heic videlicet peccare hominem libere, illeic vero non peccare libere: illud rurſus decreviſſe ratione dogmatis, quod profitebantur ſub ſyſtemate de duobus principiis, duabuſque in homine animabus, hoc autem ratione ac vi argumentorum, quibus ab Auguſtino, aliiſque orthodoxis Athletis premebantur: aut item voluiſſe cum libero arbitrio innocentem hominem, minime lapſum. Hoc utique pacto potuit legitime adſerere S. Doctor, illos & admiſiſſe & denegaſſe in homine liberum arbitrium ad peccandum.

Ludit deinde inſolentiſſime Beauſobrius quum eos excuſat tanquam e medio tollentes uſum liberi arbitrii, non vero iſtud: quodnam enim illud arbitrium eſt, quod nec proxime, nec remote, ſed ſolum remotiſſime ac in radice ſui juris eſt ad male agendum vel non agendum?

Hac porro admiſſa egregia philoſophandi ratione, rari quidem erunt cum ex antiquis, tum ex recentioribus acatholicis, quos ſublati liberi arbitrii reos commonſtrare poſſit Beauſobrius. Et haec innuiſſe ſufficiat.

(r) Ex eodem *Aug.* haer. 70. & *Leon.* P. epiſt. 15. alias 93. cap. 11.

ADNOTATIO.

(*) ITA *Coccius* in theſauro t. 2. l. 1. art. 5. haec ſcribens, *Florus Monachus ex libris Auguſtini male intellectis ita gratiam Dei extollebat, ut negaret liberum arbitrium.*

III. Hos insuper ex Heterodoxis medii aevi excepisse memorantur *Petrus Abaelardus*, *Wicleffus*, *Ceccus Asculanus*, *Albertus* Episcopus Alberstadensis (*s*) tum *Albanenses* (*t*) *Honorius* Augustodunensis, *Cathari*, *Thom. Bradwardinus* (*u*) generatim denique quotquot cum vulgatis *Praedestinatis* propugnasse reperti sunt Dei Praedestinationem & Reprobationem necessitantes electum, reprobumque (*x*) quibus jure adnectendus *Anonymus* ille nebulo, qui, praeter alia non minus impia, scriptis mandatum reliquit, hominis voluntatem ex necessitate velle aut eligere, nec ejus liberum arbitrium activam esse potentiam, sed passivam; quae nempe ab adpetitu necessario moveatur (*y*) necnon adpendicis loco *Mahumedani* (*z*).

Venio jam ad Heterodoxos infimi aevi.

IV. *Joan. Oecolampadius*, Germanus, impiissimus Sacramentariorum dux an. 1525. (*a*) Tum *Martin. Lutherus*, qui haec in humanam libertatem imprudens ac effrons effutiit. 1.° liberum arbitrium post lapsum Adae res est de solo titulo, atque adeo figmentum duntaxat, seu titulus sine re (*b*)... 2.° laudandum Wicleffi effatum, quod omnia de necessitate absoluta eveniant (*c*)... 3.° Dei omnipotentia & praescientia cum libero arbitrio ex diametrio pugnant (*d*)... 4.° error est quod liberum arbitrium aliqua gaudeat activitate in bono opere, si de opere interno sermo sit (*e*).

V. *Joan. Calvinus*, Lutheri calcans vestigia sic animose pergit: 1.° liberum arbitrium, quo praeditus est homo innocens, post hujus lapsum est penitus exstinctum (*f*)... 2.° homo liberi arbitrii dicitur, non

trium. Augustinus de gratia & libero arbitrio.

Vereor tamen ne nos inculpate fallat Coccius. Quippe in citato Augustini commentario nullum reperio Florum ita sentientem. Quod si Coccius loquatur de Floro illo Monacho Adrumetino, patria Uzalensi, quem adpellavit *Augustinus* in epist. nunc 215. & alias, illius fides de libero arbitrio, sicut & de gratia ac de retributione in die judicii, sana & catholica fuit, non prava, sicut fratres ejus, ipsum non intelligentes, erant loquuti, quemadmodum diserte testatur, ipsum egregie vindicans, idem *August.* in l. de corrept. & grat. num. 2.

(*s*) De iis diximus *supra* Tom. II. p. 276. sq.

(*t*) Ap. *Prateol.* in Albanensibus.

(*u*) Pariter de iis diximus in eodem Tom. II. p. 309. sq.

(*x*) Eos in scenam produximus in ipso Tom. II. in Prolusionibus de Erronibus in Deum Praedestinantem & Reprobantem.

(*y*) Hunc cum ceteris nebulonis erroribus anathemate perstrinxit *Stephanus* Episcop. Parisiens. an. 1270. Lege *Bibl. PP. Lugd.* t. 25. p. 332. sq.

(*z*) Eorum errorem recitavimus *supra* Tom. II. p. 226. ante notam (*s*) ex *Vivesio* & *Ludov. Marraccio*: quibus adde, ex doctrina ejusdem *Marraccii*, refutantis Suram 2. Alcorani, p. 17. col. 1. Mahumedanos Doctores, prae primis *Moslemos* pugnare, in Alcorano doceri necessitatem peccandi, Deumque peccati authorem esse.

(*a*) Ap. Neotericos Haereseologos cum *Prateolo* in Jo. Oecolamp.

(*b*) Art. 36. inter proscriptos a Leone X. & in opusc. theol. seu adsertione articulor. a Leone ipso damnatorum.

(*c*) In adsertione 36.

(*d*) In nefando comment. de servo arbitrio, ubi de hujusmodi deliriis bene multa.

(*e*) In digressione quadam libri, quem praenotavit *operationes in Psalmos*.

(*f*) Instit. l. 1. c. 15. sect. 8, & lib. 2. c. 2. sect. 12. & passim.

non quia liberam habeat boni peraeque ac mali electionem ; ſed quia male voluntate agit, non coactione (*g*) videlicet liber homo eſt a coactione, non a neceſſitate : quo nonnullos ſectatur Luthericos, tenentes (*h*) ineſſe homini liberum arbitrium, hoc eſt liberum a coactione, non a neceſſitate... 3.° homo lapſus nihil velle poteſt ex proprio arbitrio, niſi malum (*i*)... 4.° humanum arbitrium non modo quoad ſtatum rerum ſupernarum, ſed etiam naturalinm eſt omnino ſervum (*k*)... 5.° peccatum etſi nobis voluntarium, inevitabile tamen eſt (*l*). Haec quidem potiſſima ſyſtematis capita, quae pluribus hic ſycophanta confirmare & exornare adnititur (*m*) (*).

VI. *Gregales* plurimi parentum duorum, quos mox produximus, qui nempe liberum arbitrium revera ſervum ſuis identidem ſcriptis fecerunt,

(*g*) Inſt. l. 2. c. 2. ſect. 7.

(*h*) Cum *Bucero* lib. de concord. doctrinae.

(*i*) Inſt. l. 2. c. 4. & 5. ſaepius.

(*k*) Ibidem c. 4. ſect. 6. & alias.

(*l*) Ibid. c 5. ſect. 1 & ſaepius.

(*m*) In IV. libris inſtitutionum ſparſim, necnon in defenſione doctrinae de ſervitute & liberatione humani arbitrii adverſus Pighium, per tot. item in articulis Facultatis Pariſienſ. cum antidoto ad art. 2. tum in actis C. Tridentini cum antidoto in ſextam ſeſſionem a §. *ſexto capite*. Exſtant ii tres poſtremi commentarii in tom. 8. operum inter tractatus theologicos edit. Amſtelod. de an. 1667.

ADNOTATIO.

(*) NObile praeſidium & decus ut ſibi adſciſcat & repetat et *Auguſtino*, quem ſaepe alias ut ſuum laudat Haereſiarches, haec habet in l. 3. inſt. c 23. ſect. 8. tanquam referentia purum putumque Auguſtini textum e lib. 6. de Geneſi ad literam cap. 15. „ non dubito igitur cum Auguſtino ſimpliciter fateri, *voluntatem Dei eſſe rerum neceſſitatem, atque id neceſſario futurum eſſe quod ille voluerit : quemadmodum ea vere futura ſunt quae praeviderit* „ Haec ille.

Ceterum adlata in primis verba integrum aliquem Auguſtini textum, ubi laudatur, conſtituunt minime, ſed collecta ſunt ex eo capite 15. aliiſque duobus ſubſequutis 16. & 17.

Deinde mirum in modum detorta ſunt in fatalem neceſſitatem, etiam cauſſis liberis injectam a Deo, quatenus aeternum voluit ac praevidit liberos eorum actus aut effectus ; quam nempe neceſſitatem, quam vocamus antecedentem, cane pejus & angue nunquam non exhorruit S. Doctor, ac pluribus interdum profligavit, e. c. in l. 5. civ. c. 8. 9. 10. & lib. 3. de lib. arb. c 4. & l. de praedeſt. & grat. c. 15. quibus nempe multus eſt in demonſtrando, divinam voluntatem & praeſcientiam omnino infallibiles concinne ſtare cum contingentia, & libertate rerum, quas ipſe alias voluit, novitque infallibiliter contingentes ac liberas.

Ergo ad ſenſum Auguſtini ubi citatur a Calvino, Dei voluntas eſt abſoluta & antecedens neceſſitas cauſſae neceſſariae, quae a Deo unice dependet, e. c. formationis Adae ex limo terrae, longioris aut brevioris in aliquo homine ſenectutis, protractioris vitae Ezechiae in alios annos quindecim ; haec enim ſunt exempla, quibus eam neceſſitatem ibidem adplicat Sanct. Doctor ; minime vero cauſſae liberae, quam nempe ſumme repugnat a quopiam cogi inevitabili neceſſitate.

Ex iis autem pronum eſt obiter diſcere ſubdolas Calvini, aliorumque ejuſdem furfuris hominum citationes, quibus errata ſua protegi, & commendari ſatagunt ; eas nimirum, alio plane tendentes, in ſuum pravum, nec raro haereticum ſenſum detorquentes : quo nempe incautos ſeducant, & ad ſuam trahant ſententiam, ejuſmodi teſtimoniis ſuffultam.

Idcirco cavendum ab hiſce dolis & fraudibus ; atque adeo quandocumque ii homines ſimilia obtrudunt documenta, ut ea perlegas & conferas apud citatos Patrum commentarios, quo illico fraudem deprehendas, author ſum.

Plura in expoſitam Calvinianam neceſſitatem legi poſſunt ap *Fev. ardent.* in theomachia Calviniſtica l. 2. c. 5. & *Nicol. Romaeum* in nova Calvini facie, colore 99. p. 683. ſqq.

cerunt, promulgaruntque: e. c. inter Lutheranos, *Centuriatores Magdeburgenſes*, alias *Confeſſioniſtae rigidi*, puta *Matthias Flacius*, gente Illyricus, ejuſque ſocii *Joan. Wigandus*, *Matthaeus Judex*, *Baſilius Faber.*, ſub. an. circ. 1560. (*n*) *Martin. Bucerus*, patria Argentinenſis, e Lutherano Sacramentarius, ſub an. circ. 1530. (*o*) *Martin. Chemnitius* Brietzae in Vandalia natus, denatuſque Brunſvicae ſub an. 1586. (*p*) *Anonymi* tandem ejuſdem ſectae nobis liberum tribuerunt arbitrium; at paſſive tantum, non active: aliique rurſum ad malum duntaxat, non ad bonum (*q*) E Calvinianis itidem *Theodorus Beza*, gente Burgundus, Legum licentiatus, ſecundus a Calvino Genevenſis cathedrae moderator an. circ. 1550. (*r*).

Quid vero deinceps poſteriores utriuſque ſectae alumni hac in re tenuerint, haud facile quis dixerit, quum tot, tantaeque ſententiarum ac dogmatum in utraque variationes interceſſerint, quas Cl. V. *Jac. Benignus Boſſuetius* complexus eſt in xv. ſuae hiſtoriae de ejuſmodi variationibus libris; quin & iidem Sectarii, praeſertim juniores, de libero arbitrio poſt lapſum Adae prorſus varie, obſcure, ac ſaepe ſaltem in ſpecie, pugnantia diſſerunt.

Haec in praeſentiarum tanquam certa & explorata adferre licet. In primis quod *Luthericos* ſpectat, Confeſſio Auguſtana, quae ipſis inter ſymbola Lutheranae fidei refertur, mitigavit quam maxime crudum illud ac indigeſtum ſyſtema de *ſervo arbitrio* Lutheri ſui: quippe inter articulos fidei praecipuos, art. 18. admittit in humana voluntate aliquam libertatem ad efficiendam civilem juſtitiam & diligendas res rationi ſubjectas: tum de facultate voluntatis ad efficiendum & eligendum vi activa aliquid circa ſupernaturalia, ita modeſte ac prudenter loquitur hic articulus, ut eam concedere haud obſcure videatur. Atque adeo ipſe ex integro adprobatus olim eſt a *Caeſare* & ab *Statibus Papiſticis*, ut loquitur *Jo. Benedict. Carpzovius*, ſecta Luthericus, in Iſagoge in libros eccleſiarum lutheranarum ſymbolicos, t. 1. art. 18. de lib. arbitrio, membro 2. p. 479. quidquid eum inique tractaverint noſtrates *Andr. Fabritius*, *Jo. a Daventria*, *Cochlaeus*, *Hoffmeiſterus*, ut amare conqueritur ibidem *Carpzov.* quin & noviſſime *Vito Pichler* in comment. de Confeſſ. Auguſtana, idem omnio catholicus, & cum reliquis catholicis conſentiens habetur. Adde, eundem articulum clarius in ſenſum prorſus catholicum concinnatum fuiſſe ab eodem Confeſſionis Authore *Phil. Melanchthone* in ſua confeſſionis mutatione ad an. 1540., excit. *Carpzov.* p. 480.

Porro ſuper hoc, quemadmodum ſuper aliis in Confeſſione cuſis articulis, ardentiſſimae exortae ſunt lites apud Luthericos, quibus ſedan-

(*n*) In Centuriis 2. 3. 4. ſqq. ubique cap. 4.

(*o*) Lib. de concord. in art. de lib. arbitrio.

(*p*) In examine C. Tridentini ad ſeſſ. 6.

(*q*) Ap. *Andream Vegam* de juſtificat. l. 2. c. 16. ſub. init.

(*r*) In tractatione theologica 1. cap. 4. & in libello qq. & reſponſionum chriſtianarum.

dandis permultas, nec levioris quidem momenti mutationes ea Confeſſio pati debuit (*s*). Verum, quantum adſequor ex actis hiſtoricis, quae luſtrare licuit, frequentius ratum habuerunt, retinueruntqae hunc de libero arbitrio articulum, etiam rejecta inſana ſui Lutheri doctrina de *ſervo arbitrio*, quam utique tanquam minus adcurate concinnatam non dubitat cit. *Carpzov.* (*t*) revocare ad priora ſui Patriarchae ſcripta, edita ſub an. 1525.

Et quidem, ut cetera exempla mittam, quoad vim libertatis cum erga naturalia, tum erga ſupernaturalia, nobiſcum fere penitus conveniebant Lutheranici cum *Crocio* ſub an. 1671. quo ſuas controverſias ediderunt *Adrianus* & *Petrus de Walenburch*, qui haec teſtantur in t. 2. p. 42. ſqq. Secus ſenſiſſe *Gerardus* & *Lomerius* feruntur a *Pichler* cit. in Theol. polem. par. poſt. controv. 1. art. 1. quippe qui cum recentioribus vendicant voluntati libertatem a coactione, non autem a neceſſitate.

Noviſſime tandem Clariſſ. *Godefr. Guil. Leibnitius* in Theodicea §. 34. p. m. 93. haec habet, *equidem cenſeo voluntatem noſtram non ſolum a coactione, ſed etiam a neceſſitate immunem eſſe*; idque pluribus ibidem illuſtrat & confirmat; etſo indifferentiam aut perfectum aequilibrium humanae deneget libertati ſub. §. 35.

Quod inſuper ad poſteros Calvini nepotes adtinet, vereor quidem ne ipſi quoque duriſſimum Avi ſyſtema, natura demonſtrante, ſenſim emolliendum curarint. Siquidem in ea Confeſſione fidei Calvinianae, quam apud illos ſectarios profiteri jubentur transfugientes ab eccleſia Romana ad Hugnoſticos, haec lego in articulo IX. ſub fin: „ & quam„ vis homo voluntatem habeat, qua ad hoc vel illud faciendum exci„ tatur, ea tamen ſic omnino captiva eſt ſub peccato, ut aliam nul„ lam habeat ad bonum libertatem, praeter eam, quam Deus con„ cedit (*u*).

Ecquid autem haec in verbis obſcuritas & ambiguitas? quid τὸ *praeter eam, quam Deus concedit*? ſi loquaris ad ſenſum Calvini, nullam Deus concedit poſt lapſum Adae: ſi vero ad ſenſum quorumcumque bene ſapientum, plenam indifferentiae ad bonum & malum libertatem cum natura Deus indit homini etiam lapſo. Neutrum vero adfirmat articulus, & neutrum negat. Immo, me judice, negat tacite ſenſum illum Calvini, taciteque abit in vulgarem, veramque ſententiam pro libertate; nullum vero exprimit, tum ne Calvinum avum videatur contemnere, tum ne contra rationem evidentem pugnare incuſetur.

Exinde vero ſuſpicari liceat, praefatam confeſſionem haud eſſe genuinum, ut fertur, *Bezae* foetum, aut ſaltem heic interpolatum eſſe ac mitigatum; quis enim ſibi perſuadeat, *Bezam*, & Calvini Acatem, & inſignem pariter libertatis everſorem, quum agitur de ſeria profeſſione

(*s*) Lege cit. *Pichl.* art. 10.
(*t*) Tom. 2. ſect. 2. art. 2. p. 1241.
(*u*) Eam recitat & confutat laud. *Feuardent.* in Theomach. calviniſt. l. 15. a p. 214.

ſione dogmatum, ſuum heic errorem in libertatem apertiſſime non obtrudiſſe?

His adde plurium inſtar Calvinianum *Guilielm. Ameſium*, qui in ſuo Bellarmino enervato, theſi 2. ap. *Erbermannum* in vindiciis Bellarminianis ad l. 3. de grat & lib. arb. c. 5. p. m. 286. col. 2. ex ſuorum Calvinianorum ſententia *concedit, liberum arbitrium in eo quod agit liberum eſſe ab omni neceſſitate, ut proprie non poſſit neceſſario agere quoad exercitium ſui actus, quamvis reſpectu divinae ordinationis certo & infallibiliter agat*. At de iis ſatis: ceteros percurramus.

VII. *Fataliſtae recentiores* cum ſuis ſectatoribus: puta *Benedictus de Spinoſa*, cujus haec eſt *propoſitio* XXIX. (*x*) *in rerum natura nullum datur contingens, ſed omnia ex neceſſitate divinae naturae determinata ſunt ad certo modo exiſtendum & operandum*: tum haec numero XLVIII. (*y*) *in mente nulla eſt abſoluta, ſive libera voluntas, ſed mens ad hoc vel illud volendum determinatur a cauſſa, quae etiam ab alia determinata eſt, haec iterum ab alia, & ſic in infinitum* (*z*)... *Anton. Collinſius*, gente Anglus (*a*)... *Thomas Hobbeſius*, Anglus itidem (*b*)... *Hadrianus Helvetius*, Medicus Hollandus, ni fallor (*c*)... *Anonymus* (*d*)... *Anonymus alter* (*e*)... *Petrus Baelius* (*f*)... *Anonymus alias* (*g*) *Petrus Voltaerius* (*h*) Et ii quidem, aliique hac noſtra tempeſtate ſibi pares, veterum Fatalitarum nepotes, talium avorum digna ſoboles. Idem porro cum illis iidem ſentiunt; at novis tamen uſi commentis, quibus ſubdolas ingeniorum argutias incautis ſpecioſas reddant (*i*).

Ex Profeſſoribus Catholiciſmi

I. *Laurentius Valla*, Placentinus, alias notatus, docuit, homini in ſtatu naturae lapſae nullum ineſſe liberum arbitrium ulla in re, ac ne in indifferentibus quidem & civilibus (*k*).

II. *Michaël Bajus* hoc de libero arbitrio ſyſtema procudit. 1.° quod

(*x*) In Ethices par. 1. de Deo p. m. 26. edit. an. 1677.

(*y*) In par. 2. Ethices de mente.

(*z*) Haec ibidem fuſius exponit in Demonſtratione, & Scholio ſubſequentibus, quae, ſi liceat, conferas. Huc pariter reciduut ejuſdem *Sipnoſae* prop. XXXII. partis 1. Ethices p. 28. necnon Scholium in prop. XXXV. partis 2. Ethices pag. 73. & Epiſtola LXII. ad virum doctiſſimum & expertiſſimum p. 534. ſqq.

(*a*) In diſquiſitionibus philoſophicis ſuper libertate & in lib. de libertate cogitandi; quibus nempe & aditum quoque ad Deiſmum parefecit, & ad evertendam religionem revelatam.

(*b*) In lib. de homine cap. 6. & alias.

(*c*) In lib. perniciosiſſimo de Spiritu.

(*d*) In impio libello ſeu codice de natura, par. 2.

(*e*) In exitioſiſſimis diſcurſ. de vita beata edit. Poſtdami an. 1748.

(*f*) In tom. 3. oper. par. 1. cap. 13. & par. 2. c. 140. & tom. 9. c. 4. & 5. ubi de humana libert & alias.

(*g*) In comment. de ſpiritu legis l. 24. c. 24. & alias.

(*h*) In epiſtolis philoſophicis, ep. 21. n. 3. & 4. & alibi. Lege *Anonymum* de erroribus Voltaerii t. 2. c. 11. ubi hunc pugnantia aſſerentem videris.

(*i*) Ea commenta facili negotio convellunt hodierni Doctores polemici cum *Valſecchio*, *Moniglia*, *Cerbone*. quos conſule ſis.

(*k*) In lib. de libero arbitrio. Inde ipſum tanquam ſui priſtini erroris patronum defendit contra Eckium *Melanchthon* olim in locis commun. editis 1521. Lege *Bellarm.* de grat. & lib. arb. l. 4. c. 5.

voluntarie fit, etiamſi fiat neceſſario, libere tamen fit (*l*)... 2.° is libertatis modus, qui eſt a neceſſitate, ſub nomine libertatis non reperitur in Scripturis, ſed nomen libertatis a peccato (*m*)... 3.° ſola violentia repugnat libertati naturali (*n*)... 4.° liberum arbitrium ſine adjutorio Dei gratiae non niſi ad peccandum valet (*o*).

5.° Pelagianus eſt error dicere, quod liberum arbitrium valet ad ullum peccatum vitandum (*p*) ... 6.° nulli tentationi ſine adjutorio gratiae Chriſti poteſt homo reſiſtere, ſic ut in eam non inducatur, aut ab ea ſuperetur (*q*)... 7.° cum Pelagio ſentit qui bonum aliquod naturale, hoc eſt quod ex naturae ſolis viribus ortum ducit, agnoſcit (*r*)... 8.° non niſi Pelagiano errore admitti poteſt uſus aliquis bonus liberi arbitrii, ſive non malus, & gratiae Dei injuriam facit, qui ita ſentit & docet (*s*) Erroneum hujuſmodi ſyſtema nervoſe contundit *Ripalda* (*t*).

III. *Bajani*, qui in Belgio doctrinam hanc a Bajo ſancte revocatam innovarunt, & procaciter voce ac ſcripto defenderunt, haec conſequenter tuiti ſunt. 1.° Gratia non relinquit arbitrio libertatem indifferentiae ad bonum, oppoſitam neceſſitati, ſed coactioni duntaxat & violentiae, atque adeo arbitrium, praeventum in via gratiae auxilio, aeque determinatum eſt ad bonum, ac in patria praeventum viſione Dei ſit determinatum ad amorem ipſius: nec alia ratione liberum eſt... 2.° liberum arbitrium nullam laudis partem in bono opere habet: ſed haec prorſus in Deum & ejus gratiam referenda eſt.

3.° Nulla eſt gratia poſt lapſum Adae, cui intrinſece ſpectatae voluntas poſſit reſiſtere, & cujus uſus ita ſit in arbitrio voluntatis, ut ea utatur ſeu non utatur, ac illi conſentiat ſeu diſſentiat, ſi voluerit... 4.° nullus eſt virtutis actus, qui ſit naturalis, & ſolis liberi arbitrii viribus poſſibilis, tam in natura lapſa, quam in pura, ſeu integra; quippe omnis actus virtutis eſt ſupernaturalis: atque adeo futilis eſt illa frequens, & ab Scholaſticis abſque fundamento conficta diſtinctio actuum virtutum in naturales & ſupernaturales (*u*).

IV. *Janſenius* junior, Bajanis inſiſtens veſtigiis, theſim hanc quinque famoſis tertiam evulgavit, *ad merendum & demerendum in ſtatu naturae lapſae, non requiritur in homine libertas a neceſſitate, ſed ſufficit libertas a coactione* (*). V. *Gu-*

(*l*) In tr. de lib. arb. c. 7. & eſt propoſitio Baji inter damnatas XXXIX.
(*m*) Ibidem & eſt prop. XII.
(*n*) Ibid. & eſt prop. LXVI.
(*o*) In l. 2. de virtut. impiorum cap. 8. & eſt prop. XXVII.
(*p*) Ibid. & eſt prop. XXVIII.
(*q*) Ibid. & eſt prop. XXX.
(*r*) In lib. de caritate c. 5. & eſt prop. XXXVII.
(*s*) Eſt prop. LXV. & quidem voce tenus a Bajo prolata, quoniam in ejus commentariis haud reperitur.
(*t*) In comment. contra artic. Baj. l. 2. diſp. 13. ſqq.
(*u*) Has pariter erroneas theſes laudatus *Ripalda*, qui conſulitor, ibidem refert, & invicte confutat.

ADNOTATIO.

(*) ET haec quidem expreſſa doctrina eſt, quam exerte, dilucide, ac explicatiſſime adſerit *Janſenius*, enixiſque viribus communire, promovere, vindicare niti-

V. *Gulielmus Gibieuffus*, Congregationis Oratorii gallicani Presbyter, qui claruit ſub an. 1654., novum procudit, typiſque edidit creatae libertatis ſyſtema (*x*) hiſce theſibus adumbratum . 1.° rejicienda eſt ut impetinens libertatis notio, etiam omnium hucuſque ſapientum calculo confirmata: quod nempe illa ſit dominium proprii actus, aut activa voluntatis indifferentia, ſeu poteſtas agendi vel ceſſandi ab actione, poſitis omnibus praerequiſitis, vel etiam agendi oppoſitum . . . 2.° liberum illud eſt, quod Deo tanquam principio & fini immediate ſubjicitur .

5.° Libertas formaliter & quidditative eſt eminentia, amplitudo & quaedam voluntatis deificatio, ex adhaeſione cum Deo fine noſtro, ſervitutem ad res creatas excludens . . . 4.° liberum, quod ad meritum bonum & malum requiritur, ſervo opponitur, non neceſſario . . . 5.° non eſt duntaxat mediorum libertas, ſed eſt quoque, & quidem maxime, reſpectu finis ultimi; cui nempe adhaerendo evadit creata voluntas in amplitudinem verae libertatis, ubi ſervitutis exſoluta compedibus, nullique rei creatae illigata, omnibus ſupereminens, exſpatiatur .

6.° Libertas ad actum internum, qui circa Deum verſatur, non eſt libertas contradictionis aut exercitii; eſt adtamen libertas ſimpliciter, libertate contradictionis & exercitii ſuperior; & quidem meritum fundat, non prout actus ille circa Deum eſt actus noſter, ſed prout eſt actus Dei per Chriſtum in nobis; quocirca ita actus ipſe meritorius eſt, ut tamen illo proprie non mereamur .

Hoc plane ſyſtema tanquam praeferens propoſitiones male ſonantes, paradoxas, temerarias, erroneas, haereticas, calvinianae doctrinae conſentaneas, pluribus exagitavit *Theophilus Raynaudus* (*y*) jure ne, vel injuria? Viderint Eruditi in re Polemica .

VI. *Queſnellus* (heic intruſus ob connexionem doctrinae) ex eo arguitur Janſenianae doctrinae mox expoſitae adhaerere, quod ſaepe

nititur in tract. de gratia Chriſti Salvat. libris 6. 7. 8. adeo ut quum ſibi tandem Calvinum in eadem aut ſumme conſona ſententia verſatum objecerit, expedite ſua opinione reſpondeat, non omnia, quae haeretici docuerint haeretica eſſe: immo Tridentinos Patres, qui praecipuos Calvini de gratia, liberoque arbitrio errores aperte profligarunt, hanc tamen ejuſdem philoſophicam de natura libertatis quaeſtionem tacitam & intactam praeteriiſſe. Haec ille ibidem lib. 8. cap. 21.

Quidquid vero ſit de hujuſcemodi ſolutione, quae non uni invictae retorſionis jaculo patet obnoxia, duo impraeſentiarum obſervatu digna occurrunt .

Primum videlicet, quod vetuſtiores Janſeniani, pro ſuo ſprenſi dimicantes, nimium inſolenter, impudenterque contenderint, nullam ex quinque famoſis propoſitionibus in Auguſtino Janſenii dilucide contineri, aut ex ejus doctrina liquido deduci .

Secundum, quod inter alios ſapientiſſimi Antiſtites *Lucionenſis* & *Rupellenſis* in Documento paſtorali inſcripto *Janſenius vere author quinque famoſarum propoſitionum* &c. quo demonſtrare adgrediuntur, iſtas in Auguſtino Janſenii nitide contineri, quod ſpectat hanc, quam notavimus, propoſitionem tertiam, rem plane omnino conficiunt, atque demonſtrant ibidem ad 3. prop. Janſenii p. 27. ſqq. edit. Rupellae de an. 1712. Ipſi conferantur .

(*x*) In tract. de libertate Dei & creaturae .

(*y*) In tom. operum 18. in explicatione novae libertatis Gibieuffianae p. 3. ſqq.

tanquam certum principium teneat, eam esse Gratiae auxiliantis naturam, ut ei liberum ceraturae arbitrium resistere nequeat, ac nihilominus in consortio ejusdem ita prementis libere atque salutariter mereatur (z). Igitur fit exinde, quod illud necessario volumus, ad quod gratia confertur: unde aperte consequitur, eam adsistente gratia tolli libertatem, quae simplicem necessitatem excludat, solam vero relinqui libertatem in immunitate a quavis externa violentia & coactione positam (*).

Adulatores liberi arbitrii postremo loco recensendi veniunt.

Ac eos quidem hoc nomine haud incongrue adpellare juvat, qui plus

(z) Id porro liquet ex suis observationibus in novum Testam. e. c. in Luc. c. 21. 15. in epist. ad Rom. cap. 21. 27. in epist. ad Hebr. cap. 8. 7. & alias.

ADNOTATIONES.

(*) I. DOgmatistae, qui rejecta libertate indifferentiae, libero arbitrio solam coactionem, minime necessitatem opponi contendunt, complures in patrocinium erroris advocant testes. Ex illis utique *Calvinus* Augustinum facit suum, eique Petrum Lombardum indubium comitem adnectit in lib. 2. instit. c. 2. sect. 6. *Jansenius* vero ubi de grat. Christi Salvat. l. 6. c. 6. & 22. sqq. audacius, ardentiusque disputans, copioso eruditionis adparatu binas in confirmationem suae adsertionis instruit acies, hanc Sanctorum Patrum, illamque veterum Scholasticorum.

Et priori quidem adscribit Dionysium, Clementem Romanum, Irenaeum, Origenem, Tertullianum, Epiphanium, Macarium, Basilium Seleuciensem, Eusebium Caesar. Chrysostomum, Cyrillum Alex. Augustinum, Fulgentium, Prosperum, Bedam, Joan. Damascenum, Anselmum, Bernardum, Hugonem & Richardum a S. Victore.

In secundam deinceps aciem refert, post Petrum Lombardum, Alensem, ambos Guilielmos, Parisiensem & Autisiodorensem, Thomam, Bonaventuram, Scotum, Henricum Gandavensem, Richardum de Mediavilla, Thomam de Argentina, Dionys. Richelium, Marsilium de Inghen, Nicol. de Orbellis, Stephan. Brulefer, Gabrielem.

Ergo ne ii omnes, tantique Doctores Errorum censui nobis inscribendi? Porro ex iis nonnullos primum *Bellarminus* ubi de grat. & lib. arb. lib. 3. c. 5. & 6. leviore marte vindicavit, opposita sententia pene omnino eisdem adserta; ac deinde omnes ad unum prolixa, severa, profunda, erudita, critica oratione, pro more suo, *Petavius* in tom. 3. dogm. theol. libris 3. 4. 5. ubi de libero arbitrio adversus novum dogmatistam Jansenium et ejus adseclas. Anne vero praestantissimi pugiles rem confecerint?

Ut quod sentio ingenue fatear; huinc inde discussis Authorum textibus, et a *Jansenio* objectis, et a *Petavio* vindicatis, Authores illi ita mihi plerumque hac in re loquuti videntur, ut facile possint in utramlibet partem vel advocari, vel detorqueri, nec raro animadverti sibi non constare.

Nihilo tamen secius quum de ipsorum errore non constet apertissime, immo hunc ipsis vindiciae saltem vero similes satis, superque abjudicent, inter Errones connumerari nefas esto.

II. *Alfonsus de Castro* fortasse pro erroneo Calvini et Jansenii anti-dogmate notari posset ex suo comment. adverf. omnes haereses, lib. 9. art. *libertas.* ubi agens de libertate, sic differit, „ alia est adhuc libertas, quae „ opponitur necessitati, vel, ut verius dicam, „ coactioni: quando ergo dicimus hominis „ arbitrium esse liberum, de hac libertate „ intelligimus.

Enim vero satis manifeste ibidem *Alfonsus* indicat, se nomine coactionis intelligere quamlibet determinationem ad unum; e vestigio siquidem suum exponit sensum, haec subdens, „ ita ut ea ratione dicamus homi„ nem liberum, quia videlicet quum operatur, potest non operari; et quum nihil „ operatur, potest operari „. Ac in eundem quidem sensum argumenta pro vera hominis libertate, fusiore et peracri sermone persequitur.

Videtur itaque solum in phrasi, vel modo loquendi recessisse ab opinione, tunc temporis apud Doctores orthodoxos frequentissima (uti alicubi indicavit et extimuit citatus *Jansenius*) et plane vera. Conf. proxime laudati *Bellarm.* cap. 4. sub fin. et *Raynaud.* par. 1. c. 5. sub med.

plus aequo nativam hominis libertatem efferre ; ac ejus facultates adtollere ausi sunt . Itaque

I. *Pelagiani* , alias in scenam producti , circa vires nativas liberi arbitrii haec decreverunt . 1.° hoc arbitrium in posteris Adae aeque sanum est , validum , perfectum & felix , ac in ipso Adamo fuit : minime tamen ita saucium & captivum , ut neque ex infirmitate convalescere , neque a servitute redimi possit , nisi ex Salvatoris gratia sanitati , libertatique restituatur . Negabant utique peccati originalis naturam & effectus quoslibet (*a*)... 2.° hoc ipsum arbitrium potest suapte natura salutariter credere , immo universa Dei jussa exsequi (*b*) . Quin & ipsis quoad hunc errorem adstipulatus est *Ticonius* quidam (*c*) .

3.° gratia illa , sine qua nihil boni facere possumus , non nisi in libero arbitrio sita est , quod scilicet nullis suis praecedentibus meritis ab illo adcepit nostra natura (*d*) ... 4.° fidei augmentum & perseverantiam habet homo a suo libero arbitrio , non a Deo : tum gratia Dei , qua liberamur ab impietate , secundum naturalia liberi arbitrii merita nostra dantur (*e*)... 5.° admittenda est Ἀπαθὲια Apathia , seu immunitas a passionibus , quatenus in arbitrio hominis absoluta facultas est , ne passionum aut perturbationum motus patiatur ; adeo ut propterea causa non sit , cur a Deo ut illa fruamur immunitate deposcamus auxilium (*f*) . Hos speciatim errores pluribus confutavit prae ceteris Pelagiano-mastix *Augustinus* in suis dispersis commentariis (*) .

II. *Semipelagiani* , alias identidem notati , haec sibi propugnanda duxerunt . 1.° initium aliquod justitiae ac salutis , quo homo ad gratiam Dei promovetur , a nobis est : videlicet homo sola Creatoris gratia , vel solis naturae viribus , ac bono liberi arbitrii usu ad gratiam pervenit Salvatoris ; quae nempe gratia arbitrio hominis subditur , ipsiusque obedientiam subsequitur ... 2.° adultorum praedestinatio ad gratiam , quae prima in Schola dicitur , non est prorsus gratuita , sed naturalia liberi arbitrii merita consequitur ... 3.° finalis denique perseverantia in

(*a*) Ap. *August.* de haeres. cap. 88. et alias saepissime .

(*b*) *August.* ibid. cap 88. et epist. olim 106. ad Paullinum, et epist. 107. ad Vitalem .

(*c*) Ex eodem *August.* lib. 3. de doctr. christ. c. 33.

(*d*) Totidem fere vocibus laud. *Aug.* c. 88. de haeres.

(*e*) Ibidem *August.*

(*f*) Ex eodem *Aug.* l. 2. cont. Julian. c. 8. ac *Hieron.* in dial. advers. Pelagianos .

ADNOTATIO.

(*) Erravit quam maxime *Jansenius* Iprensis , quum lib. 2. de haeresi Pelagiana cap. 1. ut sibi adularetur , suaque promoveret commenta , Erronibus Pelagianos adcensuit , quod hominis libertatem in quadam indifferentia ad plura constituerint . Nusquam enim exinde ab Augustino , seu alio Doctore orthodoxo incusati sunt , nec ab Ecclesia proscripti tanquam haeretici .

Immo idem *Augustinus* non semel fassus est , illud Pelagianorum dogma de indifferentia liberi arbitrii ad utrumlibet , veritati consonum esse ; ac ipsum ille palam adseruit , propugnavitque. Confer eundem *Aug* in commentariis de lib. arb. l. 3. cap. 3. de nupt. et concupisc. l. 2. c. 3. de peccator. meritis l. 2. c. 18. oper. imperf. contra Julianum lib. 1. c. 43. et 44.

in gratia non est singulare Dei donum & gratia, quum sit in libero cujusque arbitrio, ut si velit, persieveret (g).

III. *Udalricus*, aliis *Uldricus Zvinglius*, ex Constantiensi Canonico perfidus Haeresiarches, sub an. circ. 1525. Pelagianismum innovavit: quippe docuit, hominem solis naturalibus virtutibus & liberi arbitrii meritis posse vitam aeternam adsequi: indeque Catonem & Scipionem ipsam fuisse adeptos subintulit in libro contra Urbanum Regium (h).

IV. *Melchior Hofmannus*, natione Suevus, conditione pellio Argentoratensis in Alsatia, secta Anabaptista, sub an. 1535. cum Zvinglio pariter defendendum suscepit, salutem nostram in viribus liberi arbitrii collocatam esse (i).

Hactenus de erroribus vitandis. Ad vera & probabilia placita, quae tuto sectari possis, progredimur.

(g) Haec constant ex epistolis *Hilarii* et *Prosperi* ad Augustinum, tum ex *Prospero* eodem in Carm. de ingratis capp. 10. 13. &c. et lib. contra Collatorem c. 1. 33. et saepius.

(h) Haec *Prateolus* in Zvinglio.

(i) Conf *Stanisl. Resicium* de athei smis et phaiarismis evangelicorum, in centuriis ubi de Hofmannicis p. 349. *Theodor. Petrejum* in catalogo haereticor. ubi de Hofmannistis, *Mesnovium* in hist. Anabapt. l. 5. n. 9.

CAPUT PRIMUM

Expenditur natura Libertatis humanae.

QUAESTIONES DOGM. SHOL. 243 QUAESTIO I. Quid sit Libertas, vel liberum arbitrium?

ADSERO 1. Libertas generatim est *immunitas*, *vel liberatio potentiae rationalis ab aliquo*, quae triplex dividi solet; nempe immunitas, vel *libertas a servitute* seu peccato, quam habet homo per gratiam: *libertas a coactione*, vel vi necessitante extrinsecus voluntatem, qua gaudent Beati, qui sponte rapiuntur ad Deum per visionem beatam: *libertas a necessitate*, seu a connexione inevitabili, de qua, prout inest homini ad meritum, & demeritum, impraesentiarum sermo est. Haec vulgatissima apud plerosque omnes de Schola Theologos libertatis notio.

244 Et quidem hujus libertatis indifferentiae, seu a necessitate exsistentiam, ut fide, ac evidente ratione, certam, & illibatam in homine lapso fuse probatur (k) ex legibus de praemiis & suppliciis propter opera bona, & mala; ex laude, ac vituperio; ex consilio, & correctione: haec enim vana essent, si abesset indifferentiae, seu a necessitate Libertas (§).

Porro

(k) Cum *Mol.* in Concor. d. 23. *Aran.* baf. theol. mor. l. 4. d. 13. a num. 3. *Becano* pag. 2. tr. 1. cap. 2. num. 6. *Valent.* disp. 6. quaest. 6 pu. 4.

OBSERVATIO.

(§) Haec vulgo subsistinent, pluribusque confirmare pergunt Sapientes orthodoxi post *Angelicum* quaest. 24. de verit. quae est de lib. arbitrio, art. 1. §. *Respond.* E diverso tamen liberum arbitrium evidenti ratione probari non posse ferunt *Andreas de Castro* 1. sent dist. 45. & Io. *Buridanus* 3. Ethicor. tenentes id sola fide constare, conanturque respondere rationibus & experientiis, quae adduci solent pro hac libertate

245 Porro ipſam perhibent *Scripturae*, cum *Gen.* 4. 7. *Deut.* 30. 15. & 19. *Joſ.* 24. 15. & 2. *Reg.* 2. 12. *Eccli.* 13. 10. *Eccleſ.* 15. 14. *Matt.* 16. 17. & 18. & 1. *Cor.* 7. 36. & 37. Ac etiam *CC.* cum *Brachar.* I. (*l*) *Conſtant.* (*m*) *Senon.* (*n*) *Colon.* (*o*) *Trid.* (*p*) Tum *PP.* cum *Juſti.* (*q*) *Iren.* (*r*) *Tert.* (*s*) *Orig.* (*t*) *Cypr.* (*u*) *Lactan.* (*x*) *Hilar.* (*y*) *Athan.* (*z*) *Nyſſen.* (*a*) *Naz.* (*b*) *Chryſ.* (*c*) *Ambr.* (*d*) *Hier.* (*e*) *Aug.* (*f*) *Fulg.* (*g*) *Anſ.* (*h*).

246 Unus vero pro hiſce Patribus, cunctis recentior audiatur *Bernardus* (*i*) „ Libertas a neceſſitate aeque & indifferenter Deo, univer„ ſaeque tam malae, quam bonae rationali convenit naturae; nec pec„ cato, nec miſeria minuitur, nec major in juſto eſt, quam in pecca„ tore, nec plenior in Angelo, quam in homine „. Haec ille.

247 Quod ſi CONCORDIAM FIDEI ET RATIONIS in adſertam indifferen-

rate ad evidentiam manifeſta. Sic excipimus e *Ruardo Tappero* in explicatione articulorum facultatis Theolog. Lovan. art. 7. p. m. 209. §. *Hujuſmodi.* ſub fin.

Quid vero de ſingulari hoc opinamento cenſendum duxeris? Porro adductus *Tapperus* ait, nulla illud probabilitate fultum eſſe; & *Bellarmin.* qui Tapperum exſcripſit in l. 4. de grat. & lib. arb. cap. 5. n. 3. ipſum obiter enarrat, quin ulla nota perſtringat, nec ibi quidem, nec deinceps in cap. 10. ejuſdem libri, ubi contrarium adverſus eoſdem catholicos Doctores multis propugnat.

Doctiſſimus autem *Gabriel Pennotus* in propugnaculo humanae libertatis l. 2. c. 4. §. 4. recitatis Tappero & Bellarmino, eos Authores in album graviorum Erronum in libertatem reponit, hoc prolato judicio, „ quorum ſententiam non dubito erroneam „ eſſe; nam ſi ratione naturali humana li„ bertas probari nequit, perit naturalis ra„ tio, & jam nihil per illam certi poterit de„ monſtrari „. Haec ille.

Sed huic tamen decreto rarus fortaſſe erit, qui protinus adquieſcat. Quantumvis enim illa ſententia ſit falſa, ac *minime probabilis*, ex vera & ſubacta Tapperi critice, neſcio quo jure notari poſſit tanquam theologice *erronea*, qualis eſt ex noſtro canone, adlato *ſupra* in Tom I. n. 200. p. 353. quae adverſatur doctrinae, apud pleroſque omnes Catholicos, valde connexae atque illigatae cum doctrina fidei; nullam quippe, aut vehementer fallor, reperire eſt ſacerrimam id genus doctrinam, cui adverſetur propoſitio adſerens, haud conſtare ratione evidenti de libero hominis arbitrio.

Nec inſuper Pennotiana ratio quidquam probat; quippe licet imprudentiſſime inficiar libertatis evidentiam, poſſum tamen alias ſapienter fateri ac retinere evidentias, e. c. de exiſtentia, ſcientia, providentia ſummi Numinis, de immortalitate animorum, de gratitudine benefactori retribuenda, de cultu parentibus debito, ac de ſimilibus permultis; utpote valde diſpariles, & cum ea, de qua diſſerimus, inconnexas.

Minime itaque exinde perit naturalis ratio ad certa quaeque demonſtranda. Nullo ergo ex capite, mea opinione, audiendus Pennotus; immo nobis Tappero ſuffragantibus ſtatuere ſufficit, eorum Doctorum theſim paradoxam eſſe, rationi diſſonam, ac penitus improbabilem, neutiquam vero *erroneam*.

(*l*) Can. 9.
(*m*) Seſ. 8. contra artic. Wicleff.
(*n*) Cap. 15.
(*o*) An. 1536.
(*p*) Seſ. 6. can. 4. 5. 6.
(*q*) Apol. ad Antonin.
(*r*) L. 4. cap. 71.
(*s*) L. 2. contra Marcion. c. 5.
(*t*) Hom. 4. in cant.
(*u*) Lib. 3. ad Quirin.
(*x*) Lib. 4. inſt. c. 24.
(*y*) In Pſ. 118.
(*z*) Orat. contra Idola.
(*a*) Orat. catech. c. 31.
(*b*) Orat. 31.
(*c*) Hom. 22. in Gen.
(*d*) Lib. 6. Hexaëm. c. 8.
(*e*) Dial. 3. contra Pelag.
(*f*) Libris 3. de lib. arbitr. & l. de Spir. & lit. c. 34. & alibi ſaepiſſime.
(*g*) L. de Incarn. & grat. c. 19.
(*h*) De concord. libert. cum praedeſt. cap. 1.
(*i*) In comment. de libero arbitrio.

ferentiae libertatem brevi obſervare lubeat, porro nihil hac libertate paganis Philoſophis, Poëtiſque notius. Eam principio adſeruerunt e Philoſophis *Pythagoras* (*k*) *Socrates* (*l*) *Plato* (*m*) *Ariſtoteles* (*n*) *Critus* (*o*) *Eurypharnus* (*p*) *Oenomaus* (*q*) *Diogenianus* (*r*) *Nemeſius* (*s*) *Plutarchus* (*t*) *Max. Tyrius* (*u*) *Plotinus* (*x*) *Jamblichus* (*y*) *Alcinous* (*z*) *Proclus* (*a*) *Epictetus* (*b*) *Arrianus* (*c*) *Salluſtius* (*d*) *Marcus Aurelius* Imp. (*e*) *Chryſippus* (*f*) *Hierocles* (*g*) *Simplicius* (*h*).

248 E Poëtis deinde *Homerus* (*i*) *Aeſchylus* (*k*) *Philemon*, *Menander*, *Euripides* (*l*) (§).

249 II. Liberum hominis arbitrium eſt *potentia*, *quae*, *poſitis omnibus praerequiſitis ad aliquid*, *poteſt aliquid*, *& ejus oppoſitum*; id eſt poteſt agere, & poteſt non agere. Haec una vox eſt apud noſtrates Theologos (*m*). Haec autem potentia, quatenus libera, eſt activa, quia agit, ſeu effective producit (*n*), & dominativa, quia eſt domina ſui actus: vis electiva, quia eligit bonum, & malum, prout maluerit: eſt indifferens, quia a nullo alio, quam a ſe ipſa eſt determinabilis: eſt completa

(*k*) Ap *Huet.* in qq. aln. l. 2. c. 10.
(*l*) Ibidem.
(*m*) De Republ. l. 2. & ſaepius.
(*n*) In Moral. ſaepe & Nicom. l 3. c 7.
(*o*) Ap. *Stobae.* in eclog eth.
(*p*) Ap. ipſum *Stob.* in ſentent. ſerm. 1.
(*q*) In maleficorum impetu ap. *Euſeb.* de praep. ev. l. 6. c. 7.
(*r*) De fato ap. laud. *Euſeb.* c. 8.
(*s*) L. de homine c. 35. & alias.
(*t*) De auditu & alias.
(*u*) Differt. 3. et 25.
(*x*) Ennead. 6. l. 8.
(*y*) In Protrept. c. 3. ac de Myſt. Aegypt. ſect. 4. c. 10. & alias.
(*z*) Introd. ad philoſ. Platonis c. 26.
(*a*) In Alcibiade 1.
(*b*) In enchir. ſub init.
(*c*) In Epict enchir.
(*d*) De diis et mundo c. 15.
(*e*) Lib. 7. §. 53. 54. 62. et ſaepeſaepius.
(*f*) Ap. *Tullium* de fato.
(*g*) De fato et provid. et alibi.
(*h*) In Epict. enchir. c. 1.
(*i*) Ap *Plutarch.* in Coriolan.
(*k*) In Perſ. v. 744.
(*l*) Ap. *Stobae* in eclog. eth.

OBSERVATIO.

(§) PORro ſanctum hoc dogma infinitis propemodum convinci et illuſtrari poteſt Monimentis e ſacra, profanaque Vetuſtate petitis: quae videlicet ob oculos proponunt Angelorum, hominumque merita laude, coeleſtique beatitate digna; vel ipſorum demerita vituperio digna, necnon temporaneo, perpetuove ſupplicio. Haec autem copiose adferunt Claſſes perplurimae, e. c. quae ſpectat Angelos; quae hominem lapſum; quae coelum empyreum; quae ſancta hominum opera; quae Sanctorum cultum; quae venturum Judicium; quae infernum gehennalem; quae virtutes cum theologicas, tum morales; quae peccatum perſonale: quippe iſtae ſingulae in iis, quae proferunt, Monimentis ea ratione merita, ſeu demerita angelica et humana repraeſentant, ut non niſi ab eorum facultate omnino libera ſuboriri potuerint, et ſuborta a quibuſque bene ſapientibus jure optimo reputentur; ſecus enim nec laude, nec vituperio digna cuiquam erunt.

Jam vero ubi tam dives in argumentum et commendationem creatae Libertatis ſupellex alias diſperſa ſuppetit, ulteriora heic in idem adjicere documenta, omnino ſupervacaneum duximus.

(*m*) Cum *Suar.* de Grat. proleg. l. c. 3. *Tapper.* de lib. arb. art. 7. p. m. 211. *Pennot.* in propugn. lib. 1. c. 33. *Aranda* cit. n. 12. &c.

(*n*) *Becan.* p. 2 tr. 1. cap. 2. q. 4. n. 2. *Aran.* cit. d. 16. n. 307.

pleta in ſuo ordine cauſſae proximae, quia alioqui prorſus libera non eſſet (*o*). Heinc libertas in actu primo duplex eſt; remota, ſeu indifferentia potentiae ſecundem ſe ſpectatae, qualis eſt in dormiente; & proxima, ſeu indifferentia potentiae jam inſtructae omnibus ad agendum requiſitis (*p*).

250 III. Definitio haec ut apta ſit, ac idonea intelligenda eſt in ſenſu compoſito, ita ſcilicet, ut voluntas, poſitis omnibus praerequiſitis ad agendum, poſſit cum iiſdem componere tam actionem, quam non actionem; non in ſenſu diviſo, ita nempe ut poſitis illis praerequiſitis, potentia retineat integram libertatem, qua tamen nequeat uti ad non agendum, niſi ex illis aliquod auferatur (*q*). Ita vulgo Theologi ante controverſias circa auxilium efficax gratiae (*r*) contra Thomiſtas, putantes ſtare libertatem cum phyſica Praemotione in ſenſu diviſo illius. Ratio Adſerti; quia potentia in ſolo ſenſu diviſo ſolum eſt remota, quum nequeat proxime reduci ad actum, quin praecedat aliqua mutatio, qua vel adquiratur aliquod neceſſarium, vel tollatur aliquod actus impedimentum: ergo (*s*).

OBJECTIONES.

251 Obj. *primo*. Non eſt in homine tam ampla ad bonum, & malum libertas, uti ponimus. Nam 1.° ex Prov. 16. *Domini eſt dirigere greſſus ejus* (hominis) & 21. *cor Regis in manu Domini, quocumque voluerit inclinabit illud*. Ex Rom. 7. *non enim quod volo bonum, hoc ago, ſed quod volo malum, illud facio*. Et ſimiliter alibi. 2.° ex D. Aug. (*t*) *liberum arbitrium ad diligendum Deum, primi peccati granditate perdidimus*. Rurſus (*u*) *libero arbitrio male utens homo, & ſe perdidit, & ipſum*, Item (*x*) ait, *illud eſſe in noſtra poteſtate, quod quum volumus, facimus, vel quod facimus, ſi volumus*. 3.° poſt tranſgreſſionem Adami ſuis concupiſcentia viribus voluntatem etiam invitam, & reluctantem omnino trahit, eam ſaltem moraliter neceſſitans. 4.° voluntas ſequitur in omnibus intellectum: ergo judicio ſibi propoſito per intellectum, ligata manet, non libera. 5. ad meritum, & demeritum ſufficit libertas a coactione; nam haec eſt ſimpliciter libertas, & cum ea cenſetur actus imputabilis operanti ad laudem, ſeu vituperium: quod patet in Chriſto, & Beatis: ergo non requiritur ſimpliciter libertas indifferentiae. 6.° apud PP. Spiritus procedit libere a Patre, & Filio: Deus libere ſe amat, & Beati Deum: quum tamen ad id ſola libertate a coactione gaudeant: ergo & haec in nobis ſufficit ad meritum, & demeritum.

252 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: illa probant, Deum eſſe principalem

(*o*) Laudat. *Aran.* c. 2.

(*p*) Idem *Aran.* ibidem.

(*q*) Liquet adceptionem de ſenſu compoſito & diviſo dudum in Schola obtinuiſſe, ex *D. Th.* 1. cont. gent. c. 67. cum *Ferrarien.* ibid. & de verit. q. 6. a. 4. ad 8. *Scoto* in 1. diſt. 39. lit. G. *Bagnez* 1. p. q. 19. a. 8. §. *Secundo colligitur*.

(*r*) Teſte *Suar.* cit. c. 3. n. 4.

(*s*) Conf. *Pennot.* l. 1. c. 30. 31. *Suar.* cit. *Viv.* p. 2. d. 6. de actib. hum. q. 3. n. 2. *Rhod.* tr. 3. d. 3. q. 2.

(*t*) Ep. 107. ad Vitalem.

(*u*) In enchir. c. 30.

(*x*) L. 2. de lib. arbitr. c. 3.

Authorem noſtri boni operis, per auxilium praeviſum efficax, nobis immiſſum, nullam inferens neceſſitatem. D. Paulus volebat dominium deſpoticum rationis ſuper concupiſcentiam; at patiebatur nolens hujus renitentiam contra rationem: id tamen non tollebat indifferentiam ſui arbitrii, quoniam non obſtante concupiſcentiae reniſu, poteſt voluntas eligere, ſeu omittere quod honeſtum eſt. Ita exponit *D. Aug.* (*y*).

253 Ad 2. ex *Aug.* (*z*) *habet unuſquiſque in voluntate aut eligere quae bona ſunt, & eſſe arbor bona, aut eligere quae mala ſunt, & eſſe arbor mala.* Et ſimilia ſaepiſſime (*a*). In primo, & ſecundo textu loquitur de libero arbitrio, quatenus eſt comprincipium diligendi Deum ſimul cum gratia, & immune a concupiſcentia, ceteriſque paſſionibus; nec enim aliter illud primo peccato deperditum eſt. In tertio loquitur de poteſtate, quae fundat propriae voluntatis determinationem, citra ullam neceſſitatem antecedentem; *quum enim poteſtas datur, non neceſſitas imponitur*, ex ipſo *Aug.* (*b*): quare actus ſpontanei a ſola coactione immunes, nobis aliunde neceſſarii, in noſtra poteſtate non ſunt.

254 Ad 3. *N. A.* quia adhuc voluntas manet phyſice libera ad utrumque extremum. Et licet voluntas nequeat moraliter vehementi concupiſcentiae reſiſtere abſque adjutorio gratiae, poteſt autem cum gratia, juxta illud, *non ego, ſed gratia Dei mecum*. Ad 4. intellectus ducit voluntatem, ei proponens tum objecti honeſtatem, tum delectabilitatem: iis vero propoſitis, manet adhuc voluntas indifferens ad electionem, quum tota a ſe dependeat ſua formalis determinatio. Excipe viſionem beatam, qua voluntas rapitur ad Dei amorem, & imperfectam objecti cognitionem, qua frequenter cogimur ad motus ſubitos, & primos.

255 Ad 5. *N. Adſ.* cum prob. adj. quia eſto illa libertas ſit ſimpliciter libertas, non autem ſufficiens ad meritum, & demeritum. Chriſtus, uti & Beatus, eſt incapax ſtricti praecepti, ob impeccabilitatem, intrinſecam Chriſto, & Beato extrinſecam. Chriſtus inſuper ob ſuae vitae merita, orta ex libertate indifferentiae ad imperfectionem moralem poſitivam, (quam alias confirmabimus) eſt moraliter laudabilis; Beatus vero, quum nulla gaudeat libertate indifferentiae ad imperfectionem, & ejus oppoſitum, ſolum eſt laudabilis phyſice, id eſt ea lata laudabilitate, quae cuicumque rei competit, ſecundum ſuam phyſicam dignitatem. Ad 6. *C. A.* quia PP. ibi ſumunt libertatem pro ſpontaneitate, ac τὸ *libere* pro ſpontanee. Et *N. Con.* quia oppoſitum definivit Eccleſia contra Calvinum, Baium, Janſenium (*c*). Cetera Polemici (*d*).

256 Obj. *ſecundo*. Definitio libertatis inepta eſt. Nam 1.° non convenit Deo; tum quia poſſe agere terminat actionem, quae a Deo abeſt;

(*y*) L. 3. contra Julian. c. 26.

(*z*) L. 2. contra Felic. Manich. c. 4.

(*a*) L. de grat. & lib. arbitr. l. de natur. & grat. l. de corrept. & grat. l. de grat. Chriſti.

(*b*) De Spir. & lit. c. 31.

(*c*) V. *D. Th.* 1. p. q. 83. a. 1. *Rhod.* de actib. hum. d. 3. q. 2. *Eſpar.* l. 3. q. 12.

(*d*) Cum *Annat.* tom. 3. *Moraines*, ſeu *Martinon* in Anti-Janſenio, *Decam.* contra Janſen. *Petav.* tom. 3. l. 3. cap. 1. ſqq. *Viv.* in prop. 3. Janſenii.

eſt; tum quia poſito decreto efficaci e. c. procreandi mundum, quod eſt alterum ex praerequiſitis, non poteſt non agere: ergo vel Deus non eſt liber, ſubindeque deeſt ei libertatis perfectio, quae ineſt creaturis; vel poſitis praerequiſitis libertas non eſt indifferens. 2.° Dei concurſus eſt alterum ex praerequiſitis ad operandum, uti & actus imperans ad hoc ut ſit actus imperatus; at poſito concurſu, nequit voluntas non operari, & poſito actu imperante, nequit non exſurgere actus imperatus. 3.° damnati libere peccant, & tamen neceſſitate feruntur ad peccandum: ſtat igitur libertas ad agendum cum neceſſitate ad agendum.

257 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. Adſ.* non convenit Deo, operanti ad intra, ut ajunt *C*; quia ſic neceſſario operatur; operanti ad extra, *N.* quia ſic operatur liberrime per volitionem contingentem, quae tantum eminenter eſt actio. Non extenditur Dei libertas ad peccandum, uti in creatura, quia imbibit imperfectionem; nec eſt de conceptu libertatis terminare peccatum ut poſſibile. Ad 2. *C. Ma.* de concurſu activo, ſeu decreto indifferenti, quo nempe Deus concurrit quandocumque creatura illum determinaverit: hoc autem concurſu poſito, poteſt voluntas agere, & non agere, quoniam voluntatis determinatio illum praecedit. Et *N. Ma.* de concurſu paſſivo, qui identificatur cum creaturae actione; haec enim nequit ad ſe praerequiri. Deinde ſi voluntas ſit proxime libera ad actum imperatum, actus imperans non eſt praerequiſitum; ſi vero ſit mediate libera, eo modo poteſt non agere actum imperatum, quo potuit non agere imperantem; adeoque ſola neceſſitate conſequenti cogitur ad actum imperatum. Ad 3. in damnatis eſt phyſica libertas, cum morali neceſſitate ad peccandum: at peccatum ejuſmodi nec ad demeritum, nec ad poenam illis imputatur (*e*).

258 Obj. *tertio*. Data, & communis definitio debet intelligi in ſenſu diviſo. Nam 1.° nequit alioqui conciliari cum libertate creata gratia efficax, tum decretum praefiniens boni operis, decretum praedeſtinans, Scientia Media: haec enim ſunt praerequiſita ad agendum; ac ſi non fiat ſenſus diviſus ab ipſis, nequit voluntas libere agere, quoniam quum ſint connexa cum actione, ad iſtam cogent voluntatem. 2.° ſic phyſica praemotio oſtenditur cohaerens cum libertate creaturae, & cum dominio Dei, qui, Auguſtino teſte, *magis continet noſtras voluntates, quam ipſi noſtram*.

259 R. *N. Adſ.* Nam poſſe agere in ſenſu diviſo eſt poſſe agere, ſi tollantur praerequiſita; ſicut poſſe agere in ſenſu compoſito eſt poſſe agere, poſitis praerequiſitis. Quo tamen jure ages libere, ſublatis praerequiſitis ad libere agendum neceſſariis? Heinc vero cauſſa etiam neceſſaria eſſet libera, quippe quae poſſet non agere ſublatis neceſſariis ad actionem; etenim ignis e. c. ſublata adproximatione, poteſt non comburere. Heinc etiam Gratia Calviniſtica, & Janſeniana libertatem ſalvarent; nunquam enim negaruut haeretici, quod cum divina inſpiratione determinante ad adſenſum ſtet potentia ad diſſenſum, po-

(*e*) Vide ſis *Rhod.* cit. q. 2. ſ. 2. & *Viv.* par. 2. d. 6. q. 3.

nendum in ſenſu diviſo ab ejuſmodi inſpiratione. Tandem quum voluntas non ſit libera ad ponendum illum ſenſum diviſum, fruſtra ad eum recurritur pro ſalvanda voluntatis libertate.

260 Ad 1. prob. *N. Adſ.* Illa univerſim ſunt ut ſummum praerequiſita remota, non proxima, de quibus loquimur in libertatis definitione; libertas enim poteſt remota adquirere, non item proxima, per quae conſtituiur; nemo enim poteſt ſe adquirere. Praefinitio, & Praedeſtinatio dependent ab actu libero conditionate praeviſo per Scientiam Mediam, quae etiam ab ipſo actu determinatur: adeoque nulla ex iis eſt praerequiſita ex parte libertatis, aut influit in actum meritorium, niſi mediate, ac dependenter ab auxiliis indifferentibus; eſto ſint ipſae praerequiſitae ex parte divinae voluntatis, & providentiae; quamobrem eis ablatis, & actus liber creaturae deficeret. Gratia efficax qua talis non antecedit actum, nec eſt praerequiſita, ſed potius conſequitur actum, quem utique ſupponit praeviſum, & conditionate futurum; adeoque cum libertate cohaeret. Ad 2. *N. A.* quia potentia creata cum praemotionis praerequiſito nequiret componere non actum, adeoque libera non eſſet (*f*).

261 QUAESTIO II. Quae neceſſitas libertati repugnet? ADSERO. Antecedens, quae antevertit uſum libertatis, & ſita eſt in ſuppoſitione inevitabili, qua poſita, impoſſibile eſt ſimul adeſſe in voluntate abſentiam actus: non conſequens, quae fit per uſum libertatis, vel iſtum involvit, ſeu concomitantem habet, & conſiſtit in ſuppoſitione antecedenter evitabili, ac determinabili per ipſum uſum libertatis (*g*). Ratio; quia voluntas cum prima neceſſitate non libere, ſed ſimpliciter neceſſario operatur, quum nullatenus poſſit eam vitare; ſecus cum ſecunda, quia uſus libertatis libertatem non deſtruit reſpectu ejuſdem. Et plane, ex recepto adagio, *res quando eſt, neceſſe eſt eſſe*, videlicet neceſſitate conſequente, vel ex ſuppoſitione quod ſit.

262 QUAESTIO III. Quid generatim de principiis, vel praerequiſitis libertatis? ADSERO 1. Illa omnia dicit neceſſario libertas; vel ſiqua deſint, importat vim ea retinendi ſeu adquirendi. Quia non adeſt ſufficientia ad eligendum, ſi deſit aliquod praerequiſitum ad electionem, nec ſit in manu voluntatis illud adquirere, vel retinere. 11. Illa potentiam voluntatis complent, non determinant; nec debent ad utrumque extremum concurrere, uti voluntas, quae debet ſe, ſuaque conprincipia determinare vel ut agant, vel ut actu coexſiſtant, ſecundum cujuſque naturam: quare ſola voluntas eſt, ac denominatur potentia libera (*h*).

263 QUAESTIO IV. In quo ſita ſit libertas in actu ſecundo? ADSE-

(*f*) Vide ſis *Rhod.* cit. q. 2. ſ. 2. §. 3. & ſect. 5. §. 3. *Viv.* cit. d. 6. q. 3.

(*g*) Legito laudat. *Suar.* c. 6. n. 10.

(*h*) Doctrina haec communi Scholarum adſenſu recepta videtur.

ADSERO. In eo, quod voluntas ſe determinet ad unum actum prae alio, ex eminentia dominii in ſuos actus (*i*). Quia libertas in actu primo eſt poſſe agere, & non agere: ergo in actu ſecundo eſt agere tunc, quum poteſt non agere. Deinde cauſſa libera ad differentiam cauſſae neceſſariae, ideo agit libere, quia ſe determinat: unde recte adſeruit alicubi *Anſelmus* reddi non poſſe rationem, quare velit voluntas, niſi quia vult. Hic autem actus ſe ſolo eſt determinatio voluntatis, inutilis enim eſſet alia actio diſtincta, quum per actum intelligatur ſufficienter determinata voluntas (*k*).

264 Heinc voluntas libertatem exercet in momento, quo operatur, non in ſequenti (*l*). Quia alioqui ſi in momento, quo peccator perfectam contritionem elicit, non libere operaretur, ſi immediate poſt illud momentum decederet, damnaretur, propter peccatum non libere revocatum.

OBJECTIONES.

265 Obj. contra Illationem. Voluntas libertatem non exercet in momento quo operatur, ſed in ſequenti, quo poteſt libere vel in actum progredi, vel ab actu deſiſtere. Nam 1.° libertas eſt potentia ad actus oppoſitos; at quum voluntas ponit actum amoris e. c. nequit etiam ponere odium, aut amoris abſentiam: ergo nequit tum libertatem exercere. 2.° actus, qui eſt, dum eſt, neceſſario eſt, quia non poteſt non eſſe; ſecus enim fieret, quod non ſit id, quod eſt: ergo non libere eſt. 3.° Deus quum producit Angelum e. g. eſt liber ad illum deſtruendum, non tamen eodem momento creationis, ſed in ſequenti: pariter ergo voluntas, quum ponit amorem, eſt libera ad ponendum odium, non eo momento, ſed ſequenti.

266 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. Ma.* ad actus oppoſitos diviſim, *C.* conjunctim, aut ſimul, *N.* Et *D. Mi.* reſp. Et *N. Con.* Ad 2. *D. A.* neceſſitate conſequente, & ex ſuppoſitione, *C.* antecedente, & omni ſuppoſitione ſecluſa, *N.* Inde ſolum infertur, quod actus, dum eſt, non poteſt eſſe ſimul, & non eſſe, ſeu habere potentiam ſimultatis, non vero ſimultatem potentiae. Ad 3. *C. A.* quia rei deſtructio ſupponit eſſentialiter primum eſſe rei in primo ſuae exiſtentiae momento. Et vero Deus quum primum producit Angelum, poteſt eum non producere; in quo ſita eſt libertas, & ſimultas potentiae. Idem dic de voluntate amorem ponente. Et *N. Con.*

267 QUAESTIO V. Num liberum idem ſit, ac voluntarium, ſeu ſpontaneum? NEGO cum vulgatiſſimo adſenſu *Eccleſiae*, *Patrum*, *Theologorum*, & *Philoſophorum*, contra Janſenium. Quoniam illud eſt potentia indifferens ad agendum, ſecluſa quavis neceſſitate antecedente: iſtud vero eſt facultas neceſſario operans, ſed ſpontanae, hoc eſt ſine coa-

(*i*) Conſentit cum communi Doctorum *Rhod.* d. 3. de actib. hum. q. 2. ſ. 3. §. 1.

(*k*) Lege *Aran.* cit. n. 125.

(*l*) Conf. cit. *Viv.* q. 7. & *Aran.* d. 15. num. 259.

coactione, vel reniſu voluntatis, qua ratione Coelites amorem beatum eliciunt. Deinde pueri, amentes, bruta animantia ſaepe ſpontanee, vel ſine voluntatis, ſeu appetitus reniſu operantur; nunquam vero libere: ergo voluntas qua libera ab illis eſſentia ſua differt, non ex eo, quod ſponte operetur, ſed quia indifferens eſt: ergo liberum eſt indifferentia oppoſita neceſſitati; non vero facultas expers coactionis, uti eſt ſpontaneum. At de iis alias fuſius (*m*).

CAPUT SECUNDUM

De Conprincipiis ad libertatem neceſſariis.

268 QUAESTIO I. Qualem Dei concurſum paratum habere debeat voluntas, ut libere operari poſſit? ADSERO I. Concurſum decreti, volentis efficaciter libertatem creaturae, conſtitutam per omnia praerequiſita immediata, & per abſentiam omnium impedimentorum ab ipſa creatura inauferibilium (*n*). Quia ſic ſatis parata intelligitur Omnipotentia, & adplicata ad actum liberum: immo & neceſſario ſic debet adplicari, uti ſimiliter per decretum adplicatur ad actum neceſſarium.

269 II. Hoc decretum, quo pariter Deus vult cooperari voluntati liberae, ita eſt abſolutum, & determinatum, ut virtute tamen conditionatum ſit, & indifferens (*o*). Quia eſt ejuſmodi tendentiae, *volo ita paratus eſſe ad cooperandum voluntati, ut haec poſſit actionem omittere*; hoc autem virtute eſt dicere, *ſi voluntas velit ab actione deſiſtere, poterit*: ſeu *concurram ad conſenſum, vel ad diſſenſum, prout voluntas ſe, & me determinet*. Quo quidem pacto decretum pendet a nutu voluntatis, cujus propterea indifferentiam non tollit: ergo eſt virtute conditionatum, & indifferens.

OBJECTIONES.

270 Obj. Ejuſmodi decretum commentitium eſt. Nam 1.° libertas creata nequit conſtitui per aliquid divinum; atqui conprincipium, aut praerequiſitum libertatis eſt ipſius conſtitutivum. 2.° decretum parandi concurſum eſt efficax, quia cauſſat actum voluntatis, & hoc poſito, non poteſt non eſſe concurſus, qui eſt eadem actio creaturae: ergo decretum tollit omnem indifferentiam voluntatis, & indit neceſſitatem antecedentem. 3.° decretum virtute conditionatum eſt inane, ac ineptum, quia ſic tenderet, *volo concurrere, ſi voluntas agat*, id eſt *volo ut ſit meus concurſus, ſi ſit meus concurſus*, quum actio voluntatis ſit idem Dei concurſus: etvero Deum concurrere, ſi creatura operetur, eſt metaphyſice neceſſarium. 4.° per hoc decretum ponitur determinata

(*m*) *Infra* Par. III. Tom. VI. Tract III. Lib II. Cap. I. §. I. Interea conſule ſis *Tapper.* cit. art. 7. a §. *Eſt autem*. *Petav.* cit. l. 3. per tot. *Pennot.* l. 1. c. 15. ſqq.

(*n*) Lege *Mun.* de Eſſent. & Adtrib. d. 9. 2. num. 143

(*o*) Nobiſcum ſentit toties laudat. *Rhod.* quaeſt. 2. ſect. 4. §. 2.

nata pars libertatis, non alia : ergo non eſt indifferens ad utramque partem. 5.° hoc decretum, quo omnipotentia adplicaretur proxime ad libertatem peccantem, eſſet volitio peccati, ſeu concurſus, ex parte creaturae peccati labem incurrentis, quae Deum dedecet.

271 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. Mi.* praerequiſitum, ſeu conprincipium immediatum, *C.* mediatum, quale eſt decretum, *N.* Ad 2. *N. Con.* quia ſolum facit neceſſitatem conſequentem, ex ſuppoſitione videlicet quod voluntas ſe determinet; hujus enim determinatio conditionate praeviſa, eſt prior decreto. Ad 3. *N. A.* quia tendit ut ſupra. Nec eſt inane decretum, quo Deus confert creaturae libertatem proximam; nec neceſſarium, quum potuerit Deus libertatem non conferre, immo neceſſitatem inferre. Ad 4. *D. A.* ponitur ex creaturae determinatione, *C.* ſecus, *N. A.* & *Con.* Ad. 5. *N. A.* ſed ſolum eſſet permiſſio peccati, quae Deum decet (*p*).

272 QUAESTIO II. Quodnam rationis judicium ad libertatem exigatur? ADSERO 1. Judicium omnino indifferens, hoc eſt quod repraeſentet objectum ut amabile, & ut non amabile indifferenter, vel abſque ulla determinatione, ob diverſa motiva, e. c. ſic tendens, *bonum eſt amare, bonum eſt non amare* (*q*). Quia illud judicium eſt radix propria libertatis. Heinc liberum arbitrium dicitur *liberum* quantum ad voluntatem, quae ad utrumlibet flecti poteſt; & *arbitrium* quantum ad rationem, cujus eſt diſcernere inter bonum, & malum (*r*).

273 II. Nequit exigi judicium practicum ultimum, quod dictet electionem, & per quod voluntas determinetur (*s*). Alias quippe graviter delinquenti habendum eſſet judicium practicum, quod ſit peccandum: unde non peccaret, dum peccat. Deinde, poſito hoc judicio, voluntas non libere, ſed neceſſario ageret. Tandem proprius eſt potentiae liberae caracter, ut velit, quia vult: ergo quaevis altera poſtrema ratio inutilis eſt, ac ſupervacanea.

OBJECTIONES.

274 Obj. Exigitur judicium voluntatem determinans. Nam 1.° voluntas eſt potentia rationalis: ergo debet a ratione determinari. 2.° ex Ariſtot. (*t*), praemiſſa majore propoſitione univerſali, & ſubjuncta minore particulari, colligitur illico judicium, quo poſito, actionem ſequi neceſſe ſit; at haec conſequutio eſt judicium determinans. 3.° voluntas ferretur in incognitum, ſi eligeret quod intellectus non cenſuit, ac determinavit eſſe eligendum.

275 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. Con.* Satis eſt ut dirigatur a ratione, quin haec ſibi jus determinandi praeripiat. Ad 2. laudatus Ariſtot. haud loquitur de aliqua determinatione cogente, ſed de potenti tantum

(*p*) Recole cit. *Rhod.* q. 2. ſ. 4. §. 2.
(*q*) Ita *Rhod.* cit. §. 4.
(*r*) Ex *Mag.* 2. diſt. 24. lit. E.
(*s*) Nobiſcum ſunt cum *Rhod.* cit. *Viv.* q. 8. *Arſdek.* Theol. Specul. 1. 2. c. 1. §. 3. cum *Suar. Vaz. Ovied.* contra Bellarm.
(*t*) Lib. 7. Ethic. c. 3.

tum inclinare ; voluntas enim cuicumque intellectus judicio ſimpliciter reluctari poteſt. Ad 3. *N. A.* nam licet debeat judicium praelucere, nequit vero determinare.

276 QUAESTIO III. Qualis ad libertatem uſus rationis neceſſario requiratur? ADSERO. Uſus perfectus, qui conſiſtit in capacitate ferendi fixum, & certum judicium de bonitate, vel malitia objecti, ac inſimul de amabilitate finis ultimi propter ſe, vel mediorum propter finem (*u*): Quia radix libertatis eſt judicium de indifferentia objecti, quo ſublato, nulla eſſe poteſt in adpetitu indifferentia; at ubi exſtat ejuſmodi judicium, ibi exſtat perfectus rationis uſus: ergo.

277 Heinc: quia deeſt hic uſus, & deeſt quoque libertas in pueris, propter inexperientiam, & propter organa non ſatis obfirmata; in dormientibus, quia primum ſenſorium, ſeu cerebrum ſemper ligatur; in amentibus, propter humorum intemperiem, & pravam organorum, praeſertim cerebri, compoſitionem (*x*) Cenſet quidem *Molina* noſter (*y*) pueros, & amentes plura libere efficere, non ita tamen, ut ad meritum, vel demeritum ſufficiat. Haec tamen ut ſummum erit libertas imperfecta, & aequivoce talis.

CAPUT TERTIUM

De Impedimentis libertatis.

278 QUAESTIO I. Quae ſint haec Impedimenta? ADSERO. Ea, quorum praeſentia, & ea, quorum abſentia vel omnino tollit, vel ex parte imminuit plenam liberi arbitrii determinationem. Illa autem, poſitiva ſunt, qualis eſſet phyſica Praemotio, ſi voluntati adplicaretur; iſta vero negativa, qualis eſſet defectus divini concurſus ad actum liberum. Quod vero utraque libertatem impediant, perſpicuum eſt; nam inducunt neceſſitatem antecedentem, ne voluntas pro ſuo arbitrio ſuos actus determinet.

279 QUAESTIO II. Num Creator, aut creatura aliqua impedire poſſit voluntatem, ne libere agat? ADSERO 1. Poteſt Creator, ſtante judicio indifferente intellectus, ac ceteris aliunde praerequiſitis, ita voluntatem neceſſitare ad agendum, ut non agat libere (*z*). Quia poſſibilis eſt qualitas, ut vocant, impreſſa voluntati, ad modum aliorum habituum, voluntatem inclinans, & neceſſitans. Ac etiam poſſibile eſt decretum abſolutum efficax, omnino independens a voluntate, ac proinde iſtam determinans ad actum neceſſarium. Plane Deus poteſt mutare

(*u*) Conſentit laudatus *Rhod.* §. 3. ſectionis 2.

(*x*) Lege *Aran.* d. 16. a n. 319.

(*y*) In Concord. d. 3.

(*z*) *Suar.* cit. c. 4. num. 9. cum *D. Th. Gabr. Ockam.* &c. *Rhod.* ſect. 5. §. 2. *Aran* cit. d. 16. n. 327. & tr. 2. d. 16. a n. 283. contra Thomiſt. cum Bagnezio.

tare hominis voluntatem quandocumque voluerit, ipſamque neceſſitare ad non volendum, denegando ei ſuum concurſum: ergo & poteſt eam neceſſitare ad volendum, impediendo uſum poteſtatis ſuſpendentis ſuum actum.

280 II. Non ita poteſt creatura ulla vel homini interna, vel externa (*a*). Quia voluntatem, quae arx eſt munitiſſima, & invicta, rapere ſolo imperio nemo poteſt, praeter Creatorem, cui ſoli ſubjecta eſt. Et quidem nihil in voluntatem poſſunt agere univerſae cauſſae ſecundae, niſi ſuadendo, & adliciendo; at quacumque poſita ſuaſione, & adlectione, praeſtat adhuc libertas: ergo creaturae vim nullam immediate neceſsitantem exercere poſſunt in libertatem voluntatis (*b*).

OBJECTIONES.

281 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Commentitia eſt haec neceſsitas etiam a Creatore proveniens. Nam 1.° ex D. Aug. (*c*) *ſi enim neceſſe eſſet, ut velit* (voluntas) *unde volet, quum voluntas non erit? ... voluntas igitur noſtra nec voluntas eſſet, niſi eſſet in noſtra poteſtate*: & ex. D. Bern. (*d*) *ubi autem voluntas, ibi libertas*: unde ortum eſt axioma, *aut voluntas non eſt, aut libera dicenda eſt*. 2.° nequit Deus efficere, ut potentia neceſſaria operetur libere: ergo nec ut potentia libera operetur neceſſario. 3.° voluntas cogi nequit, apud Philoſophos; at ſi neceſsitatur, cogitur. 4.° actus cum indifferenti rationis judicio elicitus, libere fit a voluntate: ergo haec non neceſsitatur ſaltem neceſsitate abſoluta, & antecedente, ſed conſequente, & ex ſuppoſitione. 5.° judicium intellectus proponit objectum ut bonum indifferens: ergo nequit voluntas medio illo judicio tendere in ejuſmodi objectum neceſsitate abſoluta.

282 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. SS. DD. & axioma ſolum loquuntur de voluntate ſecundum ſuam naturam ſpectata, ſecundum quam indifferens eſt in ſuis operationibus; non vero ſecundum omnes ſuos actus; plures enim ex iis ſunt voluntarii, & neceſſarii, ut amor beatus in Deo, & Coelitibus. Ad 2. *N. Con.* quia operatio libera pendet eſſentialiter a potentia formaliter libera; at potentia de ſe libera poteſt, ſuam retinens libertatem in actu primo, habere actus neceſſarios, e. g. ob impedimentum ex defectu deliberationis &c.; quin tamen proinde mutetur potentiae natura, ſed ſolum impediatur, ne agat, juxta integram ſuam poteſtatem: mutaretur vero natura potentiae neceſſariae, ſi ageret libere.

283 Ad 3. *C. Ma.* quatenus nequit voluntas agere violenter, & contra ſuam elicitam inclinationem: & quidem omnis voluntatis actus eſt voluntarius, & elicita voluntatis inclinatio; adeoque hoc ipſo, quo voluntas ſit volens, nequit eſſe violenta, aut coacta. Heinc *N. Mi.* Si Deus

(*a*) Conſentiunt omnes Catholici, & Ethnici Sapientes, cum *Rhod.* cit. §. 1.

(*b*) Conſule, ſi vacat, laudatos *Aran.* l. 4. n. 334. et *Bec.* tr. 1. c. 2. q. 10. per tot.

(*c*) De lib. arbitr. l. 3. cap. 3.

(*d*) De Grat. et lib. arbitr. ſub initium.

voluntatem neceſsitaret, faceret contra ejus inclinationem innatam, non contra elicitam.

284 Ad 4. *N. A.* Quia voluntati, Deo non concurrente, liber indifferentiae uſus impeditur. Et *N. Con.* quia neceſsitas abſoluta, & antecedens illa eſt, quae reſiſtendi poteſtatem excludit, liberum potentiae uſum omnino praeveniendo. Ad 5. *N. Con.* quia nihilo ſecius poteſt impediri voluntas per efficaciam extrinſeci agentis, ne actum circa ejuſmodi objectum poſsit ſuſpendere, tendendo neceſſario in bonitatem objecti, nihil curando de ejus indifferentia (*e*).

285 Obj. *ſecundo* contra 11. Adſ. Poteſt creatura impedire voluntatem, ne libere agat. Nam 1.° adpetitus ſenſitivus ita abripit voluntatem, ut nullam ei relinquat indifferentiam; unde inquit Paullus Roman 7. 19. *non quod volo bonum hoc facio, ſed quod nolo malum, hoc ago.* 2.° multi etiam inviti ruunt in malum, trahente praecipiti adfectu. 3.° paſsio vehemens, itemque habitus intenſus, quandoque intellectum excaecat, ne conſideret, & voluntatem rapit, ne flecti poſsit in oppoſitum: unde multi dicuntur incorrigibiles, quia vim eis non relinquit habitus, ut contra niti poſsint. 4.° Angelis eſt excellens virtus ſupra totam vim voluntatis.

286 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* nam ex *Gen. 7. ſub te erit adpetitus ejus, & tu dominaberis illius.* To *volo*, & *nolo* (*f*) non ſignificant actus voluntatis efficaces, ſed inefficaces, quos voluntas tunc elicit quum ſervit adpetitui. Ad 2., & 3. quantumcumque augeatur ac efferveat vis obſiſtendi in paſsione & habitu, hoc eſt vis inferendi difficultatem, ſemper erit minor, quam ſit vis activa voluntatis, cui ſubordinantur. Ad 4.: etſi Angeli ſuadendo atque pelliciendo magnam vim habere poſſint in libertatem, nullum tamen jus in illam habent (*g*).

287 QUAESTIO III. Num ſtatus miſerrimus naturae lapſae ſit impedimentum libertatis, ita ut vi lapſus originalis liberum arbitrium manſerit in homine non integrum, hoc eſt intrinſece, ac per ſe debilius ad bene operandum, quam foret in pura natura?

288 Haec principio Dogmata fide ſancta praemittimus. *Primo.* Generatim liberum hominis arbitrium poſt Adae lapſum manſit integrum, non exſtinctum. Ita nuper adſertum eſt & confirmatum (*h*). Heinc ſpeciatim *Secundo.* Manſit integrum in ordine ad res civiles & externas, uti ebuccinant paſſim *ſacrae Literae* cum *Num.* 30.14. *Joſ.* 24. 15. & 2. *Reg.* 24. 12. & 3. *Reg.* 3. 5. *Eccli.* 31. 10. & 1. *Cor.* 9. 1. In iis autem textibus, aliiſque pene innumeris deſignatur in homine poteſtas aut jus electionis quoad res civiles, quod ſine vera & integra arbitrii libertate nequit intelligi.

289 Adcinunt turmatim *PP.* cum *Iren.* (*i*) *Tertull.* (*k*) *Clem. Al.* (*l*) *Orig.*

(*e*) Conf. *Suar.* de Grat. t. 1. l. 1. proleg. 1. c. 4. a n. 13. *Rhod.* cit. ſ. 5. §. 2.
(*f*) Ex *D. Bern.* ſerm. 81. in Cant.
(*g*) Recole *Rhod.* cit. ſ. 5. §. 1.
(*h*) *Supra* num. 244. pag. 182.
(*i*) L. 4. c. 71. 72.
(*k*) L. 2. cont. Marcion. ante med.
(*l*) Strom. 1.

Orig. (*m*) *Cypr.* (*n*) *Athan.* (*o*) *Euſeb.* (*p*) *Opt. Milev.* (*q*) *Cyr. Al.* (*r*) *Baſil.* (*s*) *Nazianz.* (*t*) *Nyſſen.* (*u*) *Epiph.* (*x*) *Hilar.* (*y*) *Chryſoſt.* (*z*) *Hieron.* (*a*) *Ambr.* (*b*) *Auguſt.* (*c*).

290 *Tertio.* Manſit integrum in ordine ad res morales. Docent *ſacri Codices*, iis praeſertim teſtimoniis, quibus commonſtrant, per hominem ſtetiſſe quominus bene ageret ac peccata vitaret, e. c. *Num.* 14. 25. *Deut.* 30. 11. *Iſai.* 5. 4. *Jerem.* 7. 28. *Matth.* 23. 37. *Act.* 7. 51., tum aliis, quibus aliquid homini tanquam libero faciendum aut omittendum praecipitur, cujuſmodi plura ſunt *Exod.* 20. & paſſim in utroque Foedere.

291 Conſonant frequentiſſimi *PP.* cum *Dionyſ.* (*d*) *Ignat.* (*e*) *Juſtin.* (*f*) *Iren.* (*g*) *Athenag.* (*h*) *Clem. Al.* (*i*) *Orig.* (*k*) *Lactant.* (*l*) *Minut. Felice* (*m*) *Jul. Firmic.* (*n*) *Athan.* (*o*) *Tertull.* (*p*) *Baſil.* (*q*) *Nyſſen.* (*r*) *Epiph.* (*s*) *Macar.* (*t*) *Chryſoſt.* (*u*) *Theodoret.* (*x*) *Ambr.* (*y*) *Hieron.* (*z*) *Aug.* (*a*) *Beda* (*b*) *Damaſc.* (*c*) *Anſel.* (*d*) *Bernard.* (*e*).

292 Haec autem alioqui certiſſima ſunt; evidenti ſiquidem experientia novimus, cum in rebus civilibus aut adiaphoris, tum in moralibus, propoſitis hujus aut alterius rei, boni ſeu mali motivis, vertere nos quo volumus pro lubito noſtro. His itaque praemiſſis,

293 Adsero 1. Liberum arbitrium vi lapſus originalis non ita debilius eſt, ut heic quaeritur (*f*) Quia per lapſum originalem nec in Adamo, nec in poſteris facta eſt diminutio per ſubſtractionem alicujus perfectionis naturae debitae, qua gauderent in pura natura; manſerunt enim poſt lapſum in homine (*g*) omnia naturalia, adeoque vires naturae debitae; at vires, quas habuiſſet ad bene operandum in

(*m*) L. 2. cont. Celſ.
(*n*) L. 1. epiſt. 3 ad Cornel.
(*o*) Ser. de paſſione et cruce Dom.
(*p*) L. 6. praep. evang. c. 5.
(*q*) Lib. 7. in Parmenian.
(*r*) L. 2. in Joa. c. 54. et lib. 4. c. 7. et l. 9. c. 10.
(*s*) Ser. de lib. arb.
(*t*) Apolog. 1.
(*u*) L. 9. de philoſ. c. 3.
(*x*) Haer. 16.
(*y*) In Pſal. 2.
(*z*) Hom. 60. in Matth.
(*a*) Epiſt. ab Cteſiphont. et in cap. 26. Hierem.
(*b*) In Pſ. 40.
(*c*) L. de quant. animae c. 36. et 5. civ. cap. 10.
(*d*) L. de div. nom. c. 4. par. 4. ſub fin.
(*e*) Epiſt. ad Magneſ.
(*f*) In utraque Apol.
(*g*) L. 4. c. 71.
(*h*) Apol. ad Imp. Antonin.
(*i*) Strom. 1.
(*k*) In cap. 13. Matth. et l. 3. de princip. c. 1. et alias.
(*l*) Inſt. 4. cap. 24.
(*m*) In Octavio ultra med. libri.
(*n*) De errorib. prof. relig. c. 29.
(*o*) Orat. cont. idola ferme ſub init.
(*p*) L. de exhortat. caſtitatis non procul ab init.
(*q*) In Pſ. 61.
(*r*) De philoſ. l. 7. c. 2.
(*s*) Haer. 16.
(*t*) Hom. 15.
(*u*) Hom. 22. in Geneſ.
(*x*) In Pſal. 67.
(*y*) L. 1. de Jacob c. 3.
(*z*) Epiſt. ad Damaſ. de filio prodigo.
(*a*) Libris tribus de lib. arb. paſſim et alibi ſaepiſſime.
(*b*) In cap. 4. Geneſ.
(*c*) L. 2. de fide c. 26.
(*d*) In c. 2. epiſtolae 2. ad Timoth.
(*e*) Serm. 81. in Cant.
(*f*) Nobiſcum eſt laud. *Suar.* l. 1. proleg. 4. c. 8. cum *D. Th. Val. Cai.* &c. contra Gregor. Arimin. Alvar. Viv. &c.
(*g*) Ex *D. Th.* alicubi.

ſtatu purae naturae, in quo utpote caruiſſet donis Juſtitiae originalis, fuiſſent pure naturales: igitur eaedem in ipſo manſere poſt lapſum: ergo. Heinc

294 II. Liberum arbitrium vulneratum eſt, ac diminutum extrinſece tantum comparate ad naturam integram, non ad puram (*b*). Quia haec nunquam adcidit; ac in illa, ratione integritatis, aliorumque donorum, melius ſe habebat natura, hoc eſt pronior erat, & facilior ad bona opera naturalia, quam poſt lapſum, ubi ſpoliatur virtutibus, ad bonum inclinantibus, concupiſcentia ſibi ipſi relicta eſt, ac frenum juſtitiae originalis ablatum. III. Haec omnia dici nequeunt impedimenta libertatis, ſed tantum *difficultates*, vel hoſtes. Quia iis etiam ſtantibus, ac mire reluctantibus, adhuc voluntas eſt domina ſuorum actuum: iſtos igitur illa ſimpliciter non impediunt, etſi difficillimos reddant (*i*).

OBJECTIONES.

295 Obj. *primo*. Ex C. Araus. (*k*) & Trid. (*l*) itemque ex Patribus nos per peccatum in deterius mutati ſumus, viribus debilitati, in naturalibus vulnerati, quemadmodum ille, qui deſcendens ab Hieruſalem in Jericho, ſpoliatus, & ſemivivus relictus eſt; liberum quippe arbitrium adtemperatum, & inclinatum eſt: ergo natura lapſa aliquid amiſſit etiam virium naturalium ad opera bona, quibus plane pura natura praedita eſſet. *Secundo*. Peccatum actuale diminuit naturalem inclinationem hominis ad bonum rationis, humanae naturae proportionatum: ergo & originale; quippe quo natura humana averſa eſt a ſuo ultimo fine non modo ſupernaturali, ſed etiam naturali. *Tertio*. Natura humana per peccatum originis caret ſpeciali Dei protectione; redacta eſt in daemonis ſervitutem; & ob humorum intemperiem, ortam ex vitiis progenitorum, magis effraenem experitur concupiſcentiam: ergo eſt per ſeſe debilior &c.

296 R. Ad *primum*: CC. & PP. loquuntur de natura lapſa, non relate ad ſtatum naturae purae, ſed ad ſtatum innocentiae, in quo ratione integritatis, aliorumque donorum melius ſe habebat natura etiam ad bona opera naturalia, quam poſt lapſum. Heinc *Proſper* (*m*) *natura humana in prima praevaricatione nec ſubſtantiam amiſit, nec voluntatem, ſed lumen, & decorem virtutum*; & *D. Th.* (*n*) *ipſa deſtitutio* (nempe juſtitiae originalis, & aliorum donorum) *vulneratio dicitur naturae*. Ad *ſecundum*. *D. A.* diminuit per ſe, *N.* per additionem pravi habitus, aut pravae diſpoſitionis, *C.* Et *D. Conſ.* ſimiliter. Nam originale, eſto illam averſionem importet, ſolum minuit inclinationem ad bonum rationis, quatenus habitum, vel ream aliquam diſpoſitionem relinquit. Ad *tertium*: haec tria capita probant, debilitatem naturae lapſae eſſe per adcidens, eique ab extrinſeco provenire (*o*).

C A.

(*h*) Fere *Bec.* hic. tr. 1. c. 2. n. 12.
(*i*) Conſule cit. *Suar.* c. 9.
(*k*) Can. 1. & 25.
(*l*) Sef. 5. decr. de pec. orig. & ſ. 6. c. 1.
(*m*) Contra Collat. cap. 19.
(*n*) In 1. 2. q. 85. a. 1.
(*o*) Pluribus Adſertum vindicat proxime laud. *Suar.*

CAPUT QUARTUM

De secunda liberi arbitrii facultate ad actus eliciendos.

297 QUAESTIO I, Num homo lapsus ex propriis viribus naturalibus liberi arbitrii, solo adjutus concursu Dei naturali, potens sit generatim ad actus naturales honestos? AFFIRMO (*p*) Quia ex Epist. ad *Rom.* 2. *Gentes, quae legem non habent* (hoc est Mosaicam) *naturaliter ea, quae legis sunt, faciunt*. Id est, gentiles fide carentes, naturae ductu, vel rationibus a natura suppeditatis bene moraliter operantur (*q*). Nec ea saepe est ad actum difficultas, quae facile, ac naturaliter vinci nequeat, e. g. Parentes colere, quum actus sit naturalis in substantia, & nativae inclinationi consentaneus. Immo sic potest honeste operari homo, actu exsistens in peccato. Quia peccatum actuale non violat vires actuales liberi arbitrii. Ob easdem rationes liberum arbitrium sibi relictum potest simpliciter & absolute vincere tentationes legi naturali repugnantes.

OBJECTIONES.

298 Obj. *primo*. Nullum opus moraliter bonum, Deoque placens fieri potest absque fide; nam ex Apost. Rom. 14. *omne, quod non est ex fide, peccatum est*: & Hebr. 11. *sine fide impossibile est placere Deo*: & ad Tit. 1. *coinquinatis autem, & infidelibus nihil est mundum*; sed ad fidem non sufficiunt vires naturales liberi arbitrii. *Secundo*. Patres cum Augustino videntur universaliter requirere divinae Gratiae auxilium ad actus bonos etiam naturales: unde Ambr. (*r*) docet, eas, quae virtutes dicuntur inter gentiles, ut sobrietas, misericordia &c. esse infructuosas; & Hieron. (*s*) docet, illas absque fide Christi, virtutes non esse, sed vitia. *Tertio*. Heinc daemon, cui peccatum non abstulit naturalia, posset etiam elicere actus moraliter bonos.

299 R. Ad *primum*. *D. Ma.* Deoque placens, tanquam authori, & praemiatori supernaturali, *C.* naturali, *N.* Primus textus exponitur de opere facto mala fide, seu contra conscientiam. Secundus relate ad finem supernaturalem justificationis. Tertius de cibis vetitis, aut non vetitis in lege Moysis, qui tamen post Christi mortem fidelibus mundi sunt, immundi Judaeis, mala fide edentibus. Ad *secundum*. Patres ad eos actus requirunt tantum divinae gratiae naturalis auxilium, nempe concursum physicum, ad omnia opera naturalia requisitum, quem aliquando Pelagiani negarunt. Ambrosius voluit, virtutes gentilium non esse fructuosas ad vitam aeternam; & Hieron. intendit, actiones infidelium, alioqui honestas, plerumque vitiari ex pravo fine. Ad *tertium*: posset daemon potentia physica, *C.* morali, *N.* nam quum consideret perpetuo

(*p*) Cum *Mag.* in 2. dis. 28. ibique *D. Th.* cum communiss. ap. & cum *Suar.* de Grat. l. 1. c. 8. *Bec.* cit. tr. 1. c. 2. q. 10. a. 6.

(*q*) Ita subdifficilem locum pluribus exponit cit. *Suar.*

(*r*) Sup. Psalmum 1.

(*s*) L. 2. in epis. ad Gal.

petuo Deum ut objectum odibile, ratione mali, quod ei infligit, Deum nunquam non odio habet, ac peccat (*t*).

300 QUAESTIO II. Quos actus bonos possit elicere liberum arbitrium sub sensu exposito? ADSERO 1. Potest absolute, & physice elicere actus moraliter honestos, quomodocumque difficiles, & heroicos; nec semel, aut iterum tantum, sed diu, & per totam vitam: unde vincere potest quamcumque gravem tentationem, vel per meram resistentiam, vel per actum naturalem honestum illi contrarium: tum observare potest universam legem naturalem, vitando omnia lethalia, & venialia etiam collective sumta. Ad ea tamen est moraliter impotens, nisi saltem speciali concursu Dei adjuvetur; quia moraliter fieri nequit ut humana, voluntas ob mutabilitatem, & inconstantiam liberi arbitrii, in iis devicta saepissime non deficiat. Ita vulgo Doctores quoad hoc posterius Adserti membrum (*u*).

301 Et quoad prius disertissime *Angelicus* (*x*). Ratio mihi efficax est; qia ex communi TT. pronuntiato, nihil regulariter praeter Deum clare visum propter sui infinitatem, potest quoad actus exercitium necessitare innatam voluntatis libertatem: ergo in quocumque eventu manet voluntas suorum actuum domina; adeoque physice libera ad eligendum quod libuerit: alioqui non peccaret, si sibi relicta subcumberet gravi tentationi contra legem naturalem. Deinde majores sunt difficultates pro malo vitando voluntati in inferno gehennali, quam in hac vita; at in inferno liberum arbitrium est physice potens ad vitandum malum, etsi moraliter impotens: ergo. Heinc putaverim, Authores quoslibet in nostram ituros sententiam, si perspicue distinguerent potentiam physicam a morali, praesertim ex iis, quae adseruit *Suar.* (*y*)

302 II. Potest physice, & moraliter Deum ut Authorem naturae diligere super omnia, non modo amore concupiscentiae, sed etiam amore benevolentiae absoluto, & efficaci quantum ad adfectum (*z*) Quia adfectiva voluntatis aestimatio sequi potest naturaliter adpretiativam intellectus; at intellectus potest naturaliter cognoscere Deum ut summum bonum, & praeferibile omni non Deo: ergo & potest voluntas eum super omnia diligere. Nec deinde haec benevolentia esset homini valde difficilis, quum non sit supra naturae inclinationem; ut patet in matre, quae filium diligit amore benevolentiae, nullum ab eo commodum exspectans.

303 III. Potest physice saltem elicere actus omnium virtutum moralium naturalium, vel philosophicarum, Quia nulla virtus moralis est per se impossibilis libero arbitrio, sed ex adcidenti ob difficultates emergentes (*a*). Heinc subire potest Martyrium naturale, subsinen-

(*t*) Consule sis *Molin.* in Concordia disp. 5. & *Suar.* cit. l. 1. c. 8. 9. 20. 21.

(*u*) Cum *Suar.* cit. a c. 24.

(*x*) In 1. 2. q. 10. a. 2. & 3. *Ansel. Scot. Dur.* &c. ap. *Mol.* in concor. d. 19. memb. 2. *Plat.* p. 2. de necessit. Grat. a n. 524.

(*y*) Ubi eum proxime laudavimus, numero 35. capitis 24.

(*z*) *Mol* concor. d. 14. memb. 3. *Aguir.* & communius ap. *Mun.* de Grat. d. 8. num. 4 contra Suar. cit. c. 33. &c.

(*a*) Consentit ibidem *Suar.* c. 37.

nendo videlicet mortem pro Deo ſuper omnia naturaliter dilecto, ſeu pro vitando peccato contra legem naturalem : poteſt perpetuam virginitatem ſervare, aliaque exinde conſectanea. Heinc ob eandem rationem earum virtutum habitus ipſe adſequatur, oportet.

304 IV. Poteſt elicere adtritionem, & contritionem imperfectam, aut naturalem, quatenus eſt poenitentia, vel deteſtatio peccati, prout eſt contra legem naturae, & prout ex aliquo naturali motivo poteſt diſplicere (*b*). Id quod adfirmat etiam *Suarezius* noſter (*c*) Molinam vindicans, ab aliis temere impugnatum. Quia nec hic actus excedit vires phyſicas liberi arbitrii, nec ſaepe multam adfert difficultatem; poteſt enim quis dolere de adulterio propter ejus turpitudinem, vel propter offenſam Dei, ut Authoris naturalis (*d*).

305 V. Poteſt elicere, vel imperare adſenſum fidei naturalis quoad ſubſtantiam actus circa Myſteria revelata (*e*). Quia *daemones credunt*, Jac. 2. fide videlicet neceſſaria, & quaſi evidente in adteſtante. Item haereticis, & Judaeis eſt fides voluntaria, & libera, quippe qui ſine fide infuſa, & gratiae auxilio credunt aliqua Myſteria ex humano motivo. Immo & Chriſtiani non ſemper, dum credunt, actus ſupernaturales emittunt, ſed ſaepe ducuntur ex parentum teſtimonio, vel humana quadam conſuetudine. Haec autem fides eſt ſpecie diverſa a fide ſupernaturali (*f*).

OBJECTIONES.

306 Obj. *primo* contra 1. Adſ. quoad primam partem. Ex Paullo 1. Cor. 10. *non patietur*, Deus, *vos tentari ſupra id quod poteſtis* : & 2. Cor. 1. *ſupra modum gravati ſumus ſupra virtutem, ita ut taederet nos etiam vivere* : ergo aliquae ſaltem graviores tentationes vires liberi arbitrii ſuperant. *Secundo*. D. Aug. (*g*) ex aliquot adſertis, quae Pelagius in quodam Concilio Palaeſtino revocare coactus eſt, infert, in tentationibus, non ex libero arbitrio, ſede ex adjutorio Dei noſtram provenire victoriam. *Tertio*. Innoc. P. I. (*h*) *pares*, inquit, *nos ad reſiſtendum, non liberum arbitrium, ſed Dei ſolius poteſt facere auxilium*. Idemque (*i*) adfert Coeleſtinus I. inquiens (*k*) *nemo niſi per gratiam bene utitur libero arbitrio*. *Quarto*. Homo lapſus a PP. comparatur infirmo : at hic, niſi ſanetur, aut ſpecialiter adjuvetur, nequit actus difficiles exercere : ergo nec homo lapſus. *Quinto*. Adpetitus elicitus naturalis ſequitur menſuram adpetitus innati : ergo ſicut hic nunquam fertur in id, quod non eſt ſibi conveniens, ita & ille; adeoque non niſi cum ſpeciali gratia poteſt contra proprium commodum difficiles actus emittere.

307 R. Ad *primum*. *D. Conſ.* ſuperant phyſice *N.* moraliter, *C.* Ad *ſecundum*. Aug. loquitur de victoria ſalutari ad vitam aeternam con-

(*b*) *Mol.* concor. d. 14. inclinat cum communi.
(*c*) Cap. 37. num. 8.
(*d*) Conſ. *Mol.* cit. memb. 4.
(*e*) *Scot. Dur.* &c. ap. & cum *Mol* cit. d. 7. *Suar.* l. 2. c. 10. a n. 3. cum communi.
(*f*) Legitor *Suar.* cit. cap. 10. & 11.
(*g*) Epiſt. 106. ad Paullin.
(*h*) Ep. ad Conc. Carthag.
(*i*) Ep. ad Conc. Milevit.
(*k*) Epiſt. cap. 7.

conferente, quam Pelagius ſoli libero arbitrio adſcribebat: non de naturali. Ad *tertium*. Innocent. & Coeleſt. loquuntur etiam de renitentia in tentationes, uſuque liberi arbitrii ſupernaturalibus. Ad *quartum*. *D. Ma.* comparatur infirmo utcumque, *N.* relate ad ſtatum innocentiae, quo tot donorum ratione, ad opera naturalia facile etiam exercenda plurimum juvabatur, *C.* Et *D. Mi.* reſpective. Et *N. Cou.* Ad *quintum*. *D. A.* ubi ratio non obſtat, *Eſto*: ubi haec obſtat, *N. A.* & *Con.* Hic adpetitus maxime pendet a ratione, cujus nutum frequenter ſequitur; adeoque poſſet etiam moraliter ſaepe operari contra proprium commodum abſque ſpeciali gratia.

508 Obj. *ſexto*. Ex Tridentino (*l*) nullus, etiam juſtificatus poteſt tota vita vitare ſingula peccata venialia citra ſpeciale privilegium: unde dixit Scriptura, ſepties juſtum cadere, & in multis omnes offendere: ergo. *Septimo*. Si liberum arbitrium poſſet haec phyſice, poſſet etiam moraliter; nam nequit praecipi impoſſibile; atqui praecipitur obſervatio totius legis naturalis, & vitatio omnium venialium: ergo.

309 R. Ad *ſextum*: Trid. & Scriptura non loquuntur de potentia phyſica, ſed de morali, quatenus difficultates quaſi inſuperabiles, quae contra agunt, fundant prudens judicium de eo, quod ſtando rerum naturis, neutiquam quis ſibi relictus tota vita obſervaverit univerſam legem naturalem, & ſingula vitaverit venialia. Ad *ſeptimum*. *N. Adſ.* Ad prob. adj. *D.* illam: impoſſibile, quod tale ſit abſolute, & ex defectu ſufficientiae ad rem praeſtandam, *C.* quod tale ſit extrinſece ſolum, ac denominative a difficultate, cui innititur prudentum judicium, *N.* quia cum hac impoſſibilitate conſiſtit libertas ad merendum, & demerendum ſufficiens. Et *C. Mi.* & *N. Con.* (*m*).

310 Obj. *octavo* contra II. Adſ. Fictitius eſt ejuſmodi amor. Nam 1.° CC. & PP. cum Aug. referunt dilectionem Dei in auxilium gratiae, & donum Dei. 2.° Natura infirma nequit elicere actum praeſtantiſſimum naturae robuſtae, qualis ille eſt. 3.° nequit homo lapſus abſque ſpeciali gratia plus adfici erga Deum inviſibilem, quam erga bona ſenſibilia. 4.° nequit voluntas ſimul eſſe converſa, & averſa a Deo, uti eſſet, ſi exſiſtens in peccato, diligeret efficaciter Deum.

311 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. CC. & PP. praecipue nos inſtruunt ſuper dilectione ſalutari ex fide. Ad 2. ille actus non eſt praeſtantiſſimus, nam praeſtantior eſt dilectio efficax etiam quoad effectum, qui tamen eſt plane moraliter impoſſibilis abſque ſpeciali gratia. Ad 3. *N. A.* quum praeſertim non urgent vehementes adfectiones erga ſenſibilia, ut in bene moratis non raro evenit. Ad 4. non repugnat, voluntatem eſſe ſimul habitualiter averſam a Deo per peccatum non revocatum, & efficaciter converſam actu per amorem naturalem ſuper omnia (*n*).

312 Obj. *nono* contra IV. Adſ. Contritio imperfecta quoad ſubſtan-

(*l*) Seſſ. 6. can. 23.

(*m*) Conf. *Mol.* cit. d. 19. mem. 4. 5. *Viv.* p. 3. d. 5. q. 4. a n. 6. *Suarezius* proxime adductus, cap. 24. a num. 35.

(*n*) Legito *Mol.* cit. d. 14. mem. 3. *Suar.* cit. l. 1. a c. 30. *Viv.* cit. d. 5. q. 5.

ſtantiam actus includit dilectionem efficacem Dei ſuper omnia, & propoſitum efficax non peccandi de cetero, hoc eſt obſervandi univerſam legem naturalem, vincendique omnes tentationes etiam difficillimas; atqui ad hujuſmodi propoſitum requiritur gratia ſpecialis; ſiquidem ex Trid. (*o*) adtritio, quae diſponit ad confeſſionis gratiam juſtificantem, ſi voluntatem peccandi excludat, cum ſpe veniae, eſt donum Dei, & Spiritus ſancti impulſus: quo ſentire videtur ſimilem adfectum non niſi ex auxiliante gratia oriri poſſe: ergo.

313 R. *N. Ma.* quoad primam partem; qnia etiam adtritio ſupernaturalis, ſecluſo quovis alio motivo caritatis, eſt diſpoſitio proxima cum Sacramento ad juſtificationem (*p*); adeoque vera adtritio quoad ſubſtantiam actus minime includit dilectionem Dei ſuper omnia. Et *D. Ma.* quoad ſecundam partem: includit adfective, ſeu in intentione propoſitum illud efficax, *C.* effective, aut in exſequutione, *N.* Id quod verum eſt etiam de adtritione ſupernaturali. Et *D. Mi.* ſimiliter. Tridentinum idem intendit; alioqui nulla fuiſſet adtritio, quoties quis poſt illam peccaret. Et vero Tridentinum ſolum loquitur de adtritione ſalutari, naturalem vero prorſus reticet; de iſta enim nulla lis fuerat inter Catholicos, aut cum haereticis (*q*).

314 Obj. *decimo* contra v. Adſ. Scripturae loca. Nam Joan. 6. *hoc eſt opus Dei, ut credatis in eum, quem miſit ille.* Et infra, *nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit illum.* Matt. 16. *caro, & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus.* 1. Cor. 12. *nemo poteſt dicere Dominus Jeſus, niſi in Spiritu S.* Tandem *undecimo.* In infideli perdocto, multis imbuto erroribus, prima fides naturalis de Myſterii noſtris eſt ſumme difficilis, ſi non interveniat, & adliciat adfectus aliquis ſupernus, quum aliunde parum homines ad ſpiritalia adficiantur: ergo ſaltem pro illo eventu indiget liberum arbitrium ſpeciali gratia ad fidem naturalem quoad ſubſtantiam actus.

315 R. Ad *decimum.* Illa loca inteliigenda ſunt de adſenſu, confeſſione fidei, & invocatione Chriſti, quales ad ſalutem requiruntur. Ad *undecimum.* *D. Conſ.* indiget moraliter, *C.* ob tot, tantaſque difficultates: ſimpliciter, *N.* quia poteſt ſimpliciter illas ſuo labore ſuperare (*r*).

316 QUAESTIO III. Num ſaltem fas ſit libero arbitrio elicere, vel imperare actum, qui ſit initium fidei, quo, nempe diſponatur merendo Juſtificationem? NEGO. Quia hoc initium eſt gratia ſuperna auxilians vocationis. Fide certum.

317 Conſtat liquido ex *Sacro Codice*, e. c. ex *Pſal.* 79. 8. *Pſ.* 76. 11. *Pſ.* 84. 5. & 7. *Prov.* 19. 21. *Ezech.* 36. 22. *Thren.* 5. 21. *Joan.* 6. 44. & 15. 5. *Rom.* 11. 35. & 1. *Cor.* 4. 7. *Epheſ.* 2. 1. *Coloſſ.* 2. 13 & 1. *Petr.* 1. 23. *Jacobi* 1.

(*o*) Seſ. 14. cap. 4.

(*p*) Idem diu adſeruimus in noſtra *Theol. Mor. dog.*

(*q*) Plura in hanc rem diſces ex *Mol.* cit. q. 14. d. 14. memb. 5.

(*r*) Conf. *Mol.* cit. d. 7. & *Ovied.* de Grat. tr. 7. contr. 2. pu. 2. a n. 24.

bi 1.18-Tum ex *CC.* e. g. *Pulaestino* (*s*) *Africano* 214- Episcoporum (*t*) *Arausic.* sub Leone P. I. (*u*) *Trident.* (*x*) Item ex *PP.* e. c. *Innocent.* P. I. (*y*) *Cypr.* (*z*) *Coelestin.* P. (*a*) *Ambr.* (*b*) *Hieron.* (*c*) *August.* (*d*) *Prosp.* (*e*) *Fulgent.* (*f*) *Greg.* M. (*g*) *Bernard.* (*h*).

318 Et quidem si homo haberet primam voluntatem credendi, prout oportet, quae est quaedam electio, multum conferens ad vitam aeternam, posset sibi aliquo modo tribuere initium salutis, quod ab illa voluntate magna ex parte incipit; quod tamen ex solis Christi meritis, donoque Dei, adeoque misericorditer omnino tribuitur (*i*). Nihilo secius, si *Molinam* (*k*) audias, haec interna Dei vocatio multum pendet a libero arbitrio ejus, qui vocatur.

319 QUAESTIO IV. Num, & quo pacto possit elicere actum supernum, quo aeternam gloriam vel congrue, vel condigne mereatur? ADSERO. Ex suis viribus naturalibus, cum solo generali Dei concursu nullum potest: cum adjutorio gratiae potest elicere singulos actus credendi, amandi, paenitendi, utpote opportunos, immo necessarios ad justificationem, a qua ipsi pendent; simulque deinceps perplures alios virtutum actus, augmenti gratiae, & gloriae meritum praeferentes: ita tamen ut eos omnino libere agat, possitque Deo ad eos excitanti parere, & non parere; quia alioqui essent necessarii, quocumque merito vacui (*l*).

320 Hoc autem Adsertum ex utroque capite fide sanctum est. Primum etenim non ullum elicere homo potest ex suis viribus naturalibus, uti abunde liquet ex dictis pro Dogmate praecedenti; si enim nequeat quis absque superna gratia ad initium salutis disponi, multo minus eundem salutarem actum efficere poterit. Adde quae *inferius* pro necessitate gratiae ad quemlibet actum salutarem differuntur (*m*).

321 Deinde potest cum gratiae auxilio singulos quosque salutares actus elicere; & quidem tanquam subjectum agens, seu cooperans & merens, non autem ut mere patiens. Liquet ex *Script.* e. g. *Isai.* 1.16. *Jerem.* 3. 1. *Ezech.* 18. 31. *Joël.* 2. 12. 13. *Zachar.* 1. 3. & 4. *Matth.* 20. 8. *Jo.* 6.27. & 28. *Rom.* 8. 26. & 28. & 1. *Cor.* 3. 4. & c.15.10. *Phil.* 1.12. & 13. *Sap.*

(*s*) Art. 7. ap. *Aug.* epist. olim 106. & saepius.
(*t*) Ap. *Prosp.* in Chron.
(*u*) Can. 3. 4. 14. & ult.
(*x*) Sess. 6. cap. 6.
(*y*) Epist. ad Conc. Carthagin. & altera ad C. Milevitan.
(*z*) L. 3. ad Quirinum c. 4.
(*a*) Epist. ad Gallos cap. 9.
(*b*) L. 2. in Luc. c. 12.
(*c*) L. 3. contra Pelagian. ferme sub init.
(*d*) L. 2. contra duas epistolas Pelagianor. c. 5. & l. de grat. Chr. c. 26. & l. 2. ad Bonifac. c. 8. & l. de praedest. SS. cap. 2. & saepius.
(*e*) L. cont. Collator. c. 6. & 38.
(*f*) L. de Incarn. & grat. Chr. c. 13. & 18.
(*g*) Hom. 9. in Ezech.
(*h*) L. de grat. & lib. arb.
(*i*) Recole *Suar.* cit. l. 2. c. 3.
(*k*) *Mol.* cit. d. 9. §. *Patet tertio* &c. cui suffragatur *Rhod.* de grat. aux. d. 2. q. 1. s. 2. §. 3.
(*l*) Vide sis *Mol.* cit. d. 15. sub finem.
(*m*) Part. III. Tr. I. L. II. C. I. §. V.

Sap. 6. 9. Tum ex *CC.* e. c. *Arauſic.* (*n*) *Toletano* IV. (*o*) *Valentino* ſub Lothario Galliarum Rege (*p*) *Trident.* (*q*) Item ex *PP.* e. g. *Ignat.* (*r*) *Iren.* (*s*) *Hilar.* (*t*) *Coeleſtin.* P. (*u*) *Hieron.* (*x*) *Aug.* (*y*) *Proſp.* (*z*) Plura Polemici cum *Hoſio*, *Tappero*, *Bellarmino*, *Becano*, *Pichlerio*.

CAPUT QUINTUM

Concordia liberi arbitrii cum aliquot Myſteriis ſupernis.

322 QUAESTIO I. Quae ſit concordia liberi arbitrii eum auxilio efficaci divinae gratiae? ADSERO. Auxilium eſt intrinſece indifferens, & extrinſece efficax; quatenus nempe confertur a Deo, praelucente ſcientia media de infallibili, ſed libero voluntatis conſenſu ſub illo. Quia nimirum auxilii efficacia pendet a libito voluntatis, eo praeveniente, vel cooperante adjutae: immo efficacia ſtat in libero conſenſu, utpote qui, ſicuti eſt, poterat non eſſe ad auxilii praeſentiam: ergo recte cohaeret liberum arbitrium cum auxilii efficacia (*a*).

323 QUAESTIO II. Quae concordia cum certa, & infallibili Dei praeſcientia de operatione liberi arbitrii eo modo, quo erit? ADSERO. Haec eſt ſcientia media independens a quocumque decreto, & dependens, ac determinata ab operatione liberi arbitrii: adeo ut ideo Deus videat conſenſum, quia hic erit; non ideo hic erit, quia Deus videt: quare ideo ſcientia Dei eſt certa, quia certo exſiſtet conſenſus liber; hoc enim non exſiſtente, uti poſſet non exſiſtere, eſſet in Deo certa ſcientia de non conſenſu, vel de diſſenſu; adeoque ſcientia viſionis de conſenſu eſt cum hoc connexa, connexione conſequente, vel ex ſuppoſitione, quod ſit conſenſus. At praefatae certitudo, & connexio minime laedunt liberum arbitrium: ergo iſtud cum illis optime concordat (*b*).

324 QUAESTIO III. Quae concordia cum divinis praefinitionibus, quibus videlicet ipſum Deus vult, & intendit efficaciter conſenſum? ADSERO. Iſtae ſunt mere potentes adquirere conſenſum, ſimulque ad-

(*n*) Can. ult.
(*o*) Cap. 55.
(*p*) Cap. 6.
(*q*) Seſſ. 6. cap. 5. & can. 4.
(*r*) Epiſt. ad Magnes.
(*s*) L. 4. c. 72.
(*t*) L. 1. de Trin.
(*u*) Epiſt. ad Gallos c. 12.
(*x*) In cap. 5. Matth.
(*y*) L. 1. retract. c. 22. & l. de ſpir. & lit. ad Marcellin. c. 3. & l. 1. ad Simplician. q. 2. & 5. civ. c. 10. & l. de nat. & grat. c. 22. & ſaepiſſime alias.
(*z*) De vocat. gent. l. 2. c. 12. 26. 28.

(*a*) Schola noſtra poſt *Mol.* concord. d. 40. & alibi ſaepius. Haec jam decrevimus *ſupra* in Tom. II. ubi de Scientia media, fuſiuſque illuſtrabimus *infra* in Tom. V. ubi de gratia efficaci. Nobiſcum ſentiunt quotquot adprobant Scientiam mediam cum *Th. Valdenſi*, *Tappero*, *Inghen*, *Stapleton.* *Bellarmino* ap. & cum laud *Pennoto* l. 3. c. 29. n. IV. ſqq.

(*b*) Porro ad ſtabiliendam prae primis hanc concordiam, invecta eſt in Scholam doctrina de Scientia Media, poſtquam ipſam aliis vocibus Scripturas & Patres tradidiſſe novimus. Recolatur laudatus *Moſina* d. 52. & 53.

quiribiles, & evitabiles a conſentiente; quoniam diriguntur a ſcientia media de ipſo conſenſu conditionate futuro. Unde earum efficacia pendet a conſenſu; volunt autem conſenſum liberum: ergo quam optime ſtat cum ipſis liberum arbitrium (*c*). Hoc eodem pacto a *Molina* (*d*) ſubjicitur conſenſus liber divinae Providentiae, quin iſta ejus violet libertatem.

325 QUAESTIO IV. Quae concordia cum Praedeſtinatione, ac Reprobatione? ADSERO. Praedeſtinatio pendet, atque connectitur conſequenter cum perſeverantia finali, ſicut & Reprobatio cum finali impoenitentia: quum autem utraque ſit libera creaturae, nempe perſeverantia, & impoenitentia finalis, quoniam per ipſam ſtat, vel cum gratia vel cum peccato decedere, ideo ipſi liberum eſt vel praedeſtinari, vel reprobari, quia enim poteſt inducere, vel impedire ſcientiam mediam, qua dirigitur decretum efficax cum praedeſtinans, tum reprobans (*e*).

COROLLARIUM.

326 Hoc noſtrum, alias pluribus communitum & illuſtratum, ſyſtema de concordia liberi arbitrii cum ejuſmodi venerandis ac inadceſſis divinae Providentiae arcanis, in via ſcientiae mediae, cui mirum in modum favit *Petrus a S. Joſeph* (*f*). Eo, quantum homini licet, ſatis congruenter diſſolvitur implicatiſſimus ille nodus, cui extricando impares ex omni hominum claſſe permulti, alias oculati & ſapientes, in adtributa creatae libertatis impegerunt.

327 Alia quidem, ſeu partim, ſeu ex integro alii cuderunt, ſcholae ſuae, ſeu diſciplinae principiis conſentanea. Sic enim *Bannezius*, *Godoyus*, *Joan. a S. Thoma*, *Gonetus* cum Schola Thomiſtica, in via phyſicae praedeterminationis differentes; ſic *Bertius* (*g*) ubi tanquam eclecticus author diſputat, ſuoſque canones tradit. Sic *Creſcentius Kriſper* (*h*) *Claudius Fraſſen* (*i*) aliique ipſorum conſodales ſecundum dogmata Scotiſticae Scholae. Sic alii eclectici Theologi.

328 Licet autem noſtrum ceteris praeferendum in re difficillima duxerimus; minime tamen exinde ſuam ceteris probabilitatem denegandam eſſe contendimus.

529 De libero hominis arbitrio haud pauca ratione methodi nobis opportune retractanda manent *inferius* (*k*) ubi de Gratia auxiliante ſermonem inſtituerimus.

L I-

(*c*) Ita *Mol.* d. 53. mem. 3. & nos *ſupra* Tom. II. a p. 246. n. 445. ſqq. Favent quicumque ejuſmodi Praefinitiones amplectuntur cum cit. *Pennoto* l. 4. c. 11. ſqq. praemaxime conſulendo.

(*d*) Ubi cum proxime laudavimus.

(*e*) Ita *Mol.* concord. q. 23. a. 4. & 5. d. 2. mem. 11. & nos *ſupra* in Tom. II. p. 316. n. 556. & p. 335. n. 608. Idem tenuit & pluribus illuſtravit laud *Pennot.* l. 6. c. 14. ſqq. ac l. 7. c. 3. ſqq.

(*f*) In ſuavi concordia humanae libertatis cum immobili certitudine Praedeſtinationis & efficacia auxiliorum gratiae.

(*g*) Lib. 4 cap. 13.

(*h*) In tom. 1. theol. tr. 1. diſt. 13. q. 5. num. 9. & alibi.

(*i*) In Scoto Academico tom. 1. tr. 2. d. 1. ar. 2. ſect. 1. q. 3. & ſaepius.

(*k*) Par. III. Tom. V. Tract. I. Lib. II. Cap. I.

LIBER SECUNDUS

De Lege.

330 RElictis heic bene multis, quae ad Theologiam Polemicam, & Moralem, tum ad Jus Canonicum, & Civile pertinent, ea noſtrae Diſſertationi adcommodabimus, quae ſub principiis & regulis univerſalioribus cadunt. Enim vero errores ex inſtituto noſtro theologicae Diſputationi praemittimus.

PROLUSIO POLEMICA HISTORICO-CRITICA

De Erronibus in Legem.

331 POrro in Legem, Legiſque energiam, varietatem, ſanctimoniam, conditores, magiſtros, ſubditos (adverſus aliqua peculiaria adiecta toto hoc Libro diſperſe definienda, & quidem vel fide ſancta, vel plane certa apud probe ſapientes, indubiiſque documentis innixa) perplurimi omnis fere generis exleges enormiter inſipientes impegerunt: quo quidem & Deum pariter Legiſlatorem, a quo omnis ferendi legem poteſtas emanat, haud raro directa facie, frequentius vero oblique ſaltem oppugnarunt. Eos in ſcenam producimus. HISTORIA POLEMICA.

Ex Ethnicis Sophiſtis

I. *Archelaus* Athenienſis, aut Mileſius, Anaxagorae auditor, Socratis magiſter & ſectae Jonicae Author, plura philoſophatus de Legibus, ac de honeſto & aequo, plane turpiter erravit, aſſerens juſtum ac turpe non natura fieri ſed lege (*l*).

II. *Ariſtippus* deinceps ſectae Cyrenaicae Author idem effutiit apophtegma, quod nempe nihil natura juſtum ſit, aut honeſtum ac turpe, ſed conſuetudine ac lege (*m*).

III. *Pyrrho* Elienſis, Dryſonis & Anaxarchi diſcipulus (*n*) necnon *Carneades* Academicae ſectae philoſophus (*o*) tum *Epicurus* (*p*) idem antidogma conceptiſſimis verbis tradiderunt.

Et vero lex quae turpe quidpiam quoquo modo praecipiat, aut intendat, injuſta eſt, ac iniqua, atque adeo nec re, nec nomine Lex eſſe poteſt; id quod apud quoſque bene ſapientes exploratiſſimum eſt ac inconcuſſum, ex certo ejuſdem naturae dictamine. Itaque non niſi erronee adſerere poſſis, Legem aliquam, aut divinam, aut humanam, vel natu-

(*l*) Conſule *Laërt.* l. 2. ſegm. 16.
(*m*) Ap. cit. *Laërt.* l. 2. ſegm. 93.
(*n*) Ap. *Laërt.* lib. 9. ſeg. 1. ex *Aſcanio* Abderite.
(*o*) Ap. *Buddeum* in analectis hiſt. philoſ. exercit. de ſcepticiſmo morali ex *Lactant.*
(*p*) Ap. *Horat.* l. 1. ſatyr. 3. v. 96. ſqq.

naturalem, vel ſupernam in turpe quidquam contendere. Adde, ſic jus aut Legem naturae prorſus everti (*).

IV. *Anonymi* alii permulti, qui pugnarunt jus nullum eſſe naturae (q).

V. *Fataliſtae* rigidi cum *Heraclito* (r) ceteriſque ſaepe alias advocatis, unicam admiſerunt in omnibus Legem, nempe fatum, idque ſitum in ratione, ordine, neceſſitate, quae rebus omnibus ineſt, & qua omnia tanquam ab anima diriguntur. Heinc perpetuum illud *Heraclitι* ad ſuos auditores monitum, κατὰ φύσιν ποιεῖν, ſecundum naturam agere; quod & *Stoici* praeſertim ambabus ulnis amplexi ſunt. Quibus plane

ADNOTATIO.

(*) PEſſime ob hoc anti-dogma ii omnes Philoſophi apud alias ſectas plerumque audierunt; qui nempe craſſo iſto ſcepticiſmo morali ad impietatem viam ampliſſimam muniiſſe viſi ſunt. At enim certo certius eſt, mendacium, pluraque id genus ideo eſſe poſitiva lege prohibita, quia ſuapte natura mala ſunt, non autem contra ideo eſſe mala quia ſunt prohibita; quod fuſius demonſtrabimus in Parte III. ubi de moralitate actus humani. ac de regula morum.

Sunt quidem non pauci, qui benignius aequo ſentiunt de coetu praememorato rigidiorum Scepticorum, quorum author & parens dicendus eſt Archelaus, minime Pyrrho, uti fert vulgariſſima ſententia cum *Theophilo Galeo* in Philoſ. gener. par. 2. l. 1. cap. 4. §. 2. quin & ut eos vindicent, reponunt, effatum illud valde obſcurum eſſe & ambiguum, & optimam pati interpretationem, quam ipſi adjiciunt.

Ut videlicet illud neget duntaxat, honeſti ac turpis naturam non in eſſentiis rerum antecedenter ad legem poſitivam ſitam eſſe, ſed recurrendum ad voluntatem ſummi Legislatoris, qui rebus naturalibus moralitatem addidit; qua quidem ratione recentiſſimis *Pufendorfii* ſequacibus hac de re pluribus differere libuit. Quocirca, concludunt, perdifficile ſaltem eſt, de mente illorum quid certum definire, ipſoſque vel damnare, vel abſolvere.

Ceterum nec veteres, nec recentiores Philoſophiae Hiſtoriographi eum uſpiam mihi vel ne quidem per umbram indicant benigniorem Scepticorum ſenſum, in quem alias non niſi violentiſſimo marte illos trahere poſſis. Immo potius & veteres & recentiores, eos ponunt, ſupponuntque fuiſſe loquutos in pravum, peſſimumque ſenſum, intendentes nimirum, nihil ex ſeſe bonum vel turpe eſſe, ſed duntaxat ex opinione, lege, & conſuetudine hominum; adeo ut quod ipſi probum ſeu turpe eſſe ſtatuerint, ſeorſim a quavis alia, quae fingi poſſit, conditione, tale ſit.

Id quod apertiſſime liquet ex eorum Scepticorum ſyſtematis, videndis apud Hiſtoriographos Philoſophiae ubi de ipſis differunt.

Ut mittam heteroclitam opinionem Puffendorfianam, quae in praeſidium deperditae cauſſae advocatur, pluribus alias nobis oppugnandam. Quis autem ſapiens ac prudens dixerit, eam adoptaſſe ſcepticos, necdum tamen hucuſque intellectam fuiſſe? Adde, ex iis Scepticis ſaltem Archelaum, Pyrrhonem & Epicurum a multis haud temere inter Atheos connumerari: credideris ergo ipſos moralitatem, de qua diſſeruimus, in Deum O. M. retuliſſe?

Conferantur in hanc rem ex veteribus *Sext. Empiricus* Pyrrhoniar. hypotypoſeon l. 3. c. 24. & *Laert.* in Archelao, Ariſtippo, Pyrrhone, cum notis Menagianis; ex recentioribus vero *Buddeus* proxime cit. §. 9. ſqq. a p. 218. *Parker.* diſſ. 1. de Deo ſect. 8. *Brucker.* hiſt. phil. t. 1 p. 521. & 599. *Cudworth.* ſyſt. int. t. 2. c. 5. ſect. 5. a §. 30. p. 1192. ſqq. ubi eos ſcepticos, alioſque ſimiles ſub nomine Atheorum acerrime perſtringit pro lege naturae, ſymbolam ſuis obſervationibus conferente *Moshemio*.

(q) Eos late infectatus eſt *Cudworth.* in comment. de bono & malo morali anglice conſcripto, per ſeptem priora capita.

(r) Ap. *Laert.* l. 9. ſegm. 7.

ne liberas quaſque Dei, hominumque leges funditus everterunt (*).

Ex Hebraeis

I. *Herodiani*, authore veroſimiliter *Juda* quodam *Gaulonita* ſeu *Galilaeo*, qui Hieroſolymis aetate Chriſti Domini florebant, dolo ac iniquitate pleni (*s*) ſummo tenebantur pro libertate ſua ſtudio, utique perſuaſi, unius tantum Dei legibus ſubjectos eſſe homines oportere (*t*). Varia ſunt apud Scriptores cum veteres, tum recentiores de Authore, origine, inſtituto, dogmatis hujus ſectae judicia, quae omnia pulcre complexus eſt *Calmetus* in lexico biblico, art. *Herodiani*, cum additionibus Clariſſ. *Manſi*. Eos conſulas.

II. *Judaica Gens univerſa*, etiam a deſcenſu Spiritus ſancti uſque modo tenuit vulgo, ac propoſiti tenaciſſima profeſſa eſt, Leges ſuas Moſaicas perpetuas eſſe ac immutabiles; atque adeo leges illas judiciales etiam ac forenſes ſecundum Moſen eſſe perpetuo ſervandas. Tum etiam quum Chriſtum Dominum non agnoſcant verum Meſſiam, nec eum reputant novum, verumque mundi Legislatorem, nec evangelicis ejuſdem Legibus obtemperandum eſſe contendunt. Conſequenter ſubinde nec Eccleſiae, quam Chriſtus inſtituit, Leges eſſe obſervandas pugnant (*u*).

En tibi articulum numero IX. quem tanquam fide ſanctum inter alios profiteri conſuevit in ſua fidei confeſſione gens Judaica, prout ipſe cum

ADNOTATIO.

(*) HAec quidem, quae hoc loci enarravimus, peccaſſe in Legem Veteres deprehenduntur. De cetero tamen ubi agitur de Lege naturali & politica ſeu civili, citra omnem errorem, immo adcuratiſſime, nativa ſapientia duce, pagani ſapientes diſſeruerunt. Argumento utique ſit, quod apud orthodoxos Legum latores, Scriptoreſque magna laude & commendatione receptae ſunt Leges, quas ethnicis olim gentibus aut Principes, aut alii ſapientiſſimi viri condiderunt. Puta Leges *Zeleuci* pro Locrenſibus; *Mercurii* pro Aegyptiis; *Anacharſis* pro Scythis; *Cercidis* pro Arcadibus; *Apis* pro Argivis; *Lycurgi* pro Lacedemoniis; *Cecropis* pro Athenienſibus; *Philolai* Corinthii pro Thebanis; *Hippodami* pro Mileſiis; *Aeſchyli* pro Athenienſibus; *Minois* pro Cretenſibus; *Ariſtotelis* pro Stagiritis & Abderitanis; *Numae Pompilii*, ac *Decem virum* Leges duodecim tabularum; ut reliquos mittam, videndos ap. *J. Alb. Fabric.* in bibl. graeca tom. 2. lib. 2. cap. 14. num. 18. p. 528. ſqq.

Tum etiam quod e noſtratibus tam Patres, quam Theologi & Juriſconſulti cujuſquumque aetatis, in materia de Legibus naturalibus & civilibus ſua theoremata ethnicorum ſapientum authoritate communire ſatagant; e. c. *Platonis* in libris de legibus, in Timaco, Phaedro &c. *Ariſtotelis* in ethicis, & politicis, *Scipionis* in 6. libris de legibus, *Tullii Ciceronis* in 3. itidem de legibus libris &c. Duces itaque hac in re ipſi noſtratibus ſunt & anteſignani; nec minimam illi quidem, nec ultimam partem Hiſtoriae juris naturalis & civilis conſtituunt.

(*s*) Ut colligere eſt ex *Matth.* 22. 16. & *Marc.* 3. 6. & 8. 15. & 12. 14.

(*t*) Lege *Joſeph.* de antiq. jud. l. 18. c. 1. n. 6. ac *D. Hieron.* in epiſt. ad Titum, c. 3.

(*u*) Haec quidem impudenter hucuſque jactitant pleraeque omnes *Judaeorum Synagogae* toto orbe diſperſae, a ſuis Rabbinis edoctae. Conf. *Martinius* in pugione fidei par. 3. diſt. 1. cap. 7. & diſt. 3. c. 12. *Joſ. de Voiſin* in obſervat. in prooemium ejuſdem pugionis, ubi quod lex Moſaica non ſit aeterna & immutabilis, a p. 149. ad finem, edit. Lipſienſ. 1687. *Lindan.* in dubitant. dial. 2.

cum ceteris, ex veteri recenſione *R. Maiemonidis* per compendium in eorum precibus conſignatus legitur אמ"ש שואת התורה לא תהא מוחלפת ולאחרת תורה אחרת מאת הבורא יתברך שמו: Videlicet *Fide perfecta credo, Legem hanc nunquam mutatum iri, nec ullam aliam legem tradendam eſſe a Creatore, cujus nomen ſit benedictum*. Sic ille (*x*).

Ex Acatholicis

I. *Everſores* authoritatis Pentateuchi Moſaici, qui pugnant, eum a Deo O. M. non eſſe revelatum, ſummopere injurii ſunt Deo Legislatori, ſeu conditori Legis veteris, quam Hebraeis indixit.

In eorum cenſum facile referendi veniunt qui ſacram paginam uti fabulam impie rident ac deſpiciunt; ſcilicet vel quoad omnes ſuos libros, uti *Athei*, *Irreligionarii*, *Libertini*, *Alogi*, *Helxeitae*, *Valentiniani*, *Manichaei novi*, *Ambroſiani*, *Gaſpar Scvvenfeldius*, *Thomas Muntzerus* (*y*); vel quoad libros omnes antiqui Foederis, uti *Simon Magus* (*z*) *Cerdoniani* (*a*) *Marcion* (*b*) *Gnoſtici* & *Nicolaitae* (*c*) *Cainani* (*d*) *Anonymus* (*e*); vel ſignanter quoad libros Pentateuchi, qui legem indictam continent; uti *Baſilides* (*f*) *Apelles* Marcionis diſcipulus (*g*) *Ptolomaeus*, quem Irenaeus (*h*) Valentini Haereſiarchis floſculum adpellavit (*i*) *Apocryphi* (*k*) *Carpocratiani* (*l*) *Manichaei* (*m*) e quibus ſingillatim recenſeri poſſunt *Adimantus*, aliis *Addam*, & *Addas*, Manetis diſcipulus, *Fauſtus*, *Secundinus*, *Anonymus* Fabritii cujuſdam auditor (*n*); tum *Celſus* (*o*) *Julianus* Auguſtus (*p*) *Albanenſes* denique (*q*).

Jam vero ex hiſce impiis ferme plerique omnes antiquiores veterem legem repudiandam duxerunt, quod eam a malo Deo, vel principio latam eſſe fabulentur cum *Simone Mago*, qui praeterea addebat, mortem eos incurrere, qui eidem Legi fidem adhiberent; quin & illi iidem tenebant, non niſi eundem malum Deum Legislatorem fuiſſe Judaeorum Deum (*r*). Nonnulli vero cum *Marcione*, quod putarent, eam a Deo Judaeorum, hoc eſt ab Angelo fuiſſe dictatam, atque adeo valde imperfectam (*s*). Alii demum, ut brevitatis gratia, ridiculas plurium ſen-

(*x*) Ita hunc articulum hebraice recitatum latio donavit *Joan. Buxtorfius* filius in Synagoga Judaica cap. 3. Ipſe conſulitor.

(*y*) De iis ſingulis alias fuſior redibit ſermo.

(*z*) Ap. *Epiph.* haer. 21. n. 4.

(*a*) Ex *Auguſt.* haer 21.

(*b*) Ex *Epiph.* haer. 42. n. 4.

(*c*) E *Philaſtr.* cap. 88.

(*d*) Ap. *Aug.* haer. 18.

(*e*) In lib. quem aliis duobus perſtrinxit *Auguſt.* in comment. contra adverſarium Legis & Prophetarum.

(*f*) Ex *Theodor.* haeret fab. l. 1. c. 4.

(*g*) Conf. *Tertull.* de praeſcr. c. 51.

(*h*) In praefat. ad lib. 1.

(*i*) Lege *Epiph.* haer. 33. n. 2. ſqq.

( ) Conſulatur *Philaſtr.* cap. 88.

(*l*) Ap. *Aug.* haer. 7.

(*m*) Ex *Epiph.* haer. 66. num. 73 & ſaepius, tum ex *Aug.* l. 1. cont. adverſar. Legis & Proph. c. 1. & l. 16. cont. Fauſt. c 10. & ſaepe alias.

(*n*) Eos ſic exagitat nominatim *Auguſtin.* in ſuis commentar. polemicis.

(*o*) Ap. *Origen.* l. 1. cont. Celſum n. 17. & ſaepius diſperſe in 7. poſterioribus libris.

(*p*) Ap. *Cyrill.* Alex. l. 3. cont. Julian. ſub init. ac deinceps, & in quodam ejuſdem *Juliani* fragmento, ex edit. Spanhemiana p. 295. ſq. ubi & Moiſen & ceteros antiquae legis Prophetas adſpernatur.

(*q*) Ap. juniores *Haereſeologos* cum *Lutzemb.* & *Prateolo* in Albanenſibus.

(*r*) Lege cit. *Epiph.* haer. 21.

(*s*) Conf. *Iſaac. Beauſobrius* in hiſt Manich. tom. 1. l. 4. c. 6. n. 22. p. 99. edit. Amſterodam. 1739.

ſententias mittam, cum *Apelle*, *Manichaeis* aliquibus & *Juliano* (*t*) quod Moſaica hiſtoria de tabulis, praeceptiſque Legis valde piura praeferret commenta fabuloſa & anilia cum Deo & ratione pugnantia, quae Moiſes, vel alius ejus nomine confingenda duxerit, quo Judaeos ſeduceret (*u*) (*).

II. *Cerinthus*, alias notatus, contra docuit, Moſaicam Legem una cum Chriſti Evangelio ſervandam eſſe, atque circunciſionem ſuſcipiendam (*x*) (**).

Hunc erroris Magiſtrum illico aut ex integro, aut partim ſequuti ſunt alii, Legem veterem cum nova copulandam eſſe contendentes. Nimirum *Nazaraei*, quorum nuper meminimus (*y*) Ii vero, eundem profeſſi errorem cum quodam *Symmacho*, a quo etiam *Symmachiani* audiebant, aduſque aetatem Auguſtini perdurarunt (*z*)... *Alexander Aerarius*, quem Apoſtolus ex *Tim.* 20. una cum Hymenaeo ſatanae tradidit, quod a fide

(*t*) Ap. *AA.* de iis agentes, quos mox laudavimus.

(*u*) Vide ſis *Leont. Byzant.* lib. de ſectis, in Manichaeis, & rurſum laudat. proxime *Beauſobr.* tom. 2. ubi de dogmat. Manichaeorum l. 1. c. 3. p. 269. ſqq.

ADNOTATIO.

(*) PErdoctus *Alphonſus de Caſtro* in comment. adverſus haereſes, art. *Lex.* haereſi 2. nonnullos tacitis nominibus Haereſeologos ſapienter exagitavit, quod Manichaeum, ſeu Manetem fecerint primum authorem haereſeos, quae tradit, legem veterem eſſe malam.

Ceterum & ipſe deinceps Caſtro merito ibidem corrigendus, ubi magiſterium & principatum eius anti-dogmatis Cerdoni, Marcionis praeceptori adſcribit; quum ex hiſtoria mox producta Simoni Mago incunctanter adtribuere debuiſſet.

(*x*) *Epiphan.* haer. 281. *Auguſt.* c. 8. *Iſid.* etymol. haer. 7.

ADNOTATIO.

(**) ET ipſe quidem, aut *Carinthiani* ejus alumni in hunc modum, ut incautam plebem ſeducerent, philoſophabantur „ *Sufficit diſcipulo, ſi ſit ſicut magiſter ejus*, ex Matt. 10. Quid igitur? Circunciſus eſt Jeſus: tu quoque ipſe circunci„ dere: Chriſtus ex praeſcripto legis vitam „ inſtituit; tu igitur eadem facito „. Haec laud *Epiphan.* n. 1. & 5. Nec mirum cuiquam haec eum effutiiſſe, qui alias Deum malum Legem veterem condidiſſe dogmatizabat; ipſum quippe pugnantia, haereticorum more, ſtatuiſſe *ſupra* ſatis oſtendimus Tom. I. p. 327. in Adnotarionibus, quas recolere non pigeat.

II. Dubitabat laudatus *Caſtro*, art. *Lex.* haer. 1. quiſnam omnium primus exſtiterit Author hujus commenti in primordiis illis naſcentiis Eccleſiae vulgati. Verum ſi definienda res ſit ex haereticis, qui nobis e veteſtis documentis innotuerunt, nulli mihi dubitationi relinquitur locus, quin primus omnium adſeratur Cerinthus; quo nempe antiquiorem alium in eodem errore verſatum repereris nullum.

Niſi forte author ſectae Nazaraeorum quos *Epiph.* haer. 29. Cerinthianis ſynchronos exhibet, eiſdemque immerſos erroribus, eum, de quo diſſerimus, ante Cerinthum invexerit; quum autem fixa hujuſce authoris aetas ap. cit. *Epiph.* & ceteros nimium incerta & obſcura ſit, donec pro illo clariora eluceant documenta, primus eſto Cerinthus, uti & nos pridem decrevimus in cit. T. 1. p. 327.

(*y*) Ap. *Epiph.* haer. 29. *Aug.* haer. 9. *Iſidor.* etym. l. 3. ubi de haereſ. chriſt. haer. 8.

(*z*) Author idem eſt *Auguſt.* l. 1. cont. Creſcon. c. 30.

deſciverint, *utpote qui circunciſionem & legem vellent reducere* ... uti 2. *Tim.* 2. 18. dicitur (*).

Tum Ebion, Cerinthi diſcipulus, cum ſuo grege (*a*) ... *Sampſei* & *Elceſei*, utpote cuncta Ebionaeorum dogmata profeſſi (*b*) ... *Paullus Samoſatenus*, ob haereſim Epiſcopatu Antiocheno dejectus an. 270. qui iudaizabat, & circunciſionem Chriſtianis neceſſariam eſſe docuit (*c*) ... *Photinus*, Marcelli Ancyrani diſcipulus; quippe qui Samoſateni doctrinam *in omnibus* ſequutus eſt (*d*) ... *Novatores Armeni*, contendentes, leges de ſacrificiis animalium, ac de purificatione mulierum parientium in antiquo foedere contentas, chriſtianis populis obſervandas eſſe (*e*) ... *Judaizantes Anabaptiſtae* in Lituania ſub an. circ. 1544. (*f*) ... *Judaeochriſtiani*, inter quos recenſentur aliquo etiam ex capite *Phil. Melanethon* & *Carolſtadius* (*g*) (**).

III. *Euſta-*

ADNOTATIO.

(*) Haec *Prateolus* in Alexandro Aerario. At parum caute. Siquidem 2. *Tim.* 2.18. haec habet Paullus, *ex quibus* (haereticis) *eſt Hymenaeus & Philetus, qui a veritate exciderunt, dicentes, reſurrectionem eſſe jam factam, & ſubverterunt quorundam fidem*. Nihil autem heic de Cerinthiano, quod proſequimur, commento, tanquam edocto ab Hymenaeo & Phileto, eorumque ſubintellecto ſocio impietatis Alexandro.

Deinde ubi Alexandrum nominat, ſic infit 1. *Tim.* 1. 19. & 20. *quidam ... circa fidem naufragaverunt, ex quibus eſt Hymenaeus & Alexander, quos tradidi Satanae*; ac inſuper 2. *Tim.* 4. 14. & 15. *Alexander Aerarius multa mala mihi oſtendit, reddet illi Dominus ſecundum opera ejus, quem & tu devita, val. de enim reſtitit verbis noſtris*. Verum de praefata ſigillatim haereſi nulla heic mentio, quam propterea, ubi de hoc Alexandro ſermo incidit, reticuiſſe video & ſacros Interpretes in citata Epiſtolae ad Timoth. loca, cum *Theodoreto*; & Hiſtoricos cum *Baron.* ad an. 57. num. cxc. & alias; & Haereſeologos cum *Gaulterio* ad Sec. I. in collat. vet. error. in Alex. Aerario. Temere igitur ei errorem adfricuit Prateolus noſter.

(*a*) Ap. *Epiph.* haer. 30. n. 2.

(*b*) Ap. *Auguſt.* haer. 10. ex *Epiphanio*.

(*c*) Conf. *Philaſtr.* cap. 64. cum notis *Galeardi*.

(*d*) Id teſtatur laud. *Philaſtr.* c. 65.

(*e*) Conf. *Galanum* in conciliat. eccleſiae Armenae cum Romana, tom. 2. q. 2. §. 2. p. 382. ſqq. Nec recolere pigeat quae de erroribus Armenorum fuſius diſſeruimus *ſupra* in Tom. II. p. 475. ſqq. in Adnotationibus.

(*f*) Lege *Reſcium* in centuriis evangelic. ſectar. art. *Judaizantes*.

(*g*) Ap. ipſum *Reſcium* art. *Judaeo-chriſtiani*, ex *Lindano*.

ADNOTATIO.

(**) His demum omnibus (quorum bona pars fugit *Caſtrum* proxime leudatum, ubi de eis diſſerit, qui in hunc particulatim errorem adusque ſuam aetatem impegerant) ſubnectendos adpendicis loco quis fortaſſe putaverit *Mahumedanos*; quoniam ab aetate ſui Pſeudo-Prophetae uſque modo Circunciſionis hebraicae uſum, quem jam inter ethnicos Arabes ab poſteris Iſmaëlis derivatum invenerant, retinuerunt; & quidem non ex praecepto Alcorani, uti adfirmare videtur *Petr. Cluniac.* in ſummula adv. ſect. Mahumed., nec enim in Alcorano verbum quidem de ejuſmodi ritu; ſed vel ex mandato alias indicto a Mahumede, ut mihi innuit *Elmacinus* in hiſt. Sarac. l. 1. c. 1. p. 3. ubi de articulis fidei Mahumedicae; vel ex lege non ſcripta, ſeu perpetua ſectae conſuetudine.

Cererum nullo titulo huc loci ſubjiciendus nobis eſt Mahumediſmus. Quippe licet ipſe non ex Gentiliſmo & Chriſtianiſmo tantum, ſed etiam ex Judaiſmo ſui authoris opera

III. *Euſtathiani*, duce *Euſtathio*, Sebaſteno Epiſcopo, ſecta Ariano, qui vixit ante an. 334. re ac ſententia tenuerunt, cuiquam ejus ſectae licitum eſſe leges circa jejunia, pleraque alia ab Eccleſia praeſcriptas infringere, ſibique proprias conſtituere, atque ſectari. Eos acriter perſtrinxit *Conc. Gangrenſe* ſub an. circ. 341. (*h*) Et hoc quidem placitum mille titulis temerarium, quotuſquiſque univerſim Haereticorum grex ſibi facile adoptandum duxit.

IV. *Aëriani* prae ceteris Euſtathianis adhaeſerunt patrono *Aërio* presbytero, Euſtathii olim ſodale, deinde aemulo. Quippe ſtata jejunia & in eccleſia obſervari a quibuſque chriſtianis ſolita damnabant, nec ipſis obſervanda eſſe docebant, ne viderentur eſſe ſub lege (*i*) tum Paſcha more Judaico, non autem Romano eccleſiaſtica lege, a Nicaenis Patribus confirmata (*k*) celebrandum eſſe contenderunt (*l*).

V. *Lampetiani* ſic adpellati a *Lampetio* quodam. Hi volentibus in ſocietate & coenobiis vitam agere, quod cuique libitum fuerit, probatumque colere concedunt, quatenus nempe nulla eos lege teneri arbitrantur. Neque enim deceat, inquiunt, ut chriſtianus vi quidquam facere cogatur, quum ſcriptum ſit Pſ. 53. 8. *voluntarie ſacrificabo tibi*, & rurſum Pſ. 26. 8. *ex voluntate mea confitebor illi*. Ferunt quaedam alia ſentire, quae adfinia ſint placitis eorum, qui dicuntur Aëriani, e quibus Euſtathius quidam prodiit, a quo Euſtathiani (*).

ra vaferrime conſutus ſit; quod autem ejus circunciſionem ſpectat, nihil ea judaicum redolet, qua tale ipſis obſervandum.

Nec enim ipſa unquam apud Arabes aliquod ſacramentum fuit, quidquam pertinens ad fundamenta religionis, ſed ſignum duntaxat, aut caracter, quo ſecernantur ab aliis gentibus, atque etiam a Judaeis; a quorum nempe circunciſione, Mahumedica illa ritu & forma longo intervallo diſtat.

Plura de hac ipſa percupienti adeundi *Ludov. Marraccius* in prodromo ad refut. Alcorani par. 4. c. 15. p. 39. *Hottinger.* de hiſt. orient. l. 2. c. 3. p. 247. *Pfeiffer.* in theol. Mahumed. exercit. 7. p. 415. *Hadrian. Reland.* de relig. Mahumed. l. 1. p. 75. & l. 2. §. 41. a p. 268. *Georgievviz* de morib. Turcar. pag. 17. *Sionita* de Urbib. & morib. orient. p. 78. *Jo. Cotovicius* in itin. Hieroſol. & Syr. p. 125.

(*h*) Conf. ipſum *Conc.*, repoſitum in *Harduiniana* collect. ad an. 325., in praefat. & can. 19. & 20. *Socrat.* l. 2. c. 43. & *Sozom.* l. 3. c. 14. cum notis *Valeſianis*.

(*i*) Ex *Aug.* haer. 53.

(*k*) Ex Paraphraſi Arabica canon. Nicaenor. *Joſephi* Aegyptii ap. *Hard.* in collect. CC. t. 1. p. 338.

(*l*) Lege *Epiph.* haer. 75. cujus profecto errorum id genus expoſitio, Calviniſtarum, pluriumque Proteſtantium damnatio eſt.

ADNOTATIONES.

(*) I. HAec totidem pene verbis *Damaſcenus* in lib. de haereſibus cap. 7. haer. 98. ex edit. *Lequienii*. Quinam vero fuerint iſti Lampetiani, & quis eorum author Lampetius, ille reticet, & mihi quidem obſcuriſſima res eſt. Eos, inquit, profiteri (ut fama ferebat) dogmata, placitis Aërianorum adfinia: nec porro abnuerim, quum ii etiam Eccleſiae leges ſuis abolendas ſectatoribus praeſcripſerint. Verum quod obiter addit de Euſtathio, Aërii magiſtro, ab Aërianis exorto, apertum anachroniſmum cuiquam redolere videatur. Sciteque innuit laud. *Lequienius* ibid. p. 104. nota 2.

S. Maximus, Damaſceno antiquior, utpote denatus an. 662. 13. Aug. in Scholiis ad cap. 6. Dionyſ. de eccl. Hier. ſect. 3. §. 2. interprete *Balthaſare Corderio*, de Lampetianis haec

VI. *Albanenſes* (quorum natales qui in bono lumine collocaret vidi neminem) exorti, ut ferunt, an. circ. 796. docuerunt, Eccleſiam nec anathemata, nec conſtitutionem ullam aut legem ferre poſſe (*m*) (*). Sub iis ducibus meruerunt, eundem profeſſi errorem, valde plurimi, ordine recenſendi. Nimirum

Paulliciani, aliis *Atigani* & *Paulli-Joannitae*, qui ſub Seculum VIII. a ſuis

haec fatur *nota contra Lampetianos, ſive Maſſalianos, aut Adelphianos, vel, quod idem valet, Marcianiſtas*; quaſi nempe non alii fuerint, quam Maſſaliani illi impiiſſimi: ceterum inter Maſſalianorum errores, quos ibidem retulit Damaſcenus a p. 95. nullum ex iis, qui Lampetianis imputantur, reperio. *Sophronius* icidem in epiſt. ad Serg. Lampetium Marcianiſtarum anteſignanum, facit: de iis autem, aut ſub hoc nomine Marcioniſtarum, ne verbum quidem apud Haereſeologos.

Quis inſuper Lampetius fuerit? haud mihi minus obſcurum. Citatus *Lequien.* eum adfirmat, aut ſupponit eſſe, de quo verba fecit *Photius* cod. 52. p. 42. ubi de Synodo Sidetana, quam ipſe Photius legiſſe teſtatur, cui proinde adſentiendum puto, quamvis eam tacuerint Synodum, agentes de peſte Maſſalianorum, *Theodoret.* hiſt. eccl. l. 4. cap. 10. & *Niceph.* l. 11. c. 14., quidquid propterea de ea ambigere videatur *Harduin.* in Indice tomi 1. CC. ad an. 383.

Quid vero ibi de Lampetio? quod profanus ipſe quum eſſet, atque impoſtor, primus ex haereſi Maſſalianorum furripuit furtim ſacerdotii dignitatem ex Alypio Ceſareae Cappadociae Archiepiſcopo, quam deinde ſceleſtiſſimus vir, graviſſimorum criminum convictus abdicare coactus eſt.

Quod inſuper librum ſub titulo *Teſtamentum*, cui impietatis ſuae dogmata quaedam inſperſit, conſcripſerit, quin tamen defuerit qui ipſum, tum Presbyter, confutaret, nempe Severus, Antiochenae ſedis poſtmodum invaſor & impiiſſimus Haereſiarches.

Haec tamen omnia mihi non probant, eum ipſum Lampetium praefatae Lampetianorum factioni nomen dediſſe. Atque adeo donec clariora ſuppetant documenta, incertae nobis ſint oportet & ſectae, & ejuſdem parentis, quae deſiderantur, conditiones.

II. Unum quidem extra omnem dubitationis aleam ponendum; nempe Lampetium, eamque a ſe conditam ſectam, ſaltem exſtitiſſe ante tempora Damaſcenl, ea ſic enarrantis. Quo quidem ad evidentiam profligatur craſſa halluſcinatio *Prateoli*, qui in ſuo haereſum catalogo ubi de Lampetianis, Damaſcenici teſtimonii neſcius aut immemor, eos, neſcio quo conſilio, in annum 1352. revocavit, & Wicleffitis quodammodo admiſcuit.

III. *Gaulterius* noſter ad Sec. VII. in collat. vet. error. c. 15. ſcripſit tanquam a Damaſceno exceptum, quod Lampetiani erroribus ex Arianorum ſchola depromptis contaminati eſſent. Fallitur tamen per inadvertentiam, ut ſuſpicor; quoniam Damaſcenus haud eos Arianis adfines indicavit quoad dogmata, ſed Aërianis.

(*m*) Ex *Prateolo* in Albanenſ. n. 7.

ADNOTATIO.

(*) CL. *Jo. Sianda* in lexico polemico art. *Albanenſes*. n. 12. addit, eos dixiſſe, *Eccleſiam non poſſe facere conſtitutiones obligantes in conſcientia*. Hoc tamen additamentum apud S. *Antoninum* ubi in 4. par. ſummae tit. 11. cap. 7. fortaſſe primus omnium Albanenſium, ipſorumque haereſum meminit, tametſi ſubdubitans, an illi cum Albigenſibus iidem fuerint, minime repereris; quemadmodum nec apud ſubſequutos Haereſeologos, qui hunc errorem commemorarint, puta *Prateol.* & *Gaulter.*

Et quidem latius excurrit Albanenſium error, ſi adſerat generatim, Eccleſiam haud ullam poſſe ferre legem, videlicet nec dirigentem, quae conſcientias ſubditorum liget, nec mere coërcitivas aut poenales, quae, ex ſententia plurib. probata, ad poenam duntaxat abſque conſcientiae onere tranſgreſſores cogit. Quo ergo jure, aut quo ſubnixus documento, ſi verae critices legibus parendum ſit, erroris amplitudinem & gravitatem ſuo additamento minuit, deprimitque Sianda?

ſuis Authoribus *Paullo* quodam, ejuſque foederato *Joanne* nomen in Oriente retulerunt, Sacerdotes Eccleſiae non recipiebant (*n*) hoc eſt, interprete *Gaultero* (*o*) Sacerdotum catholicae Eccleſiae authoritatem (quae potiſſimum in jure ferendi leges elucet) minime agnoverunt... Trium ſectarum *Cathari* (*p*)... *Albigenſes* (*q*) *Pſeudo-Apoſtoli*, alias *Dulciniſtae*, exorti primum ſub an. 1260. Authore *Gerardo Segarello* Parmenſi, cui ſubceſſit *Dulcinus* Novarienſis: hi nempe vulgabant authoritatem quamlibet legislatricem Romanae Eccleſiae a Chriſto traditam, eſſe penitus evacuatam & in coetum ſuum fuiſſe traductam: nec Romano ſubinde Pontifici, nec cuipiam hominum ſeſe ſubditos eſſe declamitabant (*r*). En tibi heredes aliorum integro Seculo & amplius antiquiorum, a *S. Bernardo* profligatorum (*s*) qui, ni fallor, veſania omnino ſimili laborarunt, adſumto *Apoſtolorum* cognomine.

Tum *Joan. Huſſus*, adſerens, quod *obedientia eccleſiaſtica eſt obedientia ſecundum adinventionem Sacerdotum Eccleſiae, praeter expreſſam authoritatem Scripturae* (*t*). Quo quidem aperte indicat, jus leges & praecepta ferendi, quod Eccleſiae Orthodoxi adſerunt, evanidum eſſe... *Lutherus* haec definiens (*u*). 1.° Nullus homo gaudet jure unius ſyllabae ſuper chriſtianum hominem conſtituendae, niſi id fiat ejuſdem conſenſu: quiquid ſecus fiat, tyrannico ſpiritu factum dicito. 2.° Nulli Chriſtianus legi addictus eſt, niſi divinae. 3.° viro chriſtiano nihil ullo jure poteſt imponi legum, ſive ab homine, ſive ab Angelo, niſi quantum ipſe velit. 4.° Eccleſiae legibus vera Eccleſiae libertas non modo captivatur, ſed peſſumdatur penitus. Hac autem poſita doctrina, quam dixeris ſupereſſe facultatem Eccleſiae ut vel unam prudenter ferat legem in ſubditos?

Inſuper *Confeſſioniſtae Auguſtani*, qui cum ſuo Luthero omnem legislatricem authoritatem catholicae Eccleſiae abjudicant. Nullam ſubinde ex humanis traditionibus, quales dicunt e. c. feſtorum, feriarum, jejunii quadrageſimalis inſtitutiones, ſub reatu culpae tenere contendunt: ſecus, inquiunt, cum Evangelio Chriſti pugnarent (*x*)... *Jo. Weſtphalus*, Lutheri adſecla ſub an. circ. 1533., qui tenuit, nec Apoſtolos, nec Praeſules eorum ſubceſſores poteſtate condendae legis donatos

(*n*) Ap. *Sander.* de viſib. Monarch. haer. 132. pag. 411. ex *Euthym. Zigab.* in panopl.

(*o*) Ad Sec. VIII. in collat. error. c. 6.

(*p*) Ap. *Peregrin. Priſcian.* in Mſ. Codice, quem *Muratorium* alias diximus tranſtuliſſe in diſſ. 60. tomi 5. antiq. Ital.

(*q*) Ap. *Sand.* haer. 151.

(*r*) Conf. *Guido* in ſumma ubi de Pſeudo-Apoſtolis cap. 1. & 2. necnon *Eymeric.* in Direct. par. 2. q. 12. cum notis *Pegnae*.

(*s*) Serm. 66. in Cant. n. 11. edit. Mabillonianae.

(*t*) Eſt articulus 15. ex damnatis a *Conſtantienſi* ſeſſ. ult.

(*u*) In lib. de captivit. babilon. fol ver. ſo 273. & fol. 274. in t. 2. oper. edit. Jenenſis 1600.

(*x*) Haec conſtant ex eadem *Auguſtana Confeſſione* in articulis fidei, art. 15. & in poſterioribus articulis de abuſibus mutatis, art. 5. & 7. prout eam recitant *Hugo Grotius* in comment. de via ad pacem eccleſiaſticam, & *Pichler* in Theol. polem. par. 2. ſub. fin.

Hunc articulum egregie confutavit *Albert. Pighius* in controv. 16. de poteſtate Eccleſiae,

tos fuiſſe a Chriſto Domino (*y*) ... *Uldericus Zvvinglius*, cujus illud eſt adſertum „ Legislatrix facultas, quam Papa, Epiſcopi ac ceteri quos „ ſpirituales vocant, ſibi adrogant, ex ſacris literis & Chriſti doctrina „ firmamentum non habet (*z*).

Praeterea *Calvinus* nullum conceſſit Eccleſiae jus condendi leges, quae conſcientiam obſtringant (*a*); immo ſibi perſuaſum habuit, eccleſiaſticam legem de jejunio & abſtinentia a certis cibis in Quadrageſima, aliiſque ſtatis temporibus fieri ſolita, deſpectui habendam eſſe (*b*) nec non legem de coelibatu, tanquam tyrannicam & Verbo Dei adverſam (*c*) ... *Pelagini* denique, Authore *Jacobo Philippo a S. Pelagia*, laico Mediolanenſi, in Brixienſi Dioeceſi exorti ſub an. circ. 1654. qui Praeſulibus & Parochis Eccleſiae jus quodlibet leges aut praecepta ferendi ademerunt; quo nempe, quemadmodum Lutherici, debitae ipſis obedientiae jugum excuterent (*d*). Haec itaque Albanenſium libertina proles, ſubindeque legislatrici catholicae Eccleſiae authoritati adverſa quam maxime.

VII. *Valdenſes* hoſce articulos profitebantur 1.° Romana Eccleſia meretrix eſt in Apocalypſi delineata, cujus ſtatuta penitus deſpicienda, cujus Papa errorum caput, cujus Praelati ſcribae ac Phariſaei, quibus nequaquam parendum eſt, ſed ſoli Deo (*e*) ... 2.° nequit Eccleſia leges condere (*f*) ... 3.° nulla humana lex, aut eccleſiaſtica illa ſit, aut civilis, tranſgreſſorem ligare poteſt in conſcientia ſub peccato & ſub poenis (*g*) ... 4.° qui peccato lethali maculatus eſt, nulla gaudet facultate legislatrice, ſeu eccleſiaſtica, ſeu civili, cui parere tenearis (*h*) (*).

VIII. *Cir-*

(*y*) Si fides Prateolo in catal. haer. in Weſtphalo.

(*z*) Ita *Joſ. Deturre* in cat. haeret. in Zvvinglio.

(*a*) Inſtit. l. 4. c. 10. a ſect. 1. aduſque 8.

(*b*) Ibid. l. 4. c. 12. ſect. 19. 20. 21.

(*c*) Ibid. c. 12. ſect. 23.

(*d*) Lege *Bernin.* in hiſt. haereſ. ad Seculum XVII. cap. 9. ubi haereſis hiſtoriam ex authenticis documentis refert.

(*e*) Legatur *Guido* ubi de erroribus Valdenſ. a fol. m. LXXIX.

(*f*) Ap. *Sander.* in Valdenſibus, & *Caſtr.* art. *Eccleſia.* haer. 3.

(*g*) Ex *Sianda* in Lex. polem. in Valdenſibus.

(*h*) Ap. *Aeneam Sylvium* in hiſt. Bohem. cap. 35. ubi hunc inter alios errorem Bohemis adpingit, tanquam a ſecta Valdenſium, quam illi cooptarant, profectum.

ADNOTATIO.

(*) *Joannes Leger*, Paſtor & vindex eccleſiarum Pedemontanorum Valdenſium, in generali earum hiſtoria, edita 1669. lib. 1. cap. 18. p. m. 123 errorem, quem quarto loco poſuimus, repudiat ceu calumniam Valdenſium factioni temere adfictam.

Et quidem plura idem Author documenta recitat, cum antiqua tum recentiora, ex autographis, ipſo teſte, tum proſtantibus apud tabularia Genevae atque Academiae Cantabrigienſis & alibi, quae univerſos ſectae hujus errores praeferre videntur, eum adtamen, quem notavimus, niſi mea me fallit memoria, ibi vel ne quidem tacite adnotatum reperire eſt.

Nec item eum commemorat qui in enarratione errorum ſectarum omnium, quae Valdenſium nomine cenſentur, adcuratiſſimos Scriptores ſequitur & paſſim exſcribit

Nat.

VIII. *Circumcelliones novi* ſub an. circ. 1230. in Suevia exorti, auſi ſunt palam & impune praedicare, nec Romanum Pontificem, nec Epiſcopos ullam poſſe legem ferre, qua quiſpiam ab officiis divinis & Sacramentis arceatur (*i*).

IX. *Beguardi* alias adducti exſiſtimarunt, homines in certo perfectionis ac libertatis ſpiritus gradu conſtitutos nulli ſubeſſe poteſtati humanae legislatrici, quoniam, inquiebant, ubi ſpiritus Domini, ibi libertas (*k*). Quam quidem regulam libertini quiquam deinceps per fas nefaſque adoptarunt.

X. *Jo. Hus* proxime notatus tenuit itidem, quod *nullus eſt Dominus, nullus eſt Praelatus, nullus eſt Epiſcopus, dum eſt in peccato mortali* (*l*). Hoc autem perinde eſt ac adfirmare, quod omnis omnino homianum poteſtas legislatrix a fide ac moribus pendeat. Heu quam abſurdum, quam immane commentum!

Huſſo haec blateranti praeluſerant *Pſeudo-Apoſtolici* illi, a *Bernardo* vehe-

Nat. Alexander ad Seculum XII. c. 4. art. 13.

Immo quod civilem Principum facultatem legum latricem ſpectat, eam abſque ulla conditionis, aut ſtatus exceptione reveritos fuiſſe Valdenſes, conſtat ex articulo 14. cujuſdam confeſſionis fidei, quam exſcripſit *Perrinus* in hiſt. Valdenſium cap. 12. e ſuo Kalendario ſpirituali; ac talis ille eſt in Latinum verſus, *honorem debemus ſeculari Poteſtati in ſubjectione, obedientia, promto animo & ſolutione tributorum*.

Ex alia deinde confeſſione fidei, articulo 16. apud laud. *Legerium* l. 1. c. 17. p. 103. Tum ex altera confeſſione, quam exhibet *Carolus Molinaeus* in comment. de Monarchia Francorum art. 6. Ex aliis denique duabus, quas habes ap. ipſum *Legerium* p. 106. & 115. quapropter merito idem Author p. 116. alios inter errores factioni perperam ab adverſariis imputatos, hunc refert numero decimum quartum, *quod ipſi parere non teneantur Magiſtratibus, Regibus, Principibus &c.*

Hic itaque jure expungendus e ſyllabo errorum factionis Valdenſium, ac erroris potius coarguendus, qui illum falſo imputaſſe convincitur.

Haec autem liquido nos admonent, ne ſimus plus aequo liberales in adpingendis erroribus etiam ſceleſtiſſimis ſectis, aut quibuſque privatis acatholicis, vel orthodoxis; immo ut nonniſi poſt adcuratum examen, & habitam ex vero ſimilibus documentis certitudinem, ullius errati ejuſmodi homines inſimulemus. Quid enim nobis turpius, quam in nos quodammodo regeri lapſum, quem eis temere imputaverimus?

Mihi plane dolendum, quod *Legerius* proxime adpellatus e ſuis documentis, eruditorumi opinione probatis, liquido evincat, Valdenſibus ab orthodoxis Scriptoribus tribui quindecim impios articulos, quos & iidem ceu falſos, nequiſſimos & haereticos deteſtantur atque anathematis proſcribunt.

Mitto tralatitios Haereſeologos, qui nulla ctitice adhibita errores ubicumque lectos exſcripſerunt, ac ut certos adfirmarunt, nec raro abſque denuntiato teſte loquuti. Monitum ramen iterum volumus, ut quoties ob inopiam documentorum eos unice ſequimur, tota ſit apud ipſos erga noſtram adſcriptionem fides. Recole & huc adplica quae pro ſimili argumento diſſeruimus *ſupra* Tom. II. pag. 359. Adnotat. IV.

(*i*) Ita cit. *Deturr.* ad Sec. XIII. art. *Circumcelliones*.

(*k*) Hunc Beguardorum errorem numero tertium damnavit cum aliis ſeptem *C. Vienneníe* ſub Clemente P. V. an. 1312. ap *Antonin.* 3. par. hiſtoriarum tit. 11. c. 3. adductum ab *Harduin.* in collect. CC. ad eum an. t. 7. col. 1358. ſq. Bullam, qua idem Clemens eos proſcripſit errores, habes ap. *Eymeric.* in direct. Inquiſit. p. m. 119. ex *Joan. Andrea*.

(*l*) Eſt articulus XXX. ex iis, quos in Huſſo damnavit *Conſtantienſis Synod.* ſeſſ. ult.

vehementer perſtricti (*m*) ipſumque deinceps ſequutus fertur *Radulphus* Archiep. Armachanus (*n*).

XI. *Lutherus* nuper adductus haec praeterea contra legem literis mandavit. 1.° orationes, jejunia, donationes & quaecumque tandem Papa in univerſis ſuis decretis ſtatuit & exigit, prorſus nullo jure exigit, & ſtatuit, peccatque in libertatem Eccleſiae quoties aliquid horum adtentaverit (*o*)... 2.° Lex Dei verus labyrinthus eſt: immo ſi tollas decem Decalogi praecepta, & omnes haereſes ſtatim deſinent, ſunt enim praecepta fons, unde haereſes univerſae prodeunt (*p*)... 3.° Deus praecepit hominibus impoſſibilia: puta diligere Deum ſuper omnia, & non concupiſcere; quae nempe duo in hac vita obſervari nequeunt (*q*). Et in hunc quidem articulum univerſe adceptum conſpirant ii, quos idcirco *Impoſſibiliſtas* adpellavimus *ſupra* (*r*)... 4.° nullo opere, nulla lege homini chriſtiano opus eſt, quum per fidem liber ſit ab omni lege (*s*)... 5.° cavendum nobis a peccatis, ſed & multo potius a legibus, boniſque operibus; atque adtendamus duntaxat ad Dei promiſſionem & fidem (*t*).

XII. *Confeſſioniſtae Auguſtani* apud nonneminem tenuerunt inſuper, quod novum Teſtamentum cum Evangelio mera ſit bonorum omnium promiſſio, abque ulla tamen lege. Haec autem, ſi vera ſint (quae tamen ex certo documento nondum didiciſſe licuit) nec Chriſtum Legislatorem, nec novam ullam & Evangelicam Legem, ſtupidi nimium ipſi noverunt.

XIII. *Zvvinglius* (*u*) errori nuper enarrato hos adjecit: 1.° nulla chriſtiana lege ad ea opera, quae Chriſtus non praecepit, adſtringimur... 2.° unuſquiſque poteſt pro libito quovis veſci epulo (etiam ab Eccleſia prohibito) quin ulla obſtet lex. En tibi Legem quamlibet humanam in chriſtianos ſubditos, cum eccleſiaſticam, tum civilem e medio ſublatam ab Haereſiarche.

XIV. *Anabaptiſtae*, exorti ſub an. 1522., Authore praecipuo *Nicolao Storgio* ſeu *Pelargo*, civilibus Magiſtratibus chriſtianis legislatricem quamlibet poteſtatem olim pernegarunt; quamobrem vel ab ipſis Confeſſioniſtis ſollemniter proſcripti ſunt (*x*) tum ab ipſo *Calvino* ludibrio habiti (*y*) Immo ipſi univerſe dominationem quamlibet ſpreverunt, nec voluerunt homines legitimae poteſtati ſubeſſe (*z*).

XV. *Jo-*

(*m*) Serm. 66. in Cant. n. 11.

(*n*) De quaeſtionib. Armenor. l. 10. c. 4. ſed hunc tamen mihi diſcutiendum commentarium evolvere non licuit.

(*o*) Haec ille furore percitus in Romanum Pontificem, in comment proxime cit. de captivit. Babylon. Eccleſ. f. verſo 273.

(*p*) In colloquio quodam.

(*q*) In litteris ad Leonem X.

(*r*) In Tom. II. ad pag. 132.

(*s*) In tr. de libertate chriſtiana.

(*t*) In quadam concione.

(*u*) Uno mihi adteſtente cit. *Deturrio* in Zvvinglio.

(*x*) Ap. *Auguſtan. Confeſſ.* in articulis fid. art. 16.

(*y*) Inſtit. l. 4. c. 20. ſect. 1. ſqq.

(*z*) Author eſt *Prateol.* in Anabaptiſtis; Plura de hac teterrima ſecta, quae jam ab exordio in perplura membra ſubdiviſa eſt, *Haereſeologi* illius aevi cum *Lindano* in Dubitant. dial. 2. *Hoſio* Cardin. lib. 1. de haer. *Prat.* cit. *Petrejo* in Anabaptiſtis.

XV. *Joan. Weſtphalus*, in Weſtphalia ſuperiore ortus, praeter placitum nuper indicatum, haec protulit. 1.° omnes homines tenentur non obedire ſanctionibus aut legibus Conciliorum. Ergo ejuſmodi leges nullae ſint, oportet ... 2.° nulla rationabili cauſſa lex de continentia clericorum, quemadmodum & lex de jejunio, quo quis famem, vitam imminuens, ſubferre teneatur, inſtituta eſt. At enim lex non rationalis, imprudens & iniqua eſt; atque adeo nec verae legis naturam, nec nomen induit (*a*).

XVI. *Jo. Agricola*, Germanus, ex Islebienſi Rectore Berolinenſis Miniſter, *Antinomorum* parens, ſub an. circ. 1534. haec ſtatuit. 1.° Lex Moſis digna non eſt, quae Verbum Dei adpelletur & in Eccleſia Chriſti doceatur ... 2.° Lex & Evangelium e diametro pugnant ... 3.° Lex ante & poſt juſtificationem chriſtiano prorſus inutilis ... 4.° Lex operum omnino rejicienda; nec enim Evangelii homines, utpote liberi, ad bona opera divina lege praeſcripta obſtringuntur (*b*).

XVII. *Jo. Brentius*, Suevus patria, & ſecta Semilutheranus, adfirmare non erubuit, Evangelium Legem non eſſe juxta veram ac propriam rationem Legis. Heinc autem plane conſequitur, nec Chriſtum Dominum vere ac proprie Legislatorem fuiſſe (*c*).

XVIII. *Calvinus* ulterioribus hiſce placitis rurſum erraſſe deprehenditur. Nimirum 1.° lex ob carnis imbecillitatem obſervari a nullo homine plene poteſt, adeoque impoſſibilis eſt (*d*) ... 2.° Chriſtus Dominus non fuit proprie Legislator; nec enim novam tulit moralem legem, nec veterem perfecit aut abrogavit, ſed hanc ſuae duntaxat integritati reſtituit (*e*) ... 3.° prima chriſtianae libertatis pars eſt ut fidelium conſcientiae, dum fiducia ſuae coram Deo juſtificationis quaerenda eſt, ſeſe ſupra legem erigant atque efferant, totamque legis juſtitiam obliviſcantur (*f*) ... 4.° nihil ineſt meriti in obſervatione divinae legis (*g*) ... 5.° prohibet jus divinum uni homini gladium ſpiritualem & temporalem ſimul committi: quocirca nec jure, nec licite Romanus Pontifex & alii Epiſcopi temporali gaudent dominio, ſive conceſſo, ſive uſurpato in quaſdam urbes, aut provincias (*h*).

Et hunc quidem poſtremum errorem vulgo adoptarunt ſui temporis Acatholici cum *Magdeburgenſibus* (*i*) *Brentio* (*k*) *Petro Vermilio* (*l*) ſed eum Noſtrates graviſſime perſtrinxerunt cum *Bellarm.* (*m*) & *Suarezio* (*n*).

(*a*) Conf. *Lutzemburg.* in Joan. de Weſalia, ubi adlatos cum ceteris hujuſce Doctoris erroribus ex indubiis documentis excerpſiſſe teſtatur.

(*b*) Contra Antinomos egit *Lutherus* in diſputt. tomi I. edit Wittemberg. De ipſorum quoque antidogmatis plura *Hoſius* in lib. de haeref. noſtri temporis, & cit. *Lindan.* in Dubitant. dial. 2.

(*c*) Conf. *Prateol.* & *Nat. Alexand.* in Brentio.

(*d*) Inſtit. l. 2. c. 5. ſect. 6. ſqq. & c. 7. ſect. 3. 4. 5.

(*e*) Ibid. l. 2. c. 8. ſect. 7. 8. & alias.

(*f*) Ibid. l. 3. c. 19. ſect. 2.

(*g*) Ibid. l. 3. c. 15. ſect 3. ſqq.

(*h*) Ibid. l. 4. c. 11. a ſect 8. ad 14.

(*i*) Centur. 1. lib. 2. cap. 4. ac rurſum cent. 8. 9. 10 11. ubique c. 10.

(*k*) In prolegomenis contra Petrum Soto.

(*l*) In c. 13 ad Romanos.

(*m*) De Romano Pontif. lib. 5. c. 9. 10.

(*n*) De legibus lib. 4. cap. 10.

XIX. *Henricus* VIII. Rex Angliae in Comitiis regni ſub an. 1534. 5. Novembr. declaratus eſt Anglicanae Eccleſiae ſummum & unicum in terris caput, cujus unius eſſet jus canonicum praeſcribere ac moderari ſuprema authoritate, tum haereſes, errores, abuſus omnes emendare; rejecta qualibet Romani Pontificis in ſuum regnum authoritate. Decedit ipſe Londini an. 1546. 28. Januar. (*o*).

Immanem Patris errorem ſequuta *Eliſabetha* Regina communi decreto creatur, vocaturque ſuprema eccleſiae Anglicanae, etiam in cauſſis ſpiritualibus Legislatrix ac tanquam ſummum & unicum caput gubernatrix. Ad plures abit an. 1603. 4. April. (*p*)

Propalam eundem errorem profeſſi ſunt *Anglo-Calviniani*, quippe qui ſummum eccleſiae anglicanae dominium Anglo Regi detulerunt, acriterque pugnarunt, poſſe Regem condere novas leges circa eccleſiaſticas ceremonias, tum judicare de cauſſis fidei, quum quis ad regium tribunal adpellaret (*q*).

Non ita vero eorum Protoparens Calvinus: hic enim primatum eccleſiaſticum ab Henrico turpiter uſurpatum nunquam adduci potuit ut probaret, immo non ſemel pro virili perſtrinxit; quamobrem, ut ſuſpicor, *Foxius* ille, vulgo *Volpius*, in famoſo Kalendario, quo ſua apotheoſi donavit celebriores Proteſtantium patres, fratreſque, puta Huſſum, Joannem Pragenſem, Lutherum, Valdenſes, Thomam Bilneum, Odoardum Friſonem, iiſque ſimiles, Calvinum alias tanti honoris benemerentiſſimum omiſit penitus.

Sed hunc tamen *Puritani*, dicti etiam *Presbyteriani*, in Anglia exorti an. 1565. vel, ut aliis placet, 1586. praecipuis authoribus *Buſtono*, *Colmano*, *Hallingamo*, *Benſono*, preſſius paternis placitis addicti, generoſe vindicarunt, enixis utique viribus palam defendentes articulum e regione diverſum; quod nempe ſecularis quilibet Princeps in Eccleſiam & in negotia quaevis eccleſiaſtica ſuprema authoritate gaudere, jure divino prohibeatur (*r*).

XX. *Sociniani* haec olim decreverunt. 1.° Lex Dei quatenus a Moſe tradita, ſanctitatis & ſapientiae laudem non meretur; ſiquidem ex *Fauſto Socino* eorum anteſignano (*s*) „ praecepta veteris Foederis maxima ex „ parte ejuſmodi ſunt, ut difficile creditu ſit illa a Deo manare, adeo „ vel levia, vel vana, vel ſuperſtitioſa, vel etiam ſtulta ac ridicula „ & in ſumma parum Deo digna videri queant „... 2.° Neqneunt chriſtiani

(*o*) Lege *Sander.* de ſchiſmate Anglicano lib. 1.

(*p*) Vide cit. *Sander.* l. 3. & *Camdenum* in vita Eliſabethae.

(*q*) Conſulendus praeprimis in hanc hiſtoriam Anglicanam commentarius de politia eccleſiae anglicanae, Londini editus an. 1683. quem magnam partem exſcriptum videris ap. *Nat. Alexandr.* ad Seculum XVI. c. 13. artic. 3. Hoc nos argumentum paucis *ſupra* tetigimus Tom. I. p. 343. n. 162. ſqq. ac idem deinceps fuſius retractabimus *infra* ubi de Romano Pontifice ac de Eccleſia.

(*r*) Legito *Robert. Perſonium* in examine Kalendarii Foxiani tom. 2. ubi de Puritanis cap. 3. p. 174. edit. Morellianae italicae de an. 1753.

(*s*) Epiſt. 2. ad Andream Dudith. p. 27. ap. cit. *Calovium* t. 2. p. 89.

ſtiani Magiſtratus cum coactiva legum authoritate exerceri (*t*) & ipſis quidem cumprimis nec decens, nec licitum eſt legem ferre de plectendis capite vel etiam flagitioſiſſimis (*u*).

XXI. *Philoſophi recentiores* e Seculo XVII. jam vergente, Democritum ac reliquos antiquiores, ſub initium Proluſionis notatos, duce *Thoma Hobbeſio*, denato an. 1679. 4. Decembr. aemulati, in Legem naturalem enormiter impegerunt. Pugnantes utique, *nihil ipſa natura juſtum vel injuſtum, bonum vel malum, honeſtum vel inhoneſtum eſſe, ſed omnem juſtitiam & injuſtitiam ex pactis & civilis magiſtratus judicio & voluntate repetendam eſſe* (*).

(*t*) Ap. *Jo. Ludov. Wolzogenium* in adnotationib. ad 4. quaeſtiones de Magiſtratu, bello & quae iis connexa ſunt, quaeſt. 1.

(*u*) Ex *Oſtorodo*, *Jo. Volckelio*, aliiſque Socinianis ap. eorum oppugnatorem cit. *Calov.* t. 2. p. 306. ſqq.

ADNOTATIO.

(*) HAec totidem verbis *Hobbeſ.* in element. de Cive l. 1. §. 10. p. 6. quae ſaepius ingeminat, pluribuſque exponere & confirmare adgreditur in eodem commentario, necnon in altero de Leviathan ſeu de materia, forma & poteſtate civitatis eccleſiaſticae & civilis.

Porro liber ille de Cive, in quo diligentius, ſubtiliuſque de praefato argumento diſſeruit Author, haud mediocri plauſu eruditis viris exceptus eſt, quoniam geometrica prorſus methodo principia moralis philoſophiae comprehenſa parvus libellus tradebat, & pleraque continebat primo obtutu praeclare obſervata, ac demonſtrata adcurate.

Praeprimis enim haud vulgaribus eum laudibus commendarunt *Gaſſendus* in epiſt. ad Samuelem Sorberium, & *Pufendorfius* in praefat. ad libros de jure naturali & gentium. Nonnullos itidem ſui ſyſtematis adſectatores reperit, inter quos percenſeri ſolent *Lambertus Velthuyſen*, *Chriſtoph. Becmannus*, *Abrahamus Houtuyn*, *Bened. Spinoſa*, *Regiſius*, alii.

Quin etiam Hobbeſiani Civis theoremata, magna politicorum apud Britannos pars amplexa eſt; immo eadam hac noſtra tempeſtate nonnullis Italorum valde grata ſunt; quippe quibus in Hobbeſiano Cive redivivum Nicolai Macchiavelli Principem cernere perſuaſum eſt.

Enim vero neſcio qui fieri poſſit, ut homo quiſpiam ratione praeditus eum lubens aequo animo tulerit, immo adprobaverit foetum, eaque dictamina, adeo rationi adverſa. Ecquis autem e prejacto principio, quidquid amet perabſurdum non inferat?

Plane Hobbeſius idem ex Democritico ſuo dogmate hanc contra Legem perinde ruinoſam & erroneam machinam inaedificare pergit, ac in eodem libro de Cive, nec raro in Leviathane ſic ſtatuit deinde 1.° „ Ante „ imperia juſtum & injuſtum non exſtitere; „ ut quorum natura ad mandatum ſit relativa, actioque omnis ſua natura adiaphora „ eſt; quod autem juſta vel injuſta ſit, a „ jure imperantis provenit. Reges itaque legitimi quae imperant, juſta faciunt imperando, quae vetando injuſta. En tibi regulam boni & mali, juſti & injuſti, honeſti & inhoneſti, imperium nempe Principis.

„ 2.° Natura dedit omnia omnibus, ſeu „ unicuique jus in omnia: nimirum in ſtatu „ mere naturali, ſive antequam homines ullis pactis ſeſe invicem obſtringerent, unicuique licebat facere quaecumque & in „ quoſcumque libebat, & poſſidere, uti, „ frui omnibus, quae volebat & poterat.

„ 3.° Summorum magiſtratuum poteſtas „ nullis, aut divinis aut humanis legibus circunſcribitur, ſed abſoluta prorſus & indefinita eſt ... 4.° Seditioſa eſt opinio quod „ ſubditi peccare poſſint, quomodocumque „ obediendo ſuis principibus, etiam praecipientibus Chriſtum negare, aliorum bona, „ vel uxores invadere &c.

„ 5.° Chriſtus Dominus legibus illis non „ occides, non moechabere &c. nihil aliud „ praecepit, quam ut cives & ſubditi ſuis „ principibus in ſingulis quibuſque quaeſtionibus circa meum, tuum, ſuum, alienum „ abſolute obedirent ... 6.° peccatum proprie dictum non eſt niſi legis civilis tranſgreſ-

XXI. *Jo Gvolfg. Kippingius*, ſecta Lutheranicus, in Academia Julia-Carolina Juris publici, & hiſtoriarum olim Profeſſor (*x*) nomine totius eccleſiae Lutheranae (adde, & omnium noſtri temporis eccleſiarum Proteſtantium) ſic ex tripode definire legitur. Canonicae Leges Romanae Eccleſiae, *quum ex falſo jactato Vicariatu Chriſti, ac reipublicae univerſalis viſibilis idea, tanquam ex equo trojano maximam partem prodierint, & inquinatiſſimi fontis impuriſſimi rivuli ſunt*. Haec modeſtiſſimus Jure conſultus, qui proxime praemonuerat, *Jus canonicum eſt farrago legum ex Pontificis Romani authoritate pendentium, cui quum nuntium remiſerimus, non potuimus non ejus legibus ſolvi*.

Nec meliora quidem, aut minus iniqua exſpectaveris ſcita ab maligno

„ ſgreſſio, reliqua contra rectam rationem „ ſunt facta duntaxat imprudentia.

„ 7.° Doctrina Chriſti abſque mandato „ Principis obligandi vim addentis, ſe habet inſtar meri conſilii; & quod Scriptura „ ſacra ſit fidei regula, effecere ſoli chriſtiani „ Reges, qui & ſoli ſunt ejuſdem interpretes; adeo ut ſumma totius religionis ſit „ Principum capeſſere jura, & imperio parere, ſive in ſacris, ſive in profanis.

„ 7.° Eccleſia indiſtincta eſt a Civitate, „ cujus Paſtores ſummi ſunt Reges: hi autem „ docent gratia Dei, ceteri Regis gratia, a „ quo fiunt Vicarii delegati. Quamobrem „ Sacerdotium formale penes Regem eſt; „ tum haereſis id omne eſt, quod Rex aut „ ſummus Magiſtratus credi vetuerit; diſtinctio denique temporalis & ſpiritalis regiminis eſt prorſus inanis.

Haec delirus ille in citatis commentariis, naturae leges penitus ſubvertens, & praeter omnem rationem intolerandum deſpoticiſmum, in gratiam ſuae Britanniae Regum Caroli I. & II. civilibus legibus temere, immo haeretice adjudicans. Hoc itaque ejuſmodi hominis ſyſtema, eo pagano dogmate ſubſtructum retuliſſe, confutaſſe eſt.

Sed & ipſum inſuper probi omnes & prudentes ad unum ſcommatum plauſtris adgreſſi ſunt, ejuſque authorem tanquam inſipientem, peſtilentem, impium ac ferme atheum merito increparunt, etiam ex eiſdem Britannis, Germaniſque Proteſtantibus, cum *Roberto Sharrockio* lib. de officiis ſecundum jus naturale, *Gisbert. Coquie* in anatome Hobbeſianiſmi, *Joan. Vallisio*, *Roberto Boyle*, & aliis, quos dat, aut indicat laud. *Brucker.* hiſt. phil. t. 5. p. 178. ut taceam *Scvvarzium* noſtrum in ſuis Inſtitut. in prolegom. p. 61. ſq.

Quin etiam haud pauci illud ipſum ſyſtema nervoſis argumentis facile profligarunt ac in cineres redegerunt: e. c. *Samuel Andreas* ap. Leibnizium in Leibnizianis pag. 181. *Richard. Cumberlandus* in diſquiſit. de legibus naturae, *Cudvvort.* ſyſt. int. cap. 5. §. 32. in t. 2. p. 1194. ſqq. ibique *Moshem.* & alias, *Anton. Genuenſ.* de principiis legis natural. lib. 1. c. 6. cit. *Scvvarz.* p. 131. ſqq. & p. 174. ſqq.

Profecto, ne quidquam in hac cauſſa dolo diſſimulaſſe incuſemur, alias in eodem comment. de cive ſaepe docuit *Hobbeſius* & ultro profeſſus eſt, quaedam eſſe ipſo naturae jure, ſublatis quibuſque civilibus legibus, praecepta. Sic ibi c. 2. §. 1. c. 3. p. 17. c. 6. §. 13. c. 14. & ſaepius. Id quod mirot equidem non obſervaſſe *Scvvarz.* cit. in cenſura de *Hobbeſ.* a p. 60. ubi ejus ſyſtema minutatim explicat.

Quid tum vero? Id fraudulentis novatoribus ferme in more poſitum eſt, ut in doctrina ſibi non conſtent, pugnantia ſtatuant, a principiis ſuae male conſarcinatae diſciplinae turpiter deſciſcant. Nec errabit, ſuſpicor, qui exſiſtimet, ita ſe geſiſſe hunc hominem, ut incautis fucum faceret, dubiam ſaltem relinquendo de ſua mente opinionem, ac ne omnem ad ſanorum hominum benevolentiam ſibi aditum intercluderet.

Nullus denique prudens non conjecerit, veram ejus mentem potiſſimum, aut omnino explicari ſub iis, quae ex profeſſo tradit, illuſtrat & confirmat, non autem ſub aliis, quae obiter ipſum praelibare demonſtratur. Lege cit. *Moshem.* a p. 1196. Plura de Hobbeſiana hiſtoria, apud Britannos celeberrima, laudat. *Brucker.* p. 145. ſqq.

(*x*) In Syntagmate Juris eccleſiaſtici de an 1752. §. 217. p. 248.

ligno juris Proteſtantici Profeſſore, impudentique verae Chriſti Eccleſiae canonum adverſario. Hic ille, qui (*y*) apologetica concinnavit praeconia pro Martino Luthero combuſti Juris Canonici reo: qui vel reſiduas ipſas reliquias Juris Canonici, quod, ſuperſtite, ipſoque teſte (*z*) *Boehmero*, in eccleſiaſticis negotiis inter proteſtantes *inſignem* habebat uſum, novo confecto Juris ſyſtemate, pro virili reſecare conatus eſt: qui paralogiſmorum clamoribus a patriis tribunalibus prorſus exſulare jubet Jus illud Canonicum, ex quo, ſi *Carpzovium* audias, tanquam communi & ſubſidiario Proteſtantici Jureconſulti quaeſtiones eccleſiaſticas in defectu ordinationum eccleſiaſticarum unice decidebant: qui pro Jure canonico ſola recipit ſuarum eccleſiarum decreta, & pro Interpretibus ejuſdem, Scriptores ſibi adſimiles, ut puta *Zieglerum*, *Schilterum*, *Brunnemannum*, *Struckium*, *Eckardum*, *Thomaſium*, *Wernherum*, alios.

Quid autem ejuſmodi Erronis ſingula in rem noſtram commenta palam recitem? Porro multus eſt Kippingius, immo totus eſt in recte conſtituendo jure eccleſiaſtico, nempe quo regitur aut regi debeat eccleſia ſua Lutheranica. At quaenam, Deus immortalis, haec eccleſia? Ea eſt, quam Martinus Lutherus condidit, ac proinde falſa; quippe eccleſia *falſa* eſt ex definitione ipſius *Kippingii* (*a*) *quam homines ſuo arbitrio condiderunt, & ad inep um Dei cultum inſtruxere*. Itaque pſeudo-eccleſiae non niſi Jus pſeudo-eccleſiaſticum competat, oportet. Nuſquam igitur non errat, non ludit, non nugatur Author ubi conſtituendo tanquam vero ac omnibus numeris abſoluto hujuſmodi jure adlaborat, ac fruſtra nimium deſudat. Ergo apage id genus errata, ludos, nugas, irriſione potius contemnendas, quam acri pugna confutandas.

XXII. *Paſchaſ. Queſnellus* erroneam, proſcriptamque Janſenii, quam mox adnotabimus, doctrinam recoquere ac inſtaurare non erubuit, tametſi ſub verbis fuco, ac dolo plenis. Quippe docuit 1.° diſcrimen inter Judaicam Legem & Chriſtianam eſt, quod in illa exigebat Deus fugam peccati, & legis implementum a peccatore, eum relinquendo in ſua impotentia; in iſta vero peccatori dat Deus, quod jubet, eum ſua gratia purificando (*b*).

Ubi vides aperte, in ſenſu Queſnelliano, in veteri lege defuiſſe Judaeis gratiam ſufficientem; quamobrem eis praeceptorum obſervatio impoſſibilis fuerit; atque in nova deinceps Chriſti cultoribus haud aliam conferri gratiam praeter efficacem, qua Deus dat peccatori quod jubet; & quidem non adjuvando, uti tenent vulgo catholici Doctores, ſed ſua gratia purificando.

2.° In eoſdem alias erroris ſcopulos impegit, quantumvis ſplendidis,

(*y*) In comment. de Sacerdotio novi foederis cap. 4.

(*z*) In Jure eccleſ. Proteſt. tom. 1. l. 1. tr. 1. §. 74.

(*a*) In eodem comment. cap. 1. §. 13. p. m. 25.

(*b*) Eſt prop. VI. e damnatis in Conſtit. *Unigenitus* ex Queſnellii commentario in Epiſt. ad Rom. II. 27.

dis, ornatiſque vocibus ad gratitudinem erga divinum Redemtorem excitare populos videatur. Expende ulterius ipſius prop. VII. ex comment. in epiſt. ad Hebr. 8. 7. item prop. LXIV. ex comment in epiſt. ad Galat. 5. 18. & prop. LXV. ex comment. in Marc. 12. 19. una cum Ante-queſnellianis Interpretibus *Lafont. Deſirant*, *Viva*, *Biſſyo* in eas propoſitiones. Neque vero ipſarum theſium proſcriptioni, mea opinione, fecit ſatis idem *Queſnellus* in ſua Proteſtatione (*c*).

XXIII. *Jo. Jacobus Rouſſeau*, civis Genevenſis, noſtri Seculi teterrima peſtis, qui aureo & exſecrando quaſi venecficae illicientis eloquentiae vaſe venena identidem incautis propinat; ſingillatim in commentario de contractu ſociali, ſeu de principiis juris politici (*d*) fucatis ratiociniis in Jus canonicum, immo in religionem chriſtianam, ejuſque Authorem Chriſtum Dominum, qui illud invexit, impudenter declamitat.

Delirat 1.° & conqueritur de Chriſto Jeſu, quod quum erexit in terris ſpiritale regnum (quod alias idem *praetenſum* vocat. pag. 174.) diſtinxitque ſyſtema theologicum a politico, ſtatus pacem ac unitatem everterit, perpetuaque jecerit diviſionis ſemina inter jus politicum & canonicum; id quod, inquit, in primaeva Eccleſia ſubodorati ſunt pagani, qua propter & chriſtianos ſub ſpecie falſa ſubmiſſionis, tanquam vere poteſtati politicae rebelles habuerunt, ac ſaeviſſimas in eos perſequutiones excitarunt.

2.° Hunc ſpiritum Chriſtianiſmi ſugillat, quippe quo praeſente ſubſiſtere nequeat prudens politia ſtatus, a qua nempe non ferenda injuria perpetuo divulſus exſiſtat eccleſiaſticus ordo ſub deſpotiſmo maxime violento cujuſdam viſibilis capitis, videlicet Romani Pontificis.

3.° Intolerando vitio vertit ſacri cultus independentiam a ſuprema poteſtate laica, nullamque illius cum corpore ſtatus colligationem. Ex quo capite Chriſtianae religioni praeferre videtur eam, quam ſub ſyſtemate, opinione ſua digniori, Mahumedes inſtituit.

4.° Chriſtianiſmum Romanum, ut vocat, acerbiſſime inſectatur tanquam adverſum Chriſtianiſmo, quod ſacrum inſtituit Evangelium: illum adpellitat religionem Presbyterorum, quae videlicet ejuſmodi mixtum & inſociabile jus fovet, quod nullo nomine ſatis explicari queat, tum chriſtianis ea imponit contradictoria officia, quibus ipſi una devoti & cives eſſe nequeant.

5.° Denique concludit, re politice perpenſa, Romani Criſtianiſmi cultores nec pace, nec bello ſupremis Principibus proficuos eſſe, immo potius utrobique valde noxios. Haec & alia iis conſona nequiſſimus ludio, potius ferreis ſcorpionibus, ut reſipiſcat, fuſtigandus, quam palmaribus argumentis convincendus.

Ex Scriptoribus, qui Catholici vulgo habentur,

I. *Arnulphus* Epiſcopus Aurelianenſis, ſub an. 991. in pſeudo-ſynodo

(*c*) §. 13. p. m. 236. ſqq. edit. 1717. 173. ſqq. edit. Amſtelod. 1762.
(*d*) Cap. 8. ubi de religione civili p. m.

nodo Remenſi, qua Arnulphus Remorum Antiſtes exauthoratus eſt, eique ſuffectus Gerbertus, poſtmodum Silveſter P. II., adſerere non dubitavit, leges a Romano Pontifice latas, aut ferendas, nullius eſſe momenti, atque adeo nihilo metuendas, ſi probitate, ſcientiaque ipſe non effulgeat. Et hanc quidem ſententiam viſus eſt tunc adprobare idem *Gerbertus* (*e*).

II. *Marſilius de Menandrino*, patria Patavinus, profeſſione Medicus, Pariſienſis Univerſitatis olim Rector, homo Ariſtotelicus magis quam chriſtianus, an. circ. 1324. temporibus Joannis P. vulgo XXII., a quo ille anathematis vinculo innodatus fuerat, Legislatricem Eccleſiae jurisdictionem pluribus impetivit, edito prolixo commentario de Juriſdictione Imperiali & Eccleſiaſtica ſeu Pontificia, quem praenotavit *Defenſorium pacis*, ſymbolam conferente *Joanne* quodam *Janduno* Peruſino.

In eo autem commentario, ut alia mittam, quum opportunior erit locus expendenda, haec ſtatuere, multiſque illuſtrare auſus eſt. 1.° Ex lege Chriſti nulli Epiſcopo, nec Romano, nec alteri competit ulla ſuperioritas, aut juriſdictionis authoritas ſtatuendi, praecipiendi, aut quemvis, vel laicus ille ſit, vel clericus, obligandi. Quin potius ultro oblatam ab eo, ad quem hoc ſpectaret, authoritatem hujuſmodi, ne adceptare debeant aut poſſint, interdictum eiſdem eſt a Chriſto & Apoſtolis... 2.° univerſa Eccleſia nullum hominem coactiva punitione coërcere poteſt... 3.° ad obſervantiam Legum in Conciliis praeſcriptarum, nedum temporali, ſed neque ſpiritali poena ullus compelli poteſt, aut in conſcientia tenetur. Poſterioribus permultis Erronibus is praeluxit ac primis *Philippo Melanchthoni* ejuſque adſeclis, teſte *Alberto Pighio* (*f*) qui eundem acerrime confutavit (*g*) (*).

III. *Jo-*

(*e*) Haec diſcimus ex *Gerberto* ipſo in Actis ejuſdem Concilii Remenſis, a ſe conſcriptis, c. 28. ap. *Baron.* ad an. 992. n. xv. ſqq. ubi praefatum opinamentum ſolide confutat.

(*f*) In tract. de poteſtate Eccleſiae controv. 16. fol. m. verſo 231.

(*g*) In comment. de Hierarchia eccleſiaſtica lib. 5. per totum.

ADNOTATIO.

(*) JUvabit heic perdoctum *Pighium* cum Marſilio contendentem tantiſper audire, ut ingenium, indolemque adverſarii, ejuſque apologiae in legislatricem Eccleſiae authoritatem uno obtutu dignoſcere poſſis. Laudatus ergo *Pighius* in exordio controverſiae haec candide atque dolens effatur.

„ Fuit (*Marſilius*) Ariſtotelicus magis, „ quam Chriſtianus, atque ex illius magis „ quam Chriſti inſtitutis novam eccleſiaſticae „ hierarchiae formam conatus affingere; „ quamvis ſacras literas & ſanctorum Patrum ſententias, ſed ſuo more intellectas, „ ſine fine & modo congerat, veritatique „ confidentiſſime objiciat, ubique ſe ipſum „ victorem pronuntians, ſed ante victoriam „ Tam amarus, tam virulentus in Romanos „ Pontifices, ut merito dubitares, niſi tempora disjunjerent, hic ne a Luthero, an „ Lutherus ab iſto ſuam didicerit rhetoricam, nam uterque alterum in hac parte „ conatur vincere.

„ Ejus libri ab initio Lutherani tumultus ab eiſdem alicunde eruti e blattis & tineis (a quibus teri magis conveniebat, „ quam manibus Chriſti fidelium) elegantiſſimis typis excuſi, ſunt editi in publicum, „ ne nulla non peſtis nunc reviviſceret, aut „ quia deeſſet perſequutioni Eccleſiae „. Sic ille de libro apud Indicem Romanum proſcripto in prima claſſe.

III. *Joan. Charlerius*, cognomento *Gerſonius*, Sorbonae Pariſienſis Cancellarius & magnum decus, fato functus an. 1429. acerbis Scholaſticorum aculeis inculatur docuiſſe (*h*) leges humanas, tam eccleſiaſticas, quam civiles, prout mere humanae ſunt, nec quidquam divinum concernunt, conſcientias non ligare, ſaltem cum reatu aeternae mortis; quoniam ſolus Deus eſt, qui & gratiam donare, & ejuſmodi poenam ob noxiam gratiae amiſſionem infligere poteſt: atque adeo nullam a Deo conceſſam eſſe creatam poteſtatem ligandi ſub reatu culpae, ſed duntaxat exponendi ac declarandi jus ac legem Dei.

Quin etiam nec multo melius audit apud noſtrates Doctores *Jacobus Almainus*, clarus itidem Navarraei Collegii Pariſienſis Theologus, denatus an. 1515. quod Gerſonianam ex parte opinionem retinuerit: ſubſtinuit quippe (*i*) nullam legem civilem, prout eſt a ſola poteſtate ſecularis Principis ad lethalem culpam obſtringere poſſe (*).

IV. *Mar-*

(*h*) In tractat. de vita ſpirit. animae, lect. 4.

(*i*) In tract. de ſumma poteſtate eccleſiaſtica c. 12. ſub fin. fol. verſo m. xvii.

ADNOTATIONES.

(*) I. TRaducunt vulgo noſtrates Theologi ſententiam, quam ſine haeſitatione Gerſonio ita ſimpliciter ſentienti ac ſcribenti adjudicant ceu erroneam, immo haereticam & Lutheranicam, quippe quam abſque ambagibus imprudens tenuit, effutiitque Lutherus (*ubi ſupra* pag. 213.) ita quidem *Adrian.* quodl. 6. concl. 1. *Driedo* de libert. chriſt. l. 2. c. 1. *Jo Medina* cap. de jejun. q. 7. *Caſtrus* de poteſt. legis poenalis l. 1. c. 4. *Suar.* de legib. lib. 3. c. 21. n. 4. & l. 4. c. 17. n. 1. *Sotus* denique de Juſt. & Jure l. 1. q. 6. art. 4. ubi addit, hac in re Lutheranos Gerſonem ſibi contra Catholicos Patronum obtendere.

At Gerſonem tamen ſunt qui vindicent, & ipſi quidem celebres & critici Scriptores, *Gabr. Vazquez* in 1. 2. diſp. 154. c. 2. & diſp. 158. c. 2. necnon *Ellies Dupinius* in Gerſonianis l. 4. c. 3. §. 1. p. cxli. ſq. quae exſtant in tom. 1. noviſſimae edit. Dupinianae oper. Gerſonianorum de an. 1706. Et iſti quidem, mirum eſt quantum deſudent ac ſeſe torqueant, ut benignis interpretationibus heinc inde petitis in ſanum detorqueant ſenſum opinionem adſcriptam Gerſonio, cui *Durandus* & *Petrus de Alliaco* praeluxiſſe feruntur a *Dupin.* proxime laud.

Incaſſum vero, me judice; ita quippe diſertis verbis eam, ubi citatur, ſententiam Gerſonius ſtabiliendam, confirmandam & illuſtrandam ſuſcepiſſe videtur, ut quaelibet interpretatio eam in alienum ſenſum flectere adnitens, cuicumque adlegatas paginas vel leviore adtentione percurrenti ſupervacanea merito exiſtimetur.

Et inde quidem (ne quid diſſimulemus) mirum cuiquam videatur, Dupinium illum, qui adeo pronus & liberalis eſt in adfigendis enormibus erroribus & ſanctis Patribus, & ceteris ferme quibuſque Doctoribus, nulla eos dignatus interpretatione protegere, unum heic Gerſonium per fas nefaſque ab hac labe purgare.

Anne Dupinii intererat eum, quem nova editione, noviſque encomiis illuſtrare ſuſceperat, vel minimo quidem doctrinae naevo liberum & undequaque pulcrum praeſtare? At viri critici potiſſimum intereſt veritati ubilibet litare, nec uſpiam abripi partium ſtudio; id quod Dupinius idem ſaepe ſaepius declamitat.

Laudatus demum *Vazq.* diſp. 154. c. 2. n. 7. Gerſonianam apologiam ita concludit, „ fateor ſane ipſum libere ſatis loqui de legibus humanis in toto illo tractatu: verum „ tam apertum errorem, quem retulimus, „ non docuit.

Ergone ſine patrono dimittendus nobis Gerſonius? Minime gentium. Ipſe ſibi patronus eſt adverſus quoslibet obtrectatores in eodem tract. de vita ſpir. lectione 2. ubi pollicitus „ ſe inveſtigaturum pro viribus, „ qualis eſt illa lex, cujus tranſgreſſio vi-

„ tam

IV. *Marcus Antonius de Dominis*, (quem heic ratione ordinis ac resipiscentiae ingerimus) gente Italus, Segnienſis primum Epiſcopus, deinde Archi-Praeſul Spalatenſis, heinc Religionis Apoſtata Londini, Romae ad ſinum Eccleſiae tandem redux, de relapſu ſeu de nova haereſi ſuſpectus, in carcere ad extremum poenitens vita functus an. 1623. 8. Sept., haec olim adverſus Leges ſacratiores effutire non erubuit in IV. prioribus damnatae memoriae libris de Rep. eccleſiaſtica, Londini primum typis excuſis an. 1617. 1.° „ qui de republica eccleſiaſtica ſicut „ de pure humanis philoſophantur mihi videntur non parum a recto tra„ mite aberrare : non modo quia in eo requirunt veram juriſdictio„ nem, hoc eſt vim coactivam & ſubjectionem externam, ubi tamen „ *omnis gloria ejus ab intus* „ quaſi vero nulla ſit in Eccleſia poteſtas, qua obſtringentes Leges ad communem chriſtianae reipublicae utilitatem ferri; lupi e dominico grege depelli; judicia eccleſiaſtica exerceri; animadverti in haereticos; atque alia id genus praeſtari poſſint,

„ tam ſpiritualem, quam dat baptiſmus Spi„ ritus ſancti, adimit & mortis aeternae „ reum facit „ ; ita paullo inferius ſuam inveſtigationem exorditur „ Denique quid„ quid dixero adcipiatur, non determinati„ ve, ſed inquiſitive poſitum, praeſertim „ ubi determinationem praecedentium San„ ctorum & doctorum expreſſam non inve„ nero „. Audin?

Inquiſivit itaque, ſeu dubitavit, non autem determinavit, vel adſeruit pius & perdoctus Author inter exponendum doctrinam, quam meditabatur, de lege conſcientias obſtringente ſub reatu aeterni ſupplicii.

Vehementer itaque errarunt Authores omnes huc addncti. Nimirum & qui Gerſonium erroris adſertorem ſimpliciter effecerunt, omnium duce, ut reor, *Almaino*, quoniam is *inquiſitive* diſſeruit, *non determinative*; & qui eum vindicare conati ſunt, quantumvis negarent, Authorem ea, quae tradidit, rotunde adſeruiſſe, & ex animo prout verba ſonant, adfirmaſſe; hoc enim ſi teneant, luce meridiana clarius eſt, errorem, cujus Author a ceteris temere inſimulatur, in citatis paginis cubare.

Haec autem plane nos admonent, diligentiſſime nobis expendenda eſſe Authorum ſcripta atque effata, ubi agitur de adcuſationibus, aut vindiciis erga ipſos.

Quod denique Gerſonius noſter in hanc rem, quum ex animo effatus eſt atque adſeruit, recte & catholice ſenſerit, haec demonſtrat ejus regula, quam *determinative* propoſuit ordine vigeſimam primam inter regulas morales ad tom. 3. edit. Dupinianae col. 81.

En illam „ In omni lege poſitiva quantumcumque bene inſtituta, aliquid eſt de „ jure naturali & divino; ut quod expedit „ homines legibus regulari, quod *qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit*, Rom. „ 13. 2. & ſimiles „. Adſerit itaque & ſentit, leges omnes poſitivas cum eccleſiaſticas, tum civiles, utpote divinae legis participes, conſcientias obſtringere.

II. Sententiam, quam adlatus Almainus obiter adſeruit, ex profeſſo amplexi ſunt e Canoniſtis *Decius* in cap. *Nam concupiſcentiam*, de conſtit. lect. 1. ſub fin. *Roman.* in leg. *Is qui bonus*. ff. de verbor. ſignif. *Jo. Imola* in cap. *Quum contingat.* de jure jurando, & cap. 2. de majorit. & obed. Quocirca plures cum *Mencha*, *Domin. Soto*, *Caſtro* cenſuerunt non ita certo conſtare, quod leges civiles obſtringant conſcientias, quemadmodum conſtat inter orthodoxos de Eccleſiaſticis.

Ita ne praefata ſententia toleranda erit, nec inter erroneas protinus connumeranda? Non auſim equidem definire. Immo potius ſi ſtandum ſit ſubacto judicio Eximii *Suarezii* in l. 3. de legibus c. 21. n. 5. ſqq. ſacri Codicis, Patrum, Theologorum, Canoniſtarum, & rationum documentis, more ſuo, luculentiſſime comprobato, ipſa opponitur adverſae adſertioni, quae vel eſt fide ſancta, vel fidei proxima; atque adeo vel haeretica, vel erronea merito reputanda. Lege laud. *Suarez.*

quae abſque poteſtate juriſdictionis effici nullo pacto valent (*k*).

2.° „ Leges eccleſiaſticae quum non ſint de rebus fidei fide credendis, ſed de rebus agendis, ut de jejuniis, de novorum feſtorum inſtitutione & ſimilibus, a populi adceptatione plurimum pendent; ſi enim eas reſpuat populus, non obligant (*l*) . . . 3.° Leges eccleſiaſticae, ſi ſint fidei definitiones, ultimum earum judicium eſt penes totam Eccleſiam, & tunc tandem aliquid fide credendum eſt, quando tota Eccleſia conſentit (*m*) „. Ubi quidem ad ſenſum Authoris, nomine *Eccleſia* non modo eccleſiaſticus ordo venit, ſed etiam laicus, ſic enim, nonnullis interjectis, idem differit „ & conſenſus totius Eccleſiae „ in aliquo articulo non minus intelligitur in laicis, quam etiam in „ Presbyteris & Praelatis.

4.° „ Leges eccleſiaſticae, ſi ſint de eccleſiaſticis & praeſertim de „ fide, poteſt judicium earum ad totam Eccleſiam delabi, non ad effectum punitionis perſonae, niſi per ſolam excluſionem a communione univerſali, ſed ad effectum damnationis doctrinae (*n*) . . . 5.° Sacros miniſtros ad coelibatum jure non teneri (*o*). Heinc proſequitur (*p*) „ laqueum igitur ponunt leges omnes eccleſiaſticae, omnes conatus ac violentiae, quibus Clerus adigitur ad coelibatum (*q*).

V. *Emundus Richerius*, natu Lingonenſis in Campania, Presbyter, ac Facultatis Pariſienſis Doctor Theologus, & Syndicus, necnon magnus Magiſter Collegii Cardinalitii Univerſitatis Pariſienſis, fato fun-

(*k*) Ita ille in cit. commentario l. 1. cap. 1. num. 1.

Commentarium ex integro proſcripſit Romanum S. Officii Tribunal 2. Dec. 1617. & confutarunt quoad IV. priores libros e catholicis Scriptoribus *Nicol. Coëffeteau*, *Zachar. Boverius*, *Martin. Becanus*. Quin etiam ſacrae Facultates Theologorum Pariſienſium Sorbonae, & Colonienſium; illa videlicet 15. Decemb. 1617. iſta vero 8. Febr. 1618. nonnullas ex eo opere decerptas theſes variis pro merito inuſſerunt cenſuris.

Jam vero in theſim mox relatam Pariſienſes hancce, tulerunt cenſuram „ haec propoſitio qua parte *veram juriſdictionem, id eſt vim coactivam & ſubjectionem externam* „ Eccleſiae denegat, eſt haeretica & totius Ordinis hierarchici perturbativa, atque confuſionem babylonicam in Eccleſia generans „ conſentiuntque Colonienſes hac ſua, „ propoſitio haeretica quatenus negat in Eccleſia jurisdictionem coactivam.

(*l*) In lib. 1. cap. 12. n. 41.

Haec theſis prudentiſſima cenſura apud laudatos Colonienſes „ propoſitio haeretica & „ ſchiſmatica, quae januam aperit omni rebellioni & inobedientiae.

(*m*) Ibidem. Colonienſes ſic theſim notant „ propoſitio haeretica & ſchiſmatica, „ qua quilibet poſſet haereſim ſuam excuſare „ ab haereſi.

(*n*) Ibidem. Hacce nota a Colonienſibus inuritur „ propoſitio haeretica, negans „ Eccleſiae poteſtatem puniendi haereticos „ poenis temporalibus; & erronea circa enumerationem poenarum eccleſiaſticarum.

(*o*) Hunc proponit titulum ad cap. x. libri 2. quem ita configunt Pariſienſes „ haec „ propoſitio eſt haeretica & ſtatus Clericorum & totius reip. chriſtianae perturbativa „ ac deinde Colonienſes „ tituli Inſcriptio haeretica, traditionibus Apoſtolicis & oecumenicis Conciliis contraria, „ quam M. Antonius hoc capite decretorum, „ Conciliorum, SS. Patrum & hiſtoriarum „ authoritatibus mala expoſitione detortis probare nititur, ſed non probat.

(*p*) Ibidem ad num. 49. ſub fin.

(*q*) Ei reponunt Colonienſes „ propoſitio falſa & ſcandaloſa, ordinis eccleſiaſtici perturbativa „. In productos M. Antonii errores pluribus egerunt laudati *Boverius* in paraenetica cenſura, & *Coëffeteau* in comment. pro ſacra monarchia Eccleſiae cath. quos adeas. Ejuſdem Erronis hiſtoriam retulit *Bernin.* de haereſ. ad Sec. XVII. cap. 1.

functus an. 1630. 28. Novembr. peſſime audit apud noſtrates omnium pene gentium Theologos ob novum perabſurdum & ſchiſmaticum Syſtema ſub an. 1611. tacito nomine a ſe vulgatum ; quo plane haud leviter in ſacra Legis Canonicae jura impegiſſe repertus eſt. Quippe in ſyſtema quoddam , geometrico ordine concinnatum redegit quae *Huſſus* , *Lutherus* , *Petrus Vermilius* , *Calvinus* , aliique Heterodoxi diſperſe effutierant ; quemadmodum idem Author meliora ſapiens confeſſus eſt in ſecunda errorum revocatione. Haec itaque ſumma ſyſtematis , quod exhibent XVIII. capita libelli , cui titulum fecit *de eccleſiaſtica & politica poteſtate* .

1.° Juriſdictio eccleſiaſtica , atque adeo ejuſdem quoque legum latrix facultas , primario & eſſentialiter Eccleſiae convenit , Romano autem Pontifici , ceteriſque Epiſcopis miniſterialiter tantum : quippe Chriſtus quum Eccleſiam condidit , prius , immediatius , eſſentialius claves , aut juriſdictionem toti dedit Eccleſiae , quam Petro , ſeu , quod eodem redit , claves toti contulit Eccleſiae , ut per unum miniſterialiter exercerentur . Univerſa itaque juriſdictio Eccleſiaſtica primario , proprie ac eſſentialiter Eccleſiae , ſeu fidelium coetui competit ; ſummo vero Pontifici & reliquis Epiſcopis miniſterialiter tantum , inſtrumentaliter , & quoad exſequutionem (*r*) . Vah quam ruinoſum Richerianae machinae fundamentum !

2.° Chriſtus Dominus non tam uni & ſoli Petro , quam unitati , ſeu fidelibus collectim ſumtis infallibilem clavium poteſtatem detulit (*s*)... 3.° Omnis principatus , etiam eccleſiaſticus quoad vim coërcitivam ab conſenſu hominum pendet (*t*).... 4.° Eccleſia eſt politia monarchica , regimine ariſtocratico temperata . Immo Eccleſiae ſtatus a regimine diſtinguitur , nam ſtatus monarchicus eſt , regimen vero ariſtocraticum (*u*).... 5.° Solus Chriſtus eſt caput eſſentiale ac Dominus abſolutus Eccleſiae , minime vero Romanus Pontifex , qui caput duntaxat eſt ſymbolicum & miniſteriale . Heinc fidei articulus *credo unam Sanctam Eccleſiam Catholicam* eſt veritatis ſempiternae , propterea quod , lege evangelica ſtante , Chriſtus cum Sponſa Eccleſia nequit divortium facere ; quod tamen de Romano Pontifice , qui ſaltem ad tempus abeſt ſine interitu Eccleſiae , nefas eſt adfirmare (*x*) .

6.° Eccleſia canone , ſeu Concilio Epiſcoporum , non abſoluta poteſtate regitur (*y*)... 7.° Infallibilis poteſtas decernendi aut conſtituendi canones toti Eccleſiae in Synodo oecumenica coactae , quae eſt columna & firmamentum veritatis , non uni & ſoli Petro , ejuſve ſubceſſori competit (*z*).. 8.° Romanus Pontifex univerſam Eccleſiam inconſultam , diſſentientem , invitam , aut inauditam obligare nequit (*a*)... 9.° Plenitudo pontificiae poteſtatis non ſe extendit ad univerſalem Ec-

(*r*) Haec totidem fere verbis in cap. 1.
(*s*) Cap. 2.
(*t*) Ibidem ſub fin.
(*u*) Cap. 3.
(*x*) Ibidem .
(*y*) Cap. 5.
(*z*) Cap. 6.
(*a*) Cap. 8.

cleſiam in oecumenico Concilio congregatam (*b*) ; in quam videlicet nec directionem , nec coërcitivam facultatem exercere valet (*c*).

10.° Quum Eccleſia nec territorium , nec jus gladii habeat a Chriſto , & ad finem duntaxat ſupernaturalem inſtituta ſit , ſuaſive tantum & directive , non coactive poenas temporales irrogando , judicat (*d*)... 11.° Princeps politicus ut Dominus reipublicae ac territorii , vindex eſt atque protector legis divinae , naturalis & canonicae : quare in eum finem leges figere , concilia etiam oecumenica cogere , gladium diſtringere poteſt (*e*) Quin etiam ut Eccleſiae Protector & vindex canonum , judex eſt legitimus adpellationum , quas ab abuſu vocant : & heinc Eccleſiae Gallicanae libertates originem duxerunt (*f*) 12.° Summus Pontifex nec Reges aut Principes ullo pacto deponere poteſt , nec directe aut indirecte temporalia eorum bona ſibi vindicare (*g*) (*).

Haec

(*b*) Cap. 11.
(*c*) Cap. 15.
(*d*) Cap. 11.
(*e*) Cap. 12.
(*f*) Cap. 13.
(*g*) Cap. 14.

ADNOTATIO.

(*) Richeriani libelli , ejuſdemque Authoris fata varie ab eodem Richerio , aliiſque illius aevi ſcriptoribus literis conſignata video . Ergo iis bene multis , quae apud Duvallium , Dupinium , poſtremum Morerii Editorem , Authorem lexici literarii & critici de an. 1659. , Adſertorem veritatis concilii Burgofontani , Richerium ipſum , Charlaſium , & alios , mihi vel incerta , vel dubia ſunt , omiſſis , haec tanquam certa de fatis illis brevi liceat indicare , ceu commentariolum famoſiſſimae controverſiae Richerianae .

Principio libelli doctrina ingrato , amaroque animo excepta eſt a Romana Curia , ab Ordine eccleſiaſtico Gallicano , ab Facultate Theologiae Sorbonica , ab Senatu Pariſienſi . Nam ſacra Romana Congregatio Indicis eum in atrum librorum prohibitorum cenſum retulit an. 1613. 10. Maii decr. *Quum ſuperioribus diebus* . Concilium itidem Provinciale Pariſienſe ſub Cardinale Perronio an. 1612. 9. Mart. eum proſcripſit ceu continentem *propoſitiones , expoſitiones & adlegationes falſas , erroneas , ſcandaloſas , ſchiſmaticas , & ut ſonant haereticas* ; quemadmodum & Provinciale Aquenſe 24. Maii ejuſdem anni , ſub Paullo Aquenſi Archiepiſcopo , ceu praeferentem pariter *propoſitiones , adlegationes & doctrinas falſas , ſcandaloſas , ſchiſmaticas , haereticas , & impietatem , gravemque errorem ſapientes* . Tum Facultas Sorbonica eum ſibi diſplicere ac reprobare haud ſemel palam fecit . Senatus denique Pariſienſis libellum vix enatum ſupprimi juſſit , quantumvis caverit , ne Sorbona eum ullo ſtigmate notaret .

Deinde ratione libelli editi , (ut colligere fas eſt) qui inter Doctores Sorbonicos plurimas excierat turbas , juſſu Ludovici XIII. & Reginae Matris , in minore filii aetate tum regnantis , atque ſollemni Pariſienſis Facultatis decreto , emiſſo ſub diem 1. Sept. 1612. e Sorbonico Syndicatu , qui alias perpetuus erat , depulſus eſt , quin oppoſitae interceſſiones & apologiae quidquam Richerio reclamanti profecerint . Nec multo ſerius ipſi a ſuperiore quadam Potestate injunctum eſt ſub poena capitis ne quid in defenſionem proſcripti libri pervulgare auderet .

Tum multi Richerianam doctrinam , quum primum caput extulit , vehementer ſcriptis editis infectati ſunt : puta *Michael Mauclerus* Doctor Sorbonicus in comment. edito 1614. de Monarchia divina , eccleſiaſtica , & ſeculari Chriſtiana , par. 1. l. 4 c. 4. *Andreas Duvallius* , Doctor itidem Sorbonicus in elencho libelli de eccleſ. & polit. poteſt. pro ſuprema Romanorum Pontificum in Eccleſiam authoritate , paullo poſt , opinor , typis excuſo ; *Jacobus Sirmondus* ſub larva-

to

Haec quidem hominis inter orthodoxos audaciſſimi portentoſa ex pleriſque capitibus commenta, quae illico plures Pariſiis adſeclae, per ſummum nefas *Richerianam Sectam* conſtituentes, adoprarunt, propugnaruntque; ac prae ceteris ardentius atque iniquius *Simon Vigorius* majo-

to nomine Jacobi Coſmae Fabricii in notis ſtigmaticis ad Magiſtrum triginta paginarum, quibus nempe conſtabat Richerii libellus; queis adjiciendi *Petrus Pelletcrius*, *Claudius Durand*, *Bointius de Beaujeu*, *Boucherius* ſub larvis Paulli Gimond, & Pompeii Ribemond, *Eudemon Joannes* e Soc. Jeſu.

His vero poſt aliquot annorum decades feſe adjunxerunt duo praenobiles & acerrimi in eundem libellum pugiles, *Petavius* noſter, denatus an. 1652. in l. 3 de eccleſ. hierarch. capp. 14. 15. 16. & *Anton. Charlaſius* in tract. in publicum emiſſo ſub an. 1634. de libertat. gallicanis lib. 9. per tot. Noſtra denique aetate noſter *Joan. Baptiſta Faure*, in Collegio Romano Clarus Theologiae Profeſſor, quem honoris & amicitiae cauſſa nomino, in diſſ. polem. adverus Richeriſtas.

Interea temporis dum Richerii opuſculum a ſuis Collegis & contribulibus argumentis & conviciis proſcindebatur, is in ſeceſſu Cardinalitii ſui Collegii Muſis vacabat, commentarios pridem inceptos perficiens, & novas apologias pro doctrina ſui libelli acerrimo marte communiens: nec ullis poſtmodum Sorbonicis conventibus, etiam a Collegis ſaepius ac enixe rogatus, interfuit.

Sub an. 1618. dum Sorbonici Doctores ſerio deliberabant de ferendis judiciis ac cenſuris in commentarium Marci Antonii de Dominis de Republica eccleſiaſtica, recens Pariſios advectum, magnus increbuit rumor, fore ut cum eo eandem prorſus cenſurarum ſubiret aleam Richerii libellus, utpote vel ipſa foedatus doctrina, vel perquam ſimili.

Et vero qui plura Marci Antonii theoremata nigro theta merito inuſſerant, intactum reliquerunt Collegam: immo hic idem ſuae famae proſpiciens, propriamque doctrinam tamquam alteri ſibi adfictam toto coelo diverſam vindicans, pleraſque ex cenſuris Sorbonicis cenſuit ac vellicavit, ipſiſque itidem alias adjecit e penu ſuo.

Multa quidem ab hominibus adverſae partis, abſolutae Romani Pontificis authoritati jure faventibus, ſibique infenſis hoſtibus, paſſus eſt Richerius. Carceri Sancti Victoris vi raptum, Ducis Epernonenſis opera, mancipari curant. Commoveri aſſiduis precibus, & minis graviſſimis perterreri ſatagunt, ut omiſſa ceu inſufficienti ac inutili, declaratione, quam idem obtulerat, breviſque ſuae doctrinae demonſtratione, quam denuo ediderat, aliam tradat, qua doctrinam revocet, aut exponat in ſanum rectumque ſenſum Pontificiae abſolutae poteſtati conſentaneum: quod quum conſtanter renuat, ſpargunt in vulgus, eum ceu protervum ſolii Pontificii hoſtem, indignum eſſe qui ſacramentalem abſolutionem a quopiam impetret Poenitentiario.

Ad mortem denique vergente aetate, reſipuiſſe creditur Emundus, edita ex animo humillima & idonea proteſtatione, quam manu propria coram teſtibus an. 1629. 7. Decembr. obſignatam legimus apud *Duvallium* in tr de ſupr. ſummi Pontificis poteſtate, in praevia admonit. ad Lectorem, quem conſule ſis, una cum *La Fontaine* in prop. Queſnell. XC. cap. 1. ubi recitat plura capita palinodiae poſterioris, *quam* (inquit) *Richerius moriens reliquit in ſuo muſeo, futurum omnibus, etiam poſteris teſtimonium fidei indubitatum*.

Ampliſſimae igitur, quas in ſeceſſu Muſei lucubravit idem, vindiciae pro ſua doctrina, nec ante ejus obitum typis exculae, nullam praeſeferunt ex Emundo authoritatem, quum ab eodem Cardinalis earum ſcopus improbatus ſit ac proſcriptus.

Jam vero iis, quae de ſatis Richerianis innuimus, nonnullas juvat animadverſiones adjicere.

In primis Richeriano ſcripto proximam dedit cauſſam famoſa illa PP. Praedicatorum diſputatio in comitiis generalibus Pariſiis habita 27. Maii 1611. quae tot excivit tumultus ob tres illos articulos, aliis inſertos theſibus: nempe „ 1.° Romanum Pontificem in fide & „ moribus errare non poſſe. 2.° in nullo caſu „ Concilium eſſe ſupra Papam. 3.° ad Papam pertinere dubia decidenda Concilio „ proponere, deciſa confirmare vel infirmare, partibus ſilentium perpetuum impone„ nere &c.„

Enim vero (ſubinfert *Richerius* in authentica hujuſce facti enarratione) *ſi hujuſmodi articuli veri ſint, oportere omnes Gallos, qui decreta Synodi Conſtantienſis tamquam de fide*

ſem-

majoris Concilii Parisiensis Senator, obmortuus an. 1624. 19. Febr., qui in apologetico Richerianae doctrinae adversum Duvallium peracerbe

semper propugnassent, esse haereticos vel saltem schismaticos : Gallorum patientiam istis thesibus tentari.

Ergo Richerius, avitae doctrinae Sorbonicae tenacissimus adsertor & vindex, illam propositis a duobus Patribus Colonien sibus thesibus graviter impetitam, extemporanea dissertatione vindicandam duxit.

Hanc vero ita concinnavit, ut pro figendis oppositis articulis, una cum aliis libertates gallicanas prae maxime concernentibus, ea posuerit ac stabilierit Cardinalia principia, *supra* in prioribus capitibus sui systematis indicata, quae ceu parum tum trita Gallis, ceterisque gentibus, nova, perabsurda, & vix non erronea pene cunctis, prout libelli verba sonant, jure habita sunt.

Verum enim vero haud ignota erat eorum principiorum summa Facultati Sorbonicae, quae ipsam in conventu anni 1610. 2. Octobr. ab eodem Richerio expositam audivit, nec improbavit ap. cit. *D'Argentr.* to. 2. p. 15. Ut quid ergo paullo post, edito libello, cujus principia aequo animo exceperant, & cujus conclusiones maximam partem dudum profitebantur multi Sorbonici Magistri, in authorem libelli ceu magni criminis reum ita furere visi sunt, ut eum Syndicatu deponendum, carceri mancipandum, a sacra absolutione arcendum curarint?

Haec porro incohaerentia vehementem cuipiam suspicionem injiciat, ne simultates istae in Richerium potius invidentibus & factiosis hominibus tribuendae sint, quam vindicibus veritatis, & Richerianae causae meriti.

Deinde in conventu Sorbonico an. 1612. 1. Mart. plures Doctores jure jurando interposito fassi sunt, libellum Richerii nihil omnino continere, quod doctrinae Scholae Sorbonicae consentaneum non esset, ap. ipsum *D'Argentr.* to. 2. p. 61. Id quod saepe Author libelli protestatus est, atque amplissime demonstravit.

Videlicet in breviore libelli demonstratione rursum edita Coloniae 1701., in prolixiore libelli defensione in duos tomos divisa, ibidem eodem anno primum excusa; in vindiciis doctrinae majorum Scholae Parisiensis, in duos tomos distinctis, e prelo pariter Colonien si emissis 1683., in historia Conciliorum & alias.

Ex iis autem alia liquido consequuntur. Nempe primum : censurae omnes a Conciliis Provincialibus mox laudatis, & a reliquis propemodum innumeris e toto pene terrarum orbe catholico Doctoribus in doctrinam Richerianam effusae, uno eodemque jure doctrinam Sorbonicam, unam eandemque cum Richeriana perstringunt.

Secundum : Sorbonici Socii, puta Mauclerus, Duvallius, & alii, qui ex professo Richerii libellum oppugnarunt, eodem omnino tramite doctrinae suae matris Sorbonae insidias pararunt, desciveruntque a regula honestatis, qua praescribitur filiorum esse disciplinam matris audire ac eidem obsequi. Nisi forte dixeris, jure illis magis amicam fuisse veritatem, quam matrem.

Tertium : Haec omni procul dubio animadverterunt ac recogitarunt sapientissimi atque acutissimi Sorbonici : nullus adtamen, quem viderim, propalam vindicias egit pro doctrina Richerii, quae Sorbonica erat, aut contra doctrinam ejus obtrectatorum, quae illis reputanda fuit anti-Sorbonica : immo eandem doctrinam, saltem quantum ad plura capita, palam profiteri pergit Sorbona, quemadmodum liquet ex illis sex adsertis ejus nomine traditis Senatui Parisien si sub an. 1663. inferius rursum memorandis ubi de lege canonica.

Fortassis haec magnopere Richerismo favere videantur. Ceterum si rem penitius expendamus, Richeriana doctrina simpliciter Sorbonica minime est; nunquam enim, quod sciam, Sorbona admisit, cooptavit & vulgo docuit quinque priora & quidem fundamentalia & peculiaria Richeriani systematis capita, superius compendio tradita, licet reliqua plane tenuerit. Audivit quidem a Richerio leviusculam eorum summam, nec improbavit; sed neque adprobavit. Bona fide jurarunt aliqui, nihil libellum Richerii continere non consonum Sorbonicae doctrinae; at inculpate falsi sunt & Coetum fefellerunt, quod opusculum non nisi perfunctorie ac oscitanter percurrerint. Nullo demum certo documento, ni fallor, ostendit Richerius in suis apologeticis & vindiciis, suam doctrinam quoad ea praecipua capita cum Sorbonica convenire. Procul ergo abeat Richerismi suspicio a sapientissima & prorsus orthodoxa Facultate; & quodlibet subinde patrocinium perverso ac subdolo Richerismo adjudicatum.

cerbe traductum edito abſque nomine Authoris Coloniae ſub an. 1612. Magiſtri audaciam ac temeritatem plurimum ſuperavit. Hic apologetico titulus, *Ex reſponſione ſynodali data Baſileae oratoribus Domini Eugenii Papae* IV. *in congregatione generali tertio Nonas Septembris milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſecundo pars praecipua & in eam commentarius.*

Quin & hunc paullo poſt ſuo expreſſo nomine explicatius retractavit novo vulgato commentario ſub hac epigraphe, *Quatuor libri de ſtatu & gubernatione Eccleſiae.* I. *de Monarchia eccleſiaſtica.* II. *de infallibilitate.* III. *de diſciplina eccleſiaſtica.* IV. *de Conciliis.* Et heic porro ſibi ſimilis ac in temeritate conſtans vir Laicus & cauſſis civilibus ex munere intentus, de quo propterea nonnemo illud adpoſite occinuerat,

Navita de ventis, de bobus narret arator,
Enumeret miles vulnera, paſtor oves (*).

Recentior praeterea *Janſeniſmus* ab Scriptoribus Anti-janſenianis cum *Jacobo La Fontaine* (*h*) de Richeriſmo vulgo traducitur. Quoniam primum *D. de Sainte Beuve* in literis Romam miſſis ad D. de S. Amore an. 1653. quum agebatur de cauſſa Janſenii, eum vehementer admonuit, fore ut apud Gallos ſine dubio innovaretur Richeriſmus, ſi Apoſtolica Sedes famoſas v. Janſenii propoſitiones profligaret. Et quidem iidem Jan-

ADNOTATIO.

(*) NOtum porro eſt, utrumque Vigorii commentarium apud ſacros Judices Romanae Congregationis Indicis eandem cum Richeriano ſubiiſſe prohibitionis aleam: primum nempe an. 1621. 16. Mart. alterum vero 1622. 2. Decembr. quemadmodum & omnia ejuſdem Vigorii opera an. 1684. 25. Januar.

Quo tamen ingenio primum, quem evolvere non licuit, concinnarit, adcipe ex laud. *Duval.* par. 1. in anteloqio. „ Neque „ vero tantum hac ſynodalis reſponſionis exhibitione Vigorius doctrinae ſuae ſchiſmaticae virus tegit & diſſimulat, ſed ſpecioſis quibuſdam rationibus & argutiolis, „ tanto artificio, tantaque veriſimilitudine „ contextis illud porrigit, ut verum falſum, „ bonum malum, & malum bonum, lucem tenebras, & tenebras lucem putet, „ ni caveat, lector moderatus.„

Quod vero alterum ſpectat, quem neque percurrere datum eſt, haec habeto ex *Authore* veritatis conſilii Burgofontani in par. 6. quaeſt. 1. art. 1. §. 1. ſub init. „ Praecipue author inſtitutionibus Calvini multum & familiariter uſus eſt: ex hujuſmodi lutulentis fontibus hauſit hic laicus ſuas „ de rebus eccleſiaſticis notitias. Nihil autem de iis differit ex ordine & conſtituta rite methodo, nihil certa ac definita „ ratione: pro arbitratu decernit, & confidenter ſententiam fert in rebus, de quibus adcuratiſſima ſibi conſideratione loquendum exiſtimant veri Theologi: pro „ more haereticorum ultro ſupponit & adfingit adverſariis ſuis quae ipſis opinari vel „ adſerere in mentem non venit: pugnantia loqui, & jam hoc loco abnuere, quae „ alio certa ac teſtata eſſe volebat. „

Ac inde toto articulo confutare pergit Vigorii conatus deſtruendi regimen monarchicum Eccleſiae ac in ejus locum ariſtocraticum ſufficiendi.

Num vero critica haec teſtimonia rei adprime conveniant, dirimendum Eruditis relinquimus, quibus fas eſt ea cum Vigorianis commentariis adcurate conferre; quidquid ſecus iſtos Richeriſmi adſeclae ceu factionis columen & praeſidium ſummis efferant, concelebrentque praeconiis.

(*h*) In prop. Queſnel. xc. cap. 1, & 2.

Janſeniani, ut Romanis Judicibus terrorem incuterent, infauſtam hanc praedictionem typis excuſam in vulgus ſparſerunt an. 1662. ipſique itidem editionem vindiciarum Richerianarum cum aliis documentis eandem rem concernentibus de an. 1701. diligenter procurarunt (*i*).

Inſuper *Queſnellus* Richeriſmum profitetur & docet in ſua prop. xc. quae talis eſt, *Eccleſia authoritatem excommunicandi habet, ut eam exerceat per primos Paſtores de conſenſu ſaltem praeſumto totius corporis* (*k*). Haec autem eo expreſſe tendit, ut callide taciteque adfirmet, poteſtatem clavium, & ſubinde quamlibet eccleſiaſticam juriſdictionem non eſſe Petro proxime traditam, neque per Petrum ceteris Epiſcopis, ſed univerſae fidelium multitudini: quaſi Petrus, alii Apoſtoli, & Praelati omnes poteſtatem ab hac multitudine adceperint ceu ejus vicarii delegati ac miniſtri; & ea quidem lege, ut in quolibet poteſtatis exercitio a toto penderent corpore, ſine cujus adſenſu ſaltem ſuppoſito nunquam fas eſſet uti clavibus (*l*).

Haec vero, niſi in meridie caecutias, prioribus Richeriani ſyſtematis articulis ſuperius productis, vel identica, vel ſumme conſona plane videris (*).

Autho-

(*i*) Lege, ſi liceat, *Autherem* lexici de libris Janſeniſticis de an. 1754. t. 3. p. 259. ſqq.

(*k*) Depromta eſt ex obſervat. moral. in Matth. 18. 17.

(*l*) Hic plane verus, germanuſque propoſitionis ſenſus, qualem nos exhibemus, ſequuti chorum Interpretum oppugnatorum ejuſdem.

ADNOTATIO.

(*) VIrulentum hunc ſenſum, immo ſtolidum & haereticum, ab doctis viris detectum & confutatum, temperare aut excuſare ſimulavit *Queſnellus*, immo re ipſa confirmare nititur in Hexaplis primum in hanc theſim proſcriptam pag. 552. ſqq. & inſuper in Proteſtatione contra errores ſibi imputatos in documento paſtorali 40. Epiſcoporum, quod deinde cooptarunt 60. alii, a p. m. 305. edit. 1717.

Perorat, excandeſcit, ludit. Lectorem remittit ad librum, quem praenotavit, *vana Jeſuitarum conamina*, art. 10. p. 103. ſqq. edit. 1713. ubi, inquit, *id quod hancce theſim reſpicit, magna cum ſoliditate tractaſſe*. Ut probare videatur theſim, ad documenta provocat ab Scripturis, Patribus, Synodis petita.

Tè denique *de conſenſu ſaltem praeſumpto totius corporis* ita intelligi jubet, ut intenderit, quod Epiſcopus eo ſano & aequo conſilio ſecundum eccleſiaſticas regulas debet fulmen anathematis intorquere, ut ſibi merito confidenterque perſuadere poſſit, illud nulli ex fidelibus improbatum iri. Haec ille, ubi nihilo ſecius ex antiquo ſuae doctrinae principio Richeriano, Epiſcopos & Romanum Pontificem vocat *Miniſtros Eccleſiae, quae utique illorum miniſterio, concredita ſibi ligandi & abſolvendi facultate utitur*, adducto videlicet in praeſidium Auguſtino, ajente ſerm. 295. cap. 2. *columba ligat, columba ſolvit*.

Haec autem ludicra effugia una cum vero, germanoque propoſitionis ſenſu ſatis ſuperque convelluntur ac diſſipantur ab egregiis Anti-queſnelliſtis *Biſſyo*, *La Fontenio*, *Deſirantio*, *Anonymo Qualificatore* c1. propoſitionum Queſnelli in confutatione adlatae theſis, quos adeas.

Nobis huc admonere ſufficiat Queſnelli adſeclas, Patroni ſui doctrinam eandem eſſe cum ea, quam ſic exponit famoſus ille Lutheranus *Petrus Vermilius* in loc. comm. claſſe 4. c. 5. „ excommunicatio eſt facinoroſi „ ejectio a fidelium ſocietate judicio primo„ rum, atque tota Eccleſia conſentiente „. Ac rurſum valde ſimilem illi, quam ſub an. 1559. in ſua fidei confeſſione vulgavit celebris illa Calviniſmi Martyr *Anna Duburgia* in haec verba „ credo Deum contuliſſe po„ teſtatem ligandi & ſolvendi, quae venit

„ ſub

Authores itidem alii e grege Janſeniſtico, aut Queſnelliſtico Richeriana theoremata adoptare non dubitant ac profiteri in ſcriptis editis; uti plurium inſtar, ut ceteros mittam, adferri poteſt *P. Laborde* ex Oratorio Gallicano, denatus an. 1748. Hic enim in gallica diſſertatione *temognage de la verité dans l'Egliſe*, hoc eſt, teſtimonium veritatis in Eccleſia, ad p. 90. 93. & ſaepe alias diſerte adſerit, in corpore fidelium reſidere authoritatem condendi leges, quae conſcientiam ligent, puniendi rebelles, membra putrida reſecandi; immo Epiſcoporum judicia in rebus fidei & morum ab adſenſu corporis fidelium pendere (*).

Poſtremo *Simon Vigorius* nuper adpellatus, is eſt, cui in vulgatiſſimo conciliabulo Burgofontano demandata cura eſt ut primus Hierarchicum ordinem & poteſtatem Eccleſiae convellere ac demoliri conaretur (*m*). Quo quidem munere Vigorius quoad ejus fuit egregie perfunctus eſt, conſcripto commentario, quem modo vidimus pro confirmanda doctrina Richerii, cujus & idem ſtudioſiſſimus ſectator erat & aemulus. Haec autem omnia ſatis ſuperque probant, Janſeniſmum recentiorem confovere in ſinu ſuo Richeriſmum, quem ipſe Richerius meliora ſapiens deteſtatus eſt.

Iis incunctanter adjiciendus *Fauvellius*, gente gallus, opinor, Theologiae Doctor in Univerſitate Cadomenſi: quippe qui in ſcriptis ſuis ad an. 1714. decrevit, Eccleſiam, quod ſit bene ordinata reſpublica, gaudere poteſtate condendi leges: quin immo hanc in oecumenico reſidere Concilio, quod nempe repraeſentat univerſam rempublicam, cui nempe illam detulit Chriſtus Dominus, & a qua eamdem ſummus Pontifex, ceterique Epiſcopi exceperunt. En tibi purum putum Riche-

„ ſub nomine Clavium Eccleſiae, non uni „ aut duobus hominibus, ſed toti Eccleſiae, „ hoc eſt omnibus fidelibus & credentibus „ in Chriſtum Jeſum „ Eam didicimus ex docum. paſtor. *Epiſcopi Luſſionenſis* de an. 1728. Et quidem ſatius eſſet, ipſique multo magis honeſtum ac decorum, inſanum errorem, Richerii exemplo, demiſſe revocare, quam inſolenter recudere ac propugnare cum ſcandalo fidelium.

ADNOTATIO.

(*) Haec ſtolida & perabſurda, pluraque conſimilia ex iniquiſſima diſſertatione, quam evolvere non licuit, protulit, & pro virili profligavit noſter *Daniel* in examine ejuſdem libri, lit. 2. & alibi ſparſim.

De ſatis autem ipſius commentarii haec adcipe ex *Authore* librorum Janſeniſticorum tom. 4. p. 37. ſq.

„ Senatus Pariſienſis peſtiferum opus „ decreto ſuo proſcripſit an. 1715. 21. Fe- „ bruarii. Tum vero Janſeniana factio apud „ eccleſiaſticas Ephemerides diei 25. Maji „ ejuſdem anni exſultabat, tripudiabatque „ ſummopere, quod nec Pontifex, nec ullus Epiſcoporum ſodalis opus percuſſerit. „ Cererum haud longo intervallo ſubſtiterunt tripudia. Nam & Pontifex, & Conventus Cleri Gallicani, & Archiepiſcopus „ Lugdunenſis, & D. de Mailly & Remenſis Archiepiſcopus &c. illud confixerunt.

(*m*) Hoc noſtrum Adſertum in optimo lumine collocavit *Author* Clariſſ. demonſtratae veritatis ejuſdem conventiculi par. 6. quaeſt. 1. in praefat. ex teſtimoniis ab Antonio Arnaldo & Petro Baelio petitis. Ipſe conſulitor.

risſmum. Impiam doctrinam cenſura inuſſit *Ebredunenſis Antiſtes* (*n*) ejuſque author revocare coactus eſt (*o*).

V. *Janſenius Iprenſis* haec in ſacroſanctam Legis materiam edocuit. 1.° Judaeis lex data eſt, & chriſtianis plurimis praecepta injunguntur a ſummo Legislatore abſque ulla ſufficiente, ſeu adjuvante gratia (*p*)... 2.° ſupernaturalis gratia Moſaicae legis ſcopo plane repugnabat (*q*)... 3.° Status ejuſdem legis non adtulit Hebraeis gratiam ſufficientem, ſed potius impedientem; adeo ut non modo lex non adferret juſtitiae facilitatem, quin potius eam difficiliorem effecerit, & quaſi muro quodam interpoſito impoſſibilem (*r*)... 4.° In ea lege ex abſentia gratiae ſufficientis ſuborta eſt impotentia obſervandi Legislatoris juſſa (*s*)... 5.° ejuſmodi legis ſtatus qua talis non fuit juſtitiae ac ſalutis, ſed potius peccati & mortis.

Tum 6.° Legem obſervare intuitu moralis honeſtatis operis praeſcripti, vitioſa ſuperbia eſt, Stoiciſmum redolens (*t*)... 7.° Lex nulla veraciter impletur niſi diligendo (*u*)... 8.° haud impletur lex ex timore poenae, ſed ex amore juſtitiae (*x*)... 9.° Lex Dei impoſſibilia praecipit. Et quidem principio ſunt praecepta quaedam, homini ſecundum ſtatum & vires in quibus conſtitutus eſt, impoſſibilia: deinde non adeſt ſemper gratia, qua poſſimus, hoc eſt qua eadem illa praecepta implere ſufficiant, aut obdurati & infideles, aut etiam fideles & juſti: praeterea haec impoſſibilitas adcedit fidelibus, non modo quum nolunt praecepta facere, ſed etiam quum volunt (*y*). Haec autem omnia compendio exhibet prima ex quinque famoſis Janſenii propoſitionibus.

Sed jam ſatis ſuperque de Erroribus fugiendis: ad Veritates inde recipiendas excurrat oratio.

(*n*) In documento paſtor. ſuper monumento 40. Advocatorum diei 26. Jan. 1731.

(*o*) Haec diſcimus ex *Authore* Bibliothecae Janſeniſticae de an. 1739. t. 2. p. 77. Ubi quidem, ni fallor, heic unice intruſus eſt Fauvelius ob adſertum Richeriſmum, quod hic in dogma intimum Janſeniſticum factioni adoptatum ſit, aut ſine temeritate cenſeatur.

(*p*) L. 3. de grat. Chriſti cap. 5. per tot.

(*q*) Ibidem cap 5. & 6.

(*r*) Ibidem, & lib. 1. cap. 8.

(*s*) In eodem lib. 3 cap. 7. & 8.

(*t*) Ibidem lib. 1. cap. 9.

(*u*) In eodem commentar. lib. 5. c. 1.

(*x*) Ibidem & cap. 3. & 30. & alias.

(*y*) Haec ibidem lib 3. c. 13. totidem fere verbis, & pluribus aucta & confirmata.

CAPUT PRIMUM

De Lege univerſim.

§. I.

Natura, & Varietas Legis.

QUAESTIONES 332 DOGM. SCHOL. QUAESTIO I. Quid eſt Lex? ADSERO. *Eſt commune praeceptum juſtum, ac ſtabile, ſufficienter promulgatum* (*z*). Heinc de ſubſtan-

(*z*) Conſonat vulgo receptae definitioni *S. Th.* 1. 2. q. 90. a. 4.

ſtantia , & formali ratione legis eſt 1.° , quod ſit praeceptum commune , hoc eſt impoſitum hominum multitudini , cum aliqua unione morali congregata (*a*). Quia lex ſemper ordinatur ad bonum commune: ergo communitati imponitur . 2.° quod ſit juſta nempe praecipiat quae poſſint a ſubdito juſte , ac honeſte fieri (*b*) . Nam ex *Aug.* (*c*) *lex eſſe non videtur , quae juſta non fuerit* . Quare debet praecipere poſſibilia cum phyſice , tum moraliter . Quia quum impoſſibile non cadat ſub libertatem , nec cadit ſub legem . Excipe , niſi urgeat bonum commune , tunc enim etiam lex humana obligat cum periculo cujuſvis nocumenti etiam graviſſimi (*d*) .

333 3.° Quod ſit ſtabilis , vel perpetua ſecundum , ſe videlicet ita permanenter ligans , ut ex vi ſuae originis , & conſtitutionis duret ſemper , aut per indefinitum , aut per diuturnum tempus ; adeo ut non deſinat ligare , donec revocetur , vel in cauſſa , ſeu materia ejus ita mutetur , ut juſta eſſe deſinat (*e*) . Quia humana gubernatio , ut ſit utilis , ſtabilitatem poſtulat . Tum communitas , cui lex fertur , de ſe perpetua eſt : perpetuam ergo depoſcit legem . 4.° quod ſit promulgata ſufficienter , nempe eo modo , quo ſingulae reſpective leges publicari debent ut teneant (*f*) . Quia ut teneat regula , qualis eſt lex , oportet , ut quantum eſt ex parte ſua ſit ſufficienter propoſita . Hae vero conditiones praeſupponunt eſſentialiter publicam , & politicam juriſdictionem in ferente legem (*g*) . Quia legislatio eſt potiſſimus actus , quo Reſpublica gubernatur .

334 Ex iis autem 1.° lex eſt menſura quaedam actuum moralium , qui utpote per conformitatem ad illam habent moralem rectitudinem , ſin autem ab ea diſcordent , obliqui ſunt (*h*) . 2.° lex quae aliqua ex iis conditionibus caret , nulla eſt . 3.° non eſt lex conſilium ; hoc enim per ſe nullam coactionem infert , aut obligationem , etſi non ſervetur , ſed potius exhortatio eſt ; neque purum praeceptum , quod non exigit eſſe commune , ac perpetuum , quum imponi poſſit uni perſonae , ac ſecundum ſe morte imponentis deſinat (*i*) .

OBJECTIONES.

335 Obj. *primo* . Lex non debet eſſentia ſua referri ad commune bonum . Nam 1.° permultae leges ad bonum privatum referuntur e. c. lex conſervandi vitam propriam , lex confeſſionis auricularis &c. 2.° leges tributorum non cedunt in bonum commune , ſed potius in privatum Principis . 3.° immo leges aliquae ſunt in publicum incommodum , e. g. ex 1. Reg. 8. *hoc erit jus Regis . . . filios veſtros tollet* &c. 4.° Privilegium

(*a*) *D. Th.* 1. 2. q. 90. a. 2. & q. 96. a. 1. *Suar.* l. 1. de Legibus , c. 6. n. 8. cum communi .

(*b*) Omnes cum *Suar.* c. 9. n. 2.

(*c*) De lib. arb. c. 5.

(*d*) Conf. *Suar.* l. 3. cap. 30. n. 4. *Pal.* heic pu. 16.

(*e*) *Suar.* cap. 10. n. 5. cum *Gloſ. Bartolo* &c.

(*f*) *D. Th.* q. 90. a. 4. *Suar.* c. 11. *Arſdek.* 1. 2. c. 6, *Bec.* p. 2. tr. 3. c. 1. q. 4. n. 2. cum communi .

(*g*) *Suar.* c. 8. n. 2. cum *D. Th.* &c.

(*h*) *Suar.* c. 1. n. 5. ex *D. Th.*

(*i*) Conſule *Caſtrop.* par. 1. tr. 3. de leg. d. 1. pun. 1. *Berti* lib 20. cap. 2. *Juen.* par. 5. diſſ. 1. q. 2. *Salmantic. moral.* t. 3. tr. 11. c. 1.

legium eſt lex, ex cap. *Privilegium* (*k*) & ſolum reſpicit privatam perſonam, cui conceditur.

336 R. *N. Adſ.* Quia lex debet ordinare hominem ad ſuum finem, qui eſt bonum commune; quaelibet enim pars ſuapte natura ordinatur ad totum, homo vero eſt pars communitatis, quae per ſeſe ordinatur ad ſuum bonum, tanquam ad finem ſibi proprium: heinc illud duodecim Tabularum adagium, *ſalus populi, ſuprema lex eſto*. Ad 1. prob: ejuſmodi leges remote, & ratione motivi formalis, aut finis ordinantur in bonum commune; hoc enim illarum legum obſervationem a privatis exigit, ne pereat: & quidem in ratione hujus finis omnes homines communicant.

337 Ad 2. ſatis eſt, ut lex ex ſe tendat ad bonum commune, etſi non tendat ex mente legislatoris. Lex autem tributorum reſpicit ſaltem indirecte bonum commune, quatenus Princeps per vectigalia thesaurum comparat, quo rempublicam conſervet in pace, & in bello defendat. Ad 3. *N. A.* quia ibi (*l*) loquitur Samuel de jure uſurpato, quod ſibi Reges adrogaturi erant contra voluntatem Dei, qui propterea in eos ſevere animadvertit, ut exemplo ſunt Achab & Jezabel. Ad 4. etiam privilegium reſpicit bonum commune, quatenus hoc expetit, ut ſint aliqui privilegiati ob ſua illuſtria merita erga Rempub.

338 Obj. *ſecundo*. Poteſt lex, quin ſit iniqua, praecipere rem moraliter impoſſibilem. Nam lex divina prohibet diabolis, & damnatis peccatum blaſphemiae, & odii in Deum, a quibus tamen abſtinere eſt ipſis moraliter impoſſibile, utpote moraliter coactis ad peccandum.

339 R. *D. A.* poteſt ordinarie, *N.* quia eſſet nimis dura, adeoque injuſta, quae paſſim praeciperet ſumme ardua: in caſu ſpeciali, quo urgeat bonum commune, quod praeferendum eſt cuicumque bono privato, *C.* Heinc potiori quidem jure divinae legi fas eſt eo pacto obligare inimicos ſibi infenſiſſimos: ſed in iis tamen etiam ſic moraliter coactis, reſidet quaedam ſufficientia conſtituens aliquam libertatem, vel abſolutam poteſtatem reſiſtendi peccato. Quid? Quod Deus eſt ſummus creatorum omnium, legumque Dominus.

340 Obj. *tertio*. Lex non requirit perpetuitatem. Nam 1.° lex vetus periit. 2.° Praeceptum a Principe latum ad certum tempus, eſt vera lex, nam ligat ſubditos. R. *N. Adſ.* ſub ſenſu ſupra expoſito. Ad 1. prob: lex vetus fuit perpetua negative, cujuſmodi eſt lex, quae fertur indefinite, & tamdiu duratura, donec per ſe, aut per aliquam circunſtantiam poſitivam definat; non vero poſitive, cujuſmodi eſt lex, vel ex natura ſua, vel per expreſſa verba ſemper duratura, qualis eſt lex Evangelica, quam Chriſtus Dominus tulit, & Apoſtoli promulgarunt. Ad 2. ejuſmodi praeceptum eſſet lex tantum ſecundum quid, & quaſi analogice, ob defectum perpetuitatis etiam negativae.

341 Obj. *quarto*. Promulgatio non eſt de eſſentia legis. Nam 1.° eſt legis, ſeu regulae adplicatio: ergo ſupponit legem jam conſtitutam.

(*k*) Diſt. 3. (*l*) Ex SS. *Clem.* & *Greg.* in eum locum.

tutam: adeoque ſolum eſt conditio, & complementum legis, non eſſentia. 2.° ſaepe etiam qui legem non noverunt, eam tranſgrediuntur, & fiunt legis rei, e. g. legis irritantis contractum, abſque certa ſollemnitate initum. 3.° ad revocationem legis non requiritur promulgatio: ergo nec ad ejus conſtitutionem. R. *N. Adſ.* quia ex *Gratiano* (*ll*) *leges inſtituuntur, quum promulgantur*. Ad 1. prob. *D. A.* eſt adplicatio legis in actu primo adceptae, ſeu ut potens eſt obligare, *C.* in actu ſecundo adceptae, ſeu ut actu obligat, *N. A.* & *Con.*

342 Ad 2. *D. A.* fiunt legis rei, id eſt fiunt inhabiles ad eum contractum, ſine certa ſollemnitate ineundum, vi legis rite promulgatae, etſi non divulgatae, *C.* Nec enim ad eam inhabilitatem inducendam requiritur divulgatio, videlicet quod lex venerit in omnium ſubditorum notitiam, quod ſaepe moraliter fieri nequit. Et vero ad iſtam inhabilitatem incurrendam, nullum requiritur peccatum, ut in ſimili videre eſt, e. c. in irregularitate ex defectu. Secus, *N. A.* & *Con.* Ad 3. *N. A.* nam dum lex non revocatur aut explicite per promulgationem, aut implicite per conſuetudinem, vel legem contrariam, cenſetur perſeverare in ſua prima promulgatione, & obligatione. Id quod perſpicuum eſt in monetae valore (*m*).

343 QUAESTIO II. Quae ſit materia legis? ADSERO 1. lex eſt in ipſis rebus fundamentaliter. Quia eſt in intellectu, & voluntate legiferi tanquam in ſubjecto; in voce, tabulis, & ſcriptura, tanquam in ſigno. II. Objectum legis, ſeu materia, circa quam verſatur lex, eſt actio humana ſubditorum. Quia lex praecipit actiones bonas, prohibet malas (*n*).

344 QUAESTIO III. Quinam legis effectus? ADSERO 1. Finis a lege intentus, eſt ſubditos reddere probos; hoc eſt, vel ſupernaturaliter juſtos, vel ſaltem moraliter honeſtos (*o*). Unde hic eſt quaſi ultimus effectus. Quia bonum ſubditi eſt ſubjici per legem ſuperioris motioni. Deinde proximus legis effectus eſt inducere obligationem, id eſt neceſſitatem moralem operandi, vel non operandi. Quia eſt imperium ab efficaci ſuperioris voluntate obliganti profectum. Immo hic idem ſub aliquo ſenſu dici poteſt adaequatus effectus. Quia omnis obligatio proprie dicta, quaecumque illa ſit, ſemper oritur ex aliqua lege, vel jure, ſeu naturali, ſeu poſitivo (*p*).

345 II. Alii quatuor numerari ſolent, ex *D. Iſidoro* (*q*) ſcilicet, praecipere, id eſt obligatio ad agendum: prohibere, id eſt obligatio ad non agendum: punire, id eſt inflictio poenae, cujus reatum, vel meritum legis

(*ll*) Cap. *In iſtis.* diſt. 4.

(*m*) Lege *Suar.* cit. *Tourn. Continuatorem Petrum Coletum* heic t. 3. tr. 1. c. 1. a. 1. 2. *Gamach.* heic c. 2. 3.

(*n*) Lege *Becan.* heic cap. 1. q. 3. n. 2. & 4.

(*o*) Haec una omnium vox cum *D. Th.* q. 92. a. 1.

(*p*) Conf. cit. *Suar.* l. 1. c. 14.

(*q*) Lib. 5. Etymol. c. 19. ſub init. & l. 2. c. 19.

legis violator incurrit : permittere, id eſt permiſſio non facti, ſed juris, e. g. quo permittitur meretricium ad majora mala vitanda. Ad hos effectus alii plures proprie revocantur (*r*). Ipſi tamen non omnes ſingulis conveniunt legibus, ſed earum collectioni diſtributive. Heinc omnis viator eſt legis jugo ſubjectus, & ita quidem, ſi *Suarezio* (*s*) adhaereas, ut ſubditus quislibet fiat reus coram Deo, ſi eam graviter tranſgrediatur, ex fidei regula.

346 QUAESTIO IV. Quae legis Diviſio? ADSERO. Multiplex. Dividitur 1.° lex in aeternam, vel divinam, quae eſt ratio in mente Dei exſiſtens, Univerſi gubernatrix quoad actus morales totius creaturae rationails, & coincidit cum divina Providentia; ac temporalem, quae in tempore lata eſt. Haec ſubdividitur in naturalem, quae eſt ratio humanae menti inſidens ad diſcernendum honeſtum a turpi, diciturque etiam jus naturale, & poſitivum, quae ab externo Rectore poſita eſt: tum eſt poſitiva divina, quae vel immediate, vel mediate a Deo lata eſt; & poſitiva humana, quae ab hominibus inventa eſt, ac proxime lata.

347 Haec tandem duplex eſt; alia Eccleſiaſtica, vel Canonica, quae in ſacris Canonibus, vel Pontificum decretis maxime continetur; alia Civilis, quae ad rectum Reipub. ſecularis gubernium ordinatur. Ad has ſpecies revocantur plura diviſionum membra, e. g. lex divina vetus, & nova; lex ſcripta, quae ſcribitur, vel ſcribi ſolet & quidem convenientiſſime, tametſi ſcribi nulla lex eſſentia ſua exigat (*t*); & non ſcripta, vel conſuetudo; lex favorabilis, ut privilegium, & odioſa, ut impoſitio vectigalium; jus gentium, quod omnibus fere mundi gentibus convenit, & jus particulare, quod alicui tantum genti, vel Reipub; jus publicum, quod toti alicui regno commune eſt, ac jus privatum, quod non omnibus, ſed alicui duntaxat regni communitati competit (*u*).

348 Et vero quod Ethnicos ſapientes ſpectat, permulta ipſi, & quidem ſapientiſſime de lege poſitiva civili & naturali differuerunt: immo vel ex ipſis ferme mutuati mihi videntur orthodoxi Doctores quidquid in haec argumenta conſcripſerunt, vel ipſorum authoritate tacita, ſeu expreſſa confirmaſſe; quemadmodum *ſuperius* indicavimus (*x*) Ceterum quod ſacroſancta noſtra dogmata circa Leges poſitivas divinas & eccleſiaſticas concernit, nihil apud ipſos reperio: iſtae paganis ſapientibus mea opinione prorſus ignota fuerunt; immo ſiquando in eorum notitiam devenerint, riſu atque deſpectu exceptae ſunt.

OBJE-

(*r*) Ap. *Suar.* c. 17. n. 3.

(*s*) Ap. *Suar.* cap. 18. num. 1. & 3. ex *Trid.* c. 11.

(*t*) Ita *Suar.* c. 11. n. 9. *Bec.* heic tr. 3. c. 1. q. 3. n. 2. *Caſtrop.* heic tr. 3. d. 1. pun. 1. n. 10. & pun. 7. cum *Panormit.*, *Decio*, *Felino*, *Selva*, *Caſtro*, *Turrecrem.* *Coleto* cit. art. 3.

(*u*) Conſule cit. *Suar.* c. 3. & dicenda c. 2.

(*x*) Pag. 207. in Adnotatione, ubi de legibus, quas ipſi condiderunt.

OBJECTIO.

349 Obj. Scriptura eſt de eſſentia legis, ſaltem poſitivae humanae. Nam 1.° ſaepe ejuſmodi lex vocatur *conſtitutio ſcripta*; *& jus, quod ſcribitur* ap. Patres & Philoſophos, & ap. Juriſconſultos *Corpus juris*. 2.° ex *D. Iſidoro* (*y*) in hoc diſtinguimus legem a conſuetudine, quae non ſcribitur.

350 R. *N. Adſ.* quia poteſt lex ſola voce ſatis intimari Communitati. Et ex *Ariſtotele* (*z*) *ſcriptaene ſint leges, aut non ſcriptae, intereſſe nihil videtur*; idemque ex *Cicerone* (*a*) & *Ulpiano* (*b*). Ad 1. prob. ii adſerunt, quod fieri ſoleat, non quod debeat ad intrinſecam rationem legis. Ad 2. hoc inter conſuetudinem, & legem intereſt: quod illa uſu tantum & non ſcripto, iſta etiam ſcripto conſtet, non ſemper, & intrinſece, ſed ut plurimum, & ex adcidenti.

§. II.

De iis, quibus eſt jus condendi legem.

351 QUAESTIO I. Quid poteſtas legislatrix, & quibus generatim competat? ADSERO 1. Eſt facultas cujuſpiam Rectoris, authoritatem, & eminentiam coactivam (*c*) ſuper alios obtinentis, ad publicam eorum gubernationem (*d*). Quia ex *Rom.* 13. *omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita eſt*. Dixi *publicam*, quia talis non eſt poteſtas aeconomica, qua quis gaudet ad regendam aliquam privatam familiam, vel communitatem imperfectam, cui rector legem nequit imponere, ſed ſolum praeceptum, vel conſtitutionem, ex dictis; lex enim ad civile, & politicum hominum ſocialium commercium ordinatur, non ad aeconomicum.

352 II. Convenit tum eccleſiaſticis, tum ſecularibus Principibus, ac Rebuſpublicis. Ita docent *Scripturae*, cum *Matt.* 14. 17. *Act.* 15. 28. & 1. *Tim.* 5. 19. *Rom.* 13. 1. & 1. *Petr.* 1. 13. Ac etiam *CC* cum *Conſtantien.* (*e*) & *Trid.* (*f*). Tum *PP.* cum *Juſtin.* (*g*) *Iren.* (*h*) *Tert.* (*i*) *Athan.* (*k*) *Optat.* (*l*) *Athenag.* (*m*) *Chryſ.* (*n*) *Aug.* (*o*) *Bern.* (*p*). Iis ergo omnibus eſt jus ſubditos ſuis legibus obſtringendi (*q*).

353 QUAESTIO II. Quid de poteſtate legislatrice, quae dividitur in Monarchiam, Ariſtocratiam, & Democratiam: & quaenam ex

(*y*) Lib. 5. Etymol. c. 5.
(*z*) Lib. 10. Ethic. c. 9.
(*a*) Lib. 1. de legib.
(*b*) ff. de lege, ſenatuſque conſultis, & longa conſuet. l. 32.
(*c*) Ex *D. Th.* q. 90. a. 3. & q. 100. a. 9.
(*d*) *Mol.* de Juſt. to. 1. tr. 2. d. 21. cum *D. Th. Navar. Victor*
(*e*) Seſ. 8. & ult. contra errores Wiclef.
(*f*) Seſ. 7. can. 8.
(*g*) Apol. ad Antonin.
(*h*) L. 5. c. 24.
(*i*) Apolog. c. 30.
(*k*) Apol. ad Conſtantin.
(*l*) Lib. 3.
(*m*) Apol. ad M. Aurel. Anton.
(*n*) Hom. 23. in 13. Rom.
(*o*) L. 4. civ. c. 33.
(*p*) L. 3. de Conſid. c. 3.
(*q*) Lege *Vazq.* hic d. 152. per tot.

ex iis ſit praeſtantior? ADSERO 1. Monarchia eſt poteſtas in uno reſidens erga totam Rempub. unde Rex Monarcha adpellari conſuevit. Ariſtocratia eſt poteſtas reſidens in paucis Optimatibus, ut quondam in Triumvirato Romano. Democratia eſt poteſtas reſidens in omni populo, vel ejus loco & nomine in multis plebejis, qui vel Senatores, vel alio nomine, prout Reſpub. inſtituerit, adpellantur. (r) Iſtae poteſtates poſſunt diverſis modis inſtitui: e. g. Reſpublica ex hiſce tribus temperata, vel mixta ex Monarchia & Ariſtocratia, vel ex Monarchia & Democratia, vel ex Democratia & Ariſtocratia. Et ipſae quidem poteſtates generatim a ſuis Rebuſpub. in Rectores dimanant quoad civile gubernium; ſpeciatim vero dimanant ſaepe cum a Jure poſitivo divino, tum a jure belli (s).

354 II. Ex iis praeſtantior dici ſolet Monarchia. Quia ſub ejuſmodi regimine pax, & tranquillitas publica melius conſervatur, minuſque in eo, quam in quovis altero, locus ſeditionibus relinquitur; quum omnis poteſtas ſit conſortis impatiens. Et quidem eo ars perfectior, quo exactius imitatur naturam: in rebus autem naturalibus regimen ad unum reducitur: omnia ſiquidem membra corporis ab uno corde moventur, ac gubernantur; omnes animae potentiae ab una ratione; omnes caeli ab uno mobili; omnes creaturae ab uno Deo (t).

355 QUAESTIO III. Num, & quam legem femina ferre poſſit? ADSERO 1. Poteſt ferre legem civilem (u). Quia femina capax eſt regiae juriſdictionis (x): ergo & dominii in Regnum, adeoque praecipui actus illius, qui eſt leges condere. Idque verum eſt, etſi poſtea nubat viro, cui Regnum jure non competit (y). II. Poteſt ſimpliciter ferre leges eccleſiaſticas. Quia haec non eſt poteſtas ordinis, ſed juriſdictionis, cujus femina minime incapax reperitur ex Jure aliquo. Immo oppoſitum infertur ex textibus, qui ferunt, Abbatiſſas habere adminiſtrationem temporalium, & ſpiritualium, poſſe conferre beneficia, Clericos inſtituere ac ſuſpendere, & alia (z). Quid? quod poteſt femina ferre cenſuras, ex communi ſententia: ergo & leges.

356 Heinc Abbatiſſis, aliiſque Monialium Praefectis conceſſa eſt poteſtas praecipiendi, non ſolum ex voto, & promiſſione, ſed etiam ex Juriſdictione, a Pontifice (a). Et quidem praecipere poſſunt in virtute ſanctae obedientiae, vel in Dei nomine. Quia id petit ſtatus eccleſiaſticus Religionis apud praefectos virorum (b). Ergo & apud praefectas

(r) Ita vulgo definiuntur haec tria gubernationis genera cum *Bellarm.* de Rom. Pont l. 1. c. 1. ſqq. *Suar.* de leg. l. 3. c. 4. *Molina* de Juſt. & Jure tr. 2. d. 23. ex *Platone* in politico & alias, & *Ariſt.* 8. Ethic. c. 10. & 3. politic. c. 5.

(s) Recole *Mol.* cit. ſub fin.

(t) Ita quidem frequentius Theologi & uriſperiti cum laudatis *Bellarm. Suar. Mol.* unt enim vero, qui praeſtantiam deferant Ariſtocratiae: nec quidem improbabiliter.

(u) *Suar.* cit. l. 3. c. 9. n. 8. *Baldel.* in Theol. morali t. 1. l. 5. d. 11. n. 16. in 1. 2. *Pal.* cit. pu. 22. §. 2. a n. 3.

(x) C. *Ex Dilecti.* de arbitr. &c.

(y) Ap. *Authores* citt.

(z) Ap. *Baldel.* cit. d. 6.

(a) *Vazq.* d. 164. c. 4. n. 28. *Pal.* cit. pu. 23. n. 28.

(b) Ap. *Vazq.* proxime cit.

fectas Monialium, quae etiam vere eccleſiaſticae ſunt, & Praelatae. Contra Baldel. cit. (c) qui tandem (d) noſtram amplectitur ſententiam, ſi loquamur de potentia abſoluta.

OBJECTIONES.

357 Obj. contra 1. Adſ. Nequit femina, Regni heres, vel innupta, vel nupta ſit viro, cui Regnum non competit, ferre leges civiles. Nam 1.° Paullus 1. Tim. 1. & 1. Cor. 14. ait, *docere mulieri non permitto, nec dominari viro, ſed ſub illius eſſe poteſtate*: ergo potiori jure non permittet ei ferre leges, qui eſt actus doctrinae, & ſuprcmi dominii, ſupra virorum communitatem. 2.° ex L. *Feminae* (e) faeminae a munere judicis, magiſtratus, & quovis alio publico remotae ſunt; nec ipſae imperare poſſunt (f). 3.° Vir cum ea nuptus, hoc ipſo eſt Rex, & qua talis habetur, obtinetque jure dominii Regnum; nomen autem Regis vacuum non eſt. Idque infertur ex lege Hiſpaniae 9. (g): ergo ipſe, non Regina poteſt leges condere. 4.° Vir quia caput eſt, trahit uxorem ad ſuae conditionis participationem, non contra.

358 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. Paullus ita loquitur non propter incapacitatem feminae, ſed propter honeſtatem, & decentiam, quae frequentius id exigunt, non ſemper; nec enim ullo naturae jure prohibetur, ne Regna Regem creent, cum ea conditione, ut ei poſſit femina ſubcedere. Item loquitur Paullus de ſubjectione feminae in ordine ad uſum matrimonii, & regimen oeconomicum familiae, non in ordine ad regimen civile pro caſu extraordinario.

359 Ad 2. lex illa loquitur de femina vulgari, non de praecellenti, uti eſt Regina heres, quae eſt ſupra omnem legem. Quid? quod ea lex ab contraria alia legitime interdum irritatur. Ad 3. vir ille ſolum eſt Rex quoad dignitatem, & honorem, non quoad jus, quod ſine Regni conſenſu alienari nequit. Idque ita limitare videtur objecta lex Hiſpanica. Ad 4. Regina, utpote perſona excellentiſſima, ad ſe virum trahit, illum efficiendo ſui Regni, nominis, & honoris participem (h).

§. III.

De iis, qui lege obligantur.

360 QUAESTIO I. Quinam generatim lata per legitimum Rectorem lege teneantur? ADSERO. Univerſi homines, nec improbi modo, aut pagani, ſed & Chriſtifideles etiam Juſti, & perfecti omnes, quamdiu hanc vitam mortalem agunt. Fide ſanctum. Conſtat ex *Scripturis*, cum *Matthae.* 28. 20. *Joan.* 15. 10. *Rom.* 3. 31. & 13. 1. *Hebr.* 13. 17.

(c) Num. 3.
(d) Num. 11.
(e) ff. de Reg. jur.
(f) Ex C. *Mulierem*, 33. q. 5.
(g) *Tit.* 1. p. 2.
(h) Conf. *Suar.* l. 3. c. 9. a n. 7. *Vazq.* heic d. 153. c. 3. a n. 33.

Tum ex *PP.* cum *Chryſoſ.* (*i*) *Tert.* (*k*) *Aug.* (*l*). Quibus adde *Trident.* (*m*).

361 QUAESTIO II. Num legislator ſua lege teneatur? Dupliciter obſtringi poteſt: 1.° ad culpam, 2.° ad poenam. Prima obligatio vocatur directiva; quia lex dirigit quid faciendum eſt: Secunda eſt coactiva, quia legislator cogit ad legis obſervationem ſub paenae interminatione. ADSERO I. Nunquam tenetur obligatione coactiva. Quia eſt ſuperior ipſa lege: ac nemo a ſe ipſo cogi poteſt (*n*). Omnis vero legislator tenetur obligatione directiva, quando materia eſt ipſi communis, & eſt pro ipſo eadem legis ratio, ac pro aliis (*o*). Quia indecens eſt, legislatorem non ſeſe conformare ſuis ſubditis, ac unum praedicare verbo, aliud exemplo docere.

362 II. Haec obligatio directiva non oritur ex lege, qua ceteros obſtringit, ſed ex lege aliqua naturali e. c. dictante, caput debere membris conformari (*p*). Quia ſi par in parem nequit habere poteſtatem (*q*) potiori jure nequit idem in eundem. Tum quia nequit quis in ſe ipſum exercere imperium morale, quod inducit obligationem moralem, quemadmodum nequit ſe ſibi obligare per contractum e. g.; quia ad hoc neceſſario requiritur alteritas, ut vocant, ſeu diſtinctio: ergo nequit lex per ſeſe, ac directe obligare Principem etiam ad culpam, adeoque aliunde peti debet radix, & origo ejuſdem culpae.

OBJECTIONES.

363 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Tenetur etiam legislator obligatione coactiva. Nam 1.° ſaepe in Jure dicitur, Principem teneri ſuis legibus (*r*). 2.° lex habet in legislatore effectum virtutis coactivae, quum iſte effectus contineatur tacite in virtute directiva legis: adeo ut haec quantum eſt ex ſe reddat tranſgreſſorem ſuae obnoxium poenae, etſi haec ex adcidenti nequeat exſequutioni mandari. 3.° vis directiva, ſine coactiva nimis infirma, & inefficax eſt: ergo ex natura rei nequeunt in lege ſeparari.

364 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: illa jura ſolum probant obligationem quoad vim directivam, ſeu in conſcientia; & quidem per ſe ſub levi; nec enim eſt fundamentum ad adſtruendam obligationem ſub gravi. Ad 2. in primis haec falſo ſupponit, legem Principis iſtum directe, ac ratione ſui conſtringere obligatione directiva. Deinde *N. Adſ.* cum prob. Coactio ex ſua ratione petit diſtinctionem inter agens inferens coactionem, & qui eam patitur: unde nequit lex Principis eum reddere ſuae obnoxium poenae. Ad 3. *N. A.* & *Con.*; quia plures ſunt leges, quae nullam tranſgreſſori poenam inducunt; & forte ſi perduraſſet

(*i*) Hom. in 13. Rom.
(*k*) Lib. de pudicitia.
(*l*) De grat. & lib. arbitr. c. 12. & de Grat. Chriſt. c. 8.
(*m*) Seſ. 6. cap. 11. & can. 20.
(*n*) *D. Th.* q. 96. a. 5.
(*o*) *D. Th.* ibid. *Suar.* l. 3. c. 35. n. 4.
(*p*) *Pal.* cit. pu. 24. n. 3. *Baldel.* cit. d. 29. a n. 1. contra Suar. n. 8.
(*q*) Ex C. *Innotuit.* de election.
(*r*) Conſtat ex L. *digna vox.* C. de legibus, C. *Quum omnes.* de conſtitut. L. *Imperfecto.* C. de teſtam. C. *Non liceat Papae.* 12. q. 1. &c.

raſſet Innocentiae ſtatus, plura fuiſſent praecepta humana obligantia, nullum tamen coegiſſent per poenas (s).

365 Obj. *ſecundo* contra 11. Adſ. Obligatio directiva in Principe oritur directe, & proxime ex lege, qua ſubditos adſtringit. Nam 1.° Princeps fert legem ut Miniſter Dei, a quo poteſtatem adcipit: ergo qua talis poteſt per legem eſſe ſuperior ſui, quatenus eſt pars ſuae Reipub. 2.° non aliter Deus ei confert poteſtatem, quam ſub conditione, quod ipſe ſua lege obligetur; quod plane comprobant rationes extrinſecae, ob quas oportet, Principem ſua lege obligari: adeo ut Deus quaſi tacite eum admoneat illud canonis, *patere legem, quam ipſe tuleris*, ex quo principio radicaliter provenit obligatio, formaliter vero ex lege lata. 3.° ſaltem Principes, qui facultatem condendi legem adceperunt a populo, adceperunt ſub tacita conditione, quod ipſa lege obligentur: unde Imperatores Romani ita viſi ſunt obſtricti uſque ad Veſpaſianum, quem primo Romanus Populus a ſuis legibus abſolvit.

366 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. A.* ut Miniſter Dei, id eſt ut Caput Reipub. *C.* ſecus, *N. A.* & *Con.* quia pars quae eſt caput, nequit eſſe ſuperior, aut inferior ipſi capiti. Ad 2. *N. A.* Rationes illae ſunt intrinſecae, utpote conſtituentes legem naturalem reflexam, inducentem proxime eam, quam intendimus, obligationem. Ad 3. ſi ſub ea conditione conferatur a populo poteſtas legislatrix, Princeps ſub ea ratione non erit ſupremus dominus, nam erit infra legem, eique ſubditus. Ita apud Romanos eveniſſe probat abſolutio Veſpaſiano conceſſa. Verum non eſt ratio, cur idem evenerit apud ceteras Reſpub. quae ſupremam poteſtatem legislatricem in Principe agnoſcunt (t).

367 QUAESTIO III. An teneatur lege Principis ejus uxor, filii, conſanguinei? ADSERO 1. Ex natura rei tenentur etiam quoad obligationem coactivam; lex enim fertur indiſcriminatim ad omnes ſubditos, & omnes ligat; ipſi vero ſimpliciter ſubditi ſunt (u). 11. Uxor a poena legis exemta praeſumitur beneficio Principis, qui eadem privilegia illi indulget, quae ipſe retinet (x). Non ita filii, & conſanguinei, de quibus ne quid ſimile conſtat.

368 QUAESTIO IV. Num poſſit ſubditus contra legem materialiter peccare? NEGO (y): unde infertur, non dari peccata materialia. Ratio, quia materiale peccatum, ſi daretur, tunc contingeret, quando quis legem ex ignorantia violaret; at haec violatio impoſſibilis eſt. Quoniam lex, quae neſcitur, non obligat, & quae non obligat, non eſt lex; haec enim dicitur lex a ligando (z); non autem ligat quae non obligat: ergo a neſciente illam nec formaliter, nec materialiter violari po-

(s) Conf. *Suar.* l. 3. c. 35. a n. 16.

(t) Conſulendi *Azor* Inſt. mor. t. 1. l. 5. c. 11. q. 1. & *Vazq.* heic d. 167. c. 3.

(u) Ita vulgo Doctores apud & cum iis, quos proxime laudavimus.

(x) Ex L. *Princeps.* ff. de legibus.

(y) Cum *Caram.* Theol. fund. t. 1. l. 1. fundam. 19. n. 676.

(z) Ex *D. Th.* q. 90. a. 1.

poteſt; lex enim, quae non eſt, violari nequit. Hypotetice vero infringi poterit lex, id eſt quatenus infringeretur formaliter ſub hypotheſi, quod violaretur materia legis, ſi ſufficiens ejus notitia adeſſet (*a*).

§. IV.

De Interpretatione, Diſpenſatione, Ceſſatione legis.

369 QUAESTIO I. Quid de *Interpretatione*? ADSERO I. Ea eſt declaratio legis, ubi dubia ſit. Triplex eſt, ſcilicet authentica, vel juridica, quae ſit authoritate potentis legem condere; vulgaris, quae ipſo ſit uſu, ac conſuetudine; doctrinalis, quae ſit per doctrinam Interpretum, & Doctorum (*b*). Ex iis prima, & ſecunda vim legis habent; tertia ſummae authoritatis, ſi DD. omnes in idem conveniant, praecipue ſi *AA.* in exponenda lege adtendant, ut par eſt, ad intentionem legislatoris, ſimulque ad verba, & rationem legis (*c*).

370 II. Nunquam ſane lex ob ſolam ſimilitudinem, vel identitatem rationis extendenda eſt ad alium caſum, qui ſub lata verborum forma non fuerit comprehenſus (*d*). Quia ratio legis non eſt lex: ergo licet in alio caſu eadem ſit ratio, non proinde eadem eſt lex. Sed limita cum *AA.* citatis. III. Reſtrictio legis fieri debet ad vitandam injuſtitiam, vel aliam abſurditatem in ipſa lege. Quia haec ita intelligi debet ex mente legislatoris facta, ut ſit juſta, & nullum abſurdum creet. (*e*).

371 IV. Huc revocatur Epikia, vel aequitas, id eſt benignitas Juris & Juſtitia dulcore Miſericordiae temperata (*f*), quando ſcilicet judicatur prudenter, in caſu peculiari legem non obligare, licet alioqui verba legis ſint univerſalia, ac eum comprehendere videantur (*g*). Quia lex ſolum eſt pro contingentibus plerumque, non pro ſingulis, quae pro infinitis propemodum caſunm circunſtantiis eveniant, oportet. Ideo ex natura rei in lege humana, ut juſta ſit & rationabilis, ſubintelligitur illa conditio, vel exceptio (*h*).

OBJECTIONES.

372 Obj. *primo* contra II. Adſ. Licet ratio ſola non ſit lex ſine voluntate, tamen eſt ſignum voluntatis, tum maxime quum in lege exprimitur, ergo tunc peraeque extenditur voluntas, lex, ac ratio: unde ex ratione ſuboritur interpretatio, non tantum pure extenſiva, ſed etiam comprehenſiva. *Secundo*. Ratio legis, praeſertim expreſſa in lege, indicat, ex intentione legislatoris prohiberi aliquid, non quatenus materialiter tale eſt, ſed ut ſubeſt tali rationi, ac ſubinde prohiberi quidquid

(*a*) De Advenis, Peregrinis, Pueris, Ignorantibus, quo pacto teneantur legibus, plura ap. chriſtianae Ethices Authores.

(*b*) Legito *Suar.* l. 6. c. 1. n. 1.

(*c*) Recole laudatos *Suar.* & *Azor* cum *Palao* d. 5. pu. 9. §. 3. & *Bandel.* d. 47. n. 7. qui & ipſi regulas dabunt.

(*d*) *Suar.* c. 3. a n. 4. *Pal.* cit. §. 4. n. 2.

(*e*) *Suar.* c. 5. n. 3.

(*f*) Ex *Jo. Andr.* ap. *Suar.* c. 6. n. 5.

(*g*) Conſentiunt plerique omnes probe ſapientes cum *D. Th.* q. 96. a. 6.

(*h*) Vide ſis cit. proxime *Suar.* cap. 6. num. 7.

quid eam rationem peraeque induit: ergo tum legis disposítio tam universalis est, quam ejus ratio. Heinc *tertio*. Decisio unius casus per sententiam Principis, censetur habere vim pro omnibus similibus, quia nimirum casus ille particularis materialiter sumtus censetur esse tanquam exemplum, in quo ratio decisionis exercetur; vera siquidem ratio est quae fundat decisionem, atque adeo ipsa censetur esse universalis pro casibus similibus: ergo idem est cum proportione adcommoda in quacumque lege.

373 R. Ad *primum*. Ratio est signum duntaxat honestatis, vel utilitatis, quam legislator in certa materia respicit, ut in illa per legem inducat necessitatem: voluntas vero pro sua libertate potest circa unam materiam disponere, & non circa aliam, esto similis in utraque ratio reperiatur, quia fortasse non expedit in omnibus disponere vel quia placet legifero suo arbitrio uti. Id quod aperte constat in legibus poenalibus. Ad *secundum N. A.* universaliter acceptum; quia lex omnino pendet a voluntate. Et *C.* solum pro casu, quo ratio legis sit adeo intrinseca, & universalis ad casus omnes, qui ex vi illius in lege comprehendi dicuntur, ut in ea necessariam habeant connexionem in ordine ad justitiam, & prudentiam legis, adeo ut sit contra rationem in uno casu ob eam rationem disponere, & non in aliis eandem rationem peraeque participantibus. Heinc ad *tertium*: illa solum valent pro aliis casibus, quibus prorsus inhaeret praefata ratio legis adeo intrinseca; quia aliter putaretur legifer irrationabiliter velle, & agere (*i*).

374 QUAESTIO II. Quid de *Dispensatione*? ADSERO I. Est legis humanae relaxatio (*k*). Eam probat usus, & humanae administrationis conditio. Unde a *Gelasio P.* vocatur moderatio, ac temperamentum canonum paternorum (*l*). II. Legislator potest se ipsum in lege dispensare (*m*). Quia aequum est ut qui dispensat pro aliis, non sit deterioris conditionis; tum ut qui se lege illigat, possit se relaxare. Sic enim Superioritas, quae primario, ac directe est potestas pro aliis, est secundario, & indirecte potestas pro se; quia eadem natura, quae petit, eum lege sua teneri, petit etiam, posse interdum ab ea relaxari, si adsit justa causa; non autem si ista desit (*n*). Nequit enim se dispensare a lege naturali, a qua obligatur directe ad servandam suam legem, quousque persistat.

375 III. Dispensatio sine causa in lege superioris invalida est (*o*). Quia nequit praesumi de superiore, quod velit dispensationem suae legis absque causa. Est tamen valida, si fiat in lege propria, etiam sine causa

(*i*) Conferendi prae primis in hanc rem *Suar.* lib. 6. cap. 3. *Pala.* cit. heic tract. 3. d. 5. pu. 3. §. 4.

(*k*) *Suar.* c. 10. n. 7.

(*l*) C. *Necessaria rerum dispensatione* 1. q. 7.

(*m*) Adsentitur communis opinio cum *Baldel.* d. 48. n. 10. *Arsd.* heic c. 6.

(*n*) Ap. *Suar.* c. 19. n. 17. & 18. ubi admittere videtur nostrum Adsertum numeri 362. quod ipse impugnarat l. 3. cap. 35. a num. 8.

(*o*) Tenent vulgo Theologi & Canonistae cum *Vazq.* cit. d. 178. c. 3. n. 17.

cauſſa (*p*). Quia lex omnino dependet a propria voluntate: ergo ſicut potuit illam non ferre, poteſt & ipſam pro libito tollere. IV. Haud repugnat tacita diſpenſatio in lege tum propria, tum ſuperioris (*q*). Quia ut plurimum voluntas tacita tantum valet, quantum expreſſa, ubi alioqui nec verba, nec certa forma eſt neceſſaria (*r*). Cujuſmodi eſſet e. c. ſi quis vidente Praelato, & non impediente, nec puniente, quum poſſet, legem tranſgrederetur.

OBJECTIONES.

376 Obj. *primo* contra III. Adſ. lex injuſta nulla eſt; at diſpenſatio Superioris abſque cauſſa, eſt injuſta, immo *crudelis diſſipatio*, potius quam diſpenſatio (*s*): pariter ergo nulla eſt. *Secundo*. Ejuſmodi actio excedit poteſtatem diſpenſantis; hic enim qua talis non operatur ut dominus, ſed ut diſpenſator fidelis, & prudens; quippe cui dedit Deus poteſtatem ad aedificationem Reipublicae non ad deſtructionem juſtitiae, ex 1. Cor. 10: ergo & actus ſine poteſtate fit, adeoque nullus. Heinc Papae diſpenſatio in lege canonica, nulla eſſet, ut cenſent aliqui (*t*).

377 R. Ad *primum*. *C. Ma.* Et *Perm. Mi.* Et *N. Con.* quia multa injuſte fiunt, quae tamen facta tenent, donec annullentur, ut iniqua legis abrogatio, injuſta electio digni, praetermiſſo digniore &c. Quod ſi diſpenſatio ita injuſta ſit, ut ex ea laedatur proxime juſtitia commutativa in damnum tertii, tunc nulla eſt, quia nequit ipſa facultatem praeſtare ad actum injuſtum. Ad *ſecundum*. *N. A.* cujus adj. prob. nihil evincit; quia alioqui nec ulla adminiſtratio illicita Sacramentorum valida eſſet, nec ulla item lex, quae a principio ferretur, aliquem a legis vinculo indebite excipiendo. Eſt Princeps dominus ſuae voluntatis, quatenus ipſi conceſſum eſt, ut poſſit velle, aut nolle uti ſua juriſdictione erga ſubditum abſque praejudicio tertii. Heinc *N.* adj. ſequelam (*u*).

378 QUAESTIO III. Quid de *Ceſſatione*? ADSERO I. Eſt deſitio, vel finis Legis, quae deinceps deſinit obligare; & quidem vel ſecundum aliquam ſui partem, ac dicitur Derogatio; vel prorſus ſecundum ſe totam, diciturque Abrogatio (*x*). Saepe licita, & valida eſt ejuſmodi ceſſatio, quae vel a conſuetudine, vel a ſupremo Principe induci poteſt, vel per legem contrariam, vel alio ſigno; tametſi legum correctio vitanda ſit, quantum fieri poteſt. Et quidem a Deo lex vetus abrogata eſt.

379 II. Fas eſt Principi valide legem abrogare abſque cauſſa. Quia plus poteſt quoad leges tollendas, quam quoad ſtatuendas (*y*). Multo enim difficilius eſt imponere, quam tollere Leges. III. Ceſſante penitus cauſſa, aut fine legis duntaxat negative in aliquo particulari, ceſſat

(*p*) Plerique omnes Doctores cum *Baldel.* d. 52. n. 9.

(*q*) Vulgo Theologi adverſus pleroſque Juriſperitos ap. *Suar.* cit. c. 13. n. 11.

(*r*) L. *Qui ad certum*. ff. de locat.

(*s*) Ap. D. Bern. l. 3. de Conſid. c. 4. fin.

(*t*) Ap. *Suar.* l. 6. c. 19. n. 5.

(*u*) Recole *Suar.* cit. l. 6. c. 19. a n. 7.

(*x*) Lege *Baldel.* d. 53.

(*y*) Vide ſis *Suar.* cit. c. 25. n. 10.

fit pro ipso lex (z). Quia ita cessante causa legis in tota communitato, cessat lex pro tota ipsa (zz): pariter ergo.

CAPUT SECUNDUM

De Lege speciatim.

§. I.

De Lege aeterna, Lege naturali, Jure Gentium.

380. QUAESTIO I. Quid de *Lege aeterna*? ADSERO 1. Proprie talis dicitur, quatenus est divinum Decretum, quo Deus ab aeternitate praecipit alios actus morales creaturae rationali liberae, & alios prohibet, pro tempore exstituros. Quia Deus ab aeternitate constituit e. g. hoc praemium pro tali merito, vel illud supplicium pro tali demerito: ergo creatura eliciens hoc meritum, aut illud demeritum, statim sinceae Dei legi subjicitur. Proprie, inquam, subjicitur quoad omnes suos actus morales probos, improbos, & indifferentes; quia ii omnes, vel propter ipsos met, vel propter modum eos exercendi, sub legem praedictam cadunt (a). Deus autem huic suae legi non subest, quum sit idem cum lege (b).

381. II. Est de se nata obligationem inducere; actu tamen non obigat ex aeterno, sed in tempore, quum scilicet innotescit per legem aliam, vel divinam e. c. per revelationem internam, vel per auxilium naturale; tunc autem obligatio oritur proxime a Deo, quin aliapromulgatione opus sit; vel per humanam debito modo adplicatam, tunvero nascitur obligatio proxime ab humano legum latore, mediate, ac idicaliter a Deo, seu a lege aeterna, a qua lex omnis promanat, habetue vim obligandi tanquam ejus participatio. Heinc lex aeterna non est er se ipsam nota hominibus in hac vita, sed vel in aliis legibus, velper illas (c). Quae tamen omnes ab illa derivantur (d), quam proterea nuncupavit *Aug.* (e) *legem omnium artium*.

OBJECTIONES.

382. Obj. *primo*. Lex aeterna est solum improprie, ac metaphorice lex. Nam 1.° non fuit ab aeterno promulgata; at lex dicit essentialter promulgationem. 2.° lex est actus veri dominii, & jurisdictionis; tqui ab aeternitate non fuit dominium, & jurisdictio, quum nullus uerit, cui Deus dominaretur. 3.° lex aeterna non minus gubernat creaturas irrationales, quam rationales; at illae non subsunt legi proprie lictae: ergo nec istae.

R. N.

(z) Ita statuimus alibi, cum multis *A.* contra Suar. cit. cap. 9. n. 26.

(zz) Ap. ipsum *Suar.* ibid. num. 3. cum vulgatissimo Doctorum adsensu.

(a) Consonat laud. *Suar.* l. 2. a cap. 1. ad 4. ex *D. Th.* q. 93.

(b) Idem adnotavit cit. *Becan.* tr. 3. c. 2. q. 2. n. 5.

(c) *Suar.* cit. c. 4. n. 9. & 10.

(d) *Bec.* cit. q. 3. n. 3.

(e) De vera Relig. c. 31.

383 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. Mi.* lex obligans in actu primo prout eſt in ſola mente, ac decreto legislatoris, *N.* lex obligans in actu ſecundo, adeoque ſubditis intimata, *C.* Sub primo ſenſu intelligitur lex aeterna; ſub ſecundo leges aliae, de quibus agimus. Ad 2. lex in actu primo eſt actus dominii, & juriſdictionis in potentia, qualis eſt lex aeterna; lex in actu ſecundo eſt actus dominii, & juriſdictionis actualis, qualis eſt reliqua legum caterva. Ad 3. *N. Ma.* quia per legem gubernat Deus rationales, irrationales per Providentiam, quae metaphorice lex eſt; etenim Providentiae, & legis conceptus diſtinguuntur formaliter in Deo.

384 Obj. *ſecundo*. Deus legi aeternae ſubjicitur. Nam 1.°. tenetur ei ſe conformare, optime agendo, & non peccando. 2.° tenetur ad beandum filios adoptivos. 3.° nequit ſuo decreto reſiſtere: ergo decretum habet vim legis comparate ad divinam voluntatem. R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. ad id tenetur, non ex vi legis, ſed ex neceſſaria ſuae eſſentiae perfectione. Ad 2. tenetur ex pacto, & fidelitate, non ex lege, quae ſibi repugnat. Ad 3. nequit decretum mutare, non ex lege prohibente mutationem, ſed ex natura rei, nam alioqui ſimul vellet, & nollet efficacitet idem abjectum, & ex intrinſeca ſuae eſſentiae immutabilitate (*f*).

385 QUAESTIO II. Quid de *Lege naturali*, quam etiam in ſtatu naturae integrae obtinuiſſe, adpoſite urgetur adverſus *Guilielmum de Muelen* proteſtanticum (*g*)? ADSERO 1. Eſt formaliter vis, vel lumen quaſi habituale, quod ſibi congenitum, connatumque habet in corde ſcriptum natura rationalis ad diſcernendum inter operationes primae regulae morum, ſeu Deo tanquam ſummo Bono conſentaneas, vel diſſentaneas, (*h*). Quia effectus legis naturalis, e. g. dirigere, obligare, conſcientiam regere, proveniunt proxime a dictamine rationis, quod eſt proxima regula intrinſeca humanorum actuum. Dixi *lumen quaſi habituale*, quia non eſt proprie habitus, ſed proxima diſpoſitio, qua homo opportunis temporibus naturaliter inter bonum, & malum recte diſcernit.

386 II. Eſt proprie lex. Quia non tantum indicat quid agendum, aut cavendum ſit, verum etiam tanquam praeceptum, vel prohibitum a Deo, qua naturae rationalis Author eſt ac Gubernator, qui ſua lege addita praecipit, vel prohibet eundem actum intrinſece bonum, vel malum; ſiquidem plura prohibentur quia mala: ergo nequeunt primam rationem malitiae deſumere a prohibitione (*i*).

387 Heinc 1.° haec lex eſt divina; quia ab uno Deo procedit 2.° ipſum rectae rationis judicium, homini naturaliter inditum, eſt de

ſe

(*f*) Conf. *Suar.* l. 2. c. 1. 2. 3. *Bertius* heic l. 20. c. 3. *Collet.* heic c. 2.

(*g*) A noſtro *Ignat. Schwarz* in inſtit. Jur. publ. in prolegom. inſtruct. 2. pag. 20. col. 2. cum *Thomaſio* etiam proteſtantico.

(*h*) *D. Th.* q. 94. a. 1. & 2. *Suar.* c. 5. n. 9. cum communi contra Vazq. Conf. *Ignat Schwarz* in inſtitut. Juris univ. nat. par. 1. tit. 2 pag. 129.

(*i*) Conſentit *Suar.* c. 6. n. 5. & 11. ex *D. Th.* &c.

ſe ſufficiens intimatio divinae legis, ſignumque conſpicuum efficacis Dei voluntatis obligantis, quin ulterior ejus promulgatio requiratur. 3.° complectitur pro materia quaelibet principia, vel praecepta moralia, quae habent evidentem honeſtatem rectitudini morum eſſentialem, ſimulque concluſiones omnes ab iis principiis neceſſario deductas (*k*). 4.° duos habet effectus: alterum proximum, & per ſe nempe obligationem in conſcientia, proxime profluentem ex lumine naturali: alterum remotum, & ex adcidenti, nimirum obligationem in conſcientia, procedentem proxime a lege poſitiva divina, vel humana, & remote a lege, aut lumine naturali, dictante aliam legem obſervandam eſſe.

388 5.° Una eſt, & eadem in cunctis hominibus, & ubique gentium. Quia eſt veluti proprietas conſequens ſpecificam naturae humanae rationem, quae eadem eſt in cunctis individuis. Idem dic de omni tempore, & quocumque ſtatu naturae (*l*). Quare immutabilis eſt ab intrinſeco (*m*), ſi maneat natura rationalis rationis compos & libertatis: adeoque eſt indiſpenſabilis tum ab homine (*n*), tum a Deo, vel ne quidem de potentia abſoluta (*o*). Neque proprie per Epikiam interpretari valet (*p*), ſcilicet quatenus nequit emendari, quum poſita ſit in ratione, quae a vero deficere neutiquam poteſt.

389 III. Nequit haberi ignorantia invincibilis circa prima principia legis naturalis, nec circa concluſiones ex illis proxime, ac manifeſto deductas; ſecus circa alias concluſiones, remote, ac obſcure petitas ex illis principiis naturalibus (*q*). Ratio 1. partis; quia in illis quiſquis ratione utitur, ſtatim videt, quod principia, & concluſiones ſint rectae rationi conformes, vel difformes. Ratio 2.; quia aliqua requirunt multam conſiderationem circunſtantiarum, quae ita ſunt de lege naturae, ut egeant ſtudio, & ſapientum diſciplina: ergo qui inſtructus non eſt, poteſt ſimilia invincibiliter ignorare, ne multos paſſim ignorantes damnemus (*r*).

OBJECTIONES.

390 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Omnis lex ſita eſt in imperio, & actuali dictamine rationis: ergo lex naturalis ſita eſt formaliter in actu, non in potentia, ſeu in lumine quaſi habituali.

391 R. *D. A.* lex in actu ſecundo dirigens, & obligans ad actum determinatum, *C.* lex in actu primo, ſpectata in genere habitus, & ſumta pro principio expedito habitualiter ad eliciendum dictamen rationi naturali conſentaneum, *N. A.* & *Con.* Lex naturalis, ſeu lumen mentis in via, ad formanda dictamina naturaliter bona ſe habet inſtar

(*k*) *Suar.* c. 6. 7. 9.

(*l*) Ita vulgo Doctores cum *D. Th.* q. 94 a. 4.

(*m*) *Suar.* c. 13. n. 2. cum *D. Th. Bec.* c. 3. q. 3. n. 3. &c.

(*n*) *Suar.* c. 14. n. 5.

(*o*) *Suar.* c. 15. n. 16. cum *D. Th. Sot. Bec.* cit. q. 4. n. 5. &c.

(*p*) *Suar.* c. 16. n. 7. contra alios.

(*q*) Satis frequenter apud Authores cum *D. Th.* q. 100. a. 1. *La Cr.* de leg. n. 720. &c.

(*r*) Legitor *Berti* cit. l. 20. c. 4. & 5. & cit. *Schvvarz* par. 1. tit. 2. inſtruct. 2. §. 3. p. 119. & 141. ſqq.

luminis gloriae in Patria ad eliciendam viſionem beatam. Eſtque permanens, quum ab Scripturis, & PP. dicatur eſſe ſcriptum in cordibus noſtris; ad eum modum, quo lex humana, non modo prout eſt actu judicium legislatoris, aut ſubditi, ſed etiam prout eſt permanens ſignum in aliqua ſcriptura, aptum ad excitandum illud judicium, lex nuncupatur.

392 Obj. *ſecundo*. Ex PP. Aug. (*s*) & Lactan. (*t*) lex naturalis eſt *lex Dei*, *ſancta* eſt, & *coeleſtis*; iſtae ſunt proprietates legis aeternae: ergo eadem eſt cum lege aeterna.

393 R. Lex aeterna iſtas retinet proprietates per eſſentiam, & ſubjective; ac naturalis eſt ſubjective, & per eſſentiam lex hominis, utpote menti humanae indita: dicitur deinde lex Dei, quia a Deo, tanquam ab Authore naturae promanat; ſancta & coeleſtis objective, quia quod ab ea praecipitur, idem eſt quod praecipitur ab aeterna: re igitur ambae differunt.

394 Obj. *tertio* contra II. Adſ. Lex iſta non eſt proprie lex. Nam 1.° non poſſet eſſe niſi a Deo; at licet ſit a Deo tanquam a cauſſa efficiente, non vero tanquam a legislatore, quia tantum indit naturae principia, quae indicant, quid ſit ipſi bonum, quid malum: ergo. 2.° principia hujus legis ſunt neceſſaria, & ſubſequuntur ſuapte natura intrinſecam rerum bonitatem, & malitiam: adeo, ut etiamſi Deus deficeret, aut etiam non praeciperet, nec vetaret, eadem principia ſubſiſterent, quia ſemper furtum e. c. eſſet malum, & fugiendum. Sed lex propria, & praecipiens non eſt, abſque praecipientis voluntate.

395 R. *N. Adſ.* quia de illa tanquam de lege propria loquuntur, & ſentiunt omnes Patres, Theologi, & Philoſophi (*u*), quare contradictionem implicat illam indicare modo, non praecipere. Ad 1. prob. *N. Mi.* etenim ex *Aug.* (*x*) *quis legem naturalem in cordibus hominum ſcribit, niſi Deus?* ad quem nempe pertinet ejuſmodi ſcriptio, & legislatio, ratione ſuae providentiae erga creaturas rationales. Heinc peccatum contra legem naturalem ex Scriptura, eſt poena dignum, quia eſt contra voluntatem divinam, ſcilicet praecipientem. Unde dixit *Anſel.* (*y*) *quicumque legem naturalem obviat, Dei voluntatem non ſervat*. Principia ergo quae indicant quid ſit bonum, quid malum, illud ſimul praecipiunt, & iſtud vetant.

396 Ad 2: illa principiorum neceſſitas, & naturalis ſubſequutio provenit a perfectione divinae voluntatis, quae neceſſario ſibi complacet in actu intrinſece bono, uti diſplicet in malo: unde ex ſuppoſitione inordinationis naturae rationalis in ſuum finem, debuit illam offendere complacentiam, bonum praecipiendo, ac diſplicentiam malum vetando. Deficiente Deo, qui eſt prima Regula morum (*z*) pariter

(*s*) L. 2. confeſ. c. 4.
(*t*) L. 2. inſtit. c. 8.
(*u*) Ap. *Suar.* cit. l. 2. c. 6. n. 6.
(*x*) Ser. 55. de verb. Dom.
(*y*) Lib. de Volunt. Dei.
(*z*) Ex *infra* dicendis Par. III. ubi de Actu humano.

riter deficeret omnis actuum moralitas. Deo non praecipiente, aut non vetante, deficerent principia practica quoad exſiſtentiam, quia nec eſſet unde ipſa orirentur, nec poſſet creaturae rationali adplicari prima Regula morum per divinam voluntatem, quam non agnoſceret; ac ſubſiſterent modo principia ſpeculativa quoad ſui quidditatem, cujus nempe veritas a Deo non dependet (*a*).

397 Obj. *quarto*. Lex iſta mutabilis eſt. Nam 1.° ſicut jus naturale ſumit ſpeciem ex materia, ita ipſius conditionem participat, & imitatur; at res humanae, quae ſunt juris naturalis materia, mutabiles ſunt. 2.° lex iſta praecipit, ut depoſitum reddatur domino petenti, ut ſervetur ſecretum, ne perimatur innocens, ne frater cum ſorore nubat; at iis contraria licent, ſi adcedat urgens circunſtantia, e. g. ſummum Reipub. bonum, cui favendo depoſitum negari poteſt, ſecretum violari, innocens perimi; & initio mundi fratres ſororibus nupti ſunt: ergo.

398 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. Ma.* in rigore ſumtam. Haec enim lex diſcernit mutabilitatem in ipſa materia, & juxta illam adcommodat praecepta, nam aliud praecipit in illa materia pro uno ſtatu, aliud pro alio. Unde ipſa in ſe ſemper immota permanet, etſi per denominationem extrinſecam quaſi mutari videatur. Heinc ad 2: illa praecipit non abſolute, ſed ſubintellectis debitis circunſtantiis, quibus adpoſitis, contraria praecipit, utpote plus rationi conſentanea. Porro leges univerſae hominum haud omnes ſui exceptiones praeferunt; quia nulli humano legislatori datum eſt illas omnino praenoſcere; ſecus lex iſta, utpote ſuperioris ordinis, & a Deo proxime procedens (*b*).

399 Obj. *quinto*. Lex iſta eſt proprie diſpenſabilis ſaltem quoad aliqua praecepta magis remota, tum ab homine, tum a Deo. Primum ab homine. Nam Papa diſpenſare poteſt in multis, quae ſine dubio jure naturali obligant. E. c. *principio* in votis, & juramentis: *deinde* in matrimonii rati indiſſolubilitate: *tum* in impedimentis, matrimonium iritantibus, e. g. inter fratres: *praeterea* in debito ſolvendi decimas: *demum* in exemtione Clerici a ſeculari juriſdictione. Quoniam ejuſmodi diſpenſationes ſaepe neceſſariae ſunt ad bonum animarum, & ad convenientem chriſtianae Reipub. gubernationem.

400 Deinde a Deo, quia non minus diſpenſare poteſt in ſuis legibus, quam Princeps humanus. Quare diſpenſavit *principio* cum Abraham, ut filium interficeret: *deinde* cum Hebraeis, ut AEgyptios ſpoliarent: *item* cum Oſea, ut ſibi adſumeret mulierem fornicariam, ex qua filios fornicationis ſuſciperet: *denique* cum Judaeis, ut plures haberent uxores, & alias ducerent, propriis repudiatis.

401 R. *N. Adſ.* Diſpenſatio propria, & directa eſt legis relaxatio in caſu, quo manentibus eadem materia, eiſdemque circunſtantiis, lex alioqui vigeret, & quidem eos omnes obſtringit qui in eiſdem ſunt

(*a*) Vide ſis *infra* loc. cit. & *Suar.* cit. l. 2. c. 6. a n. 14.

(*b*) Conferendus *Suar.* cit. c. 13.

circunſtantiis. Impropria vero & indirecta diſpenſatio eſt legis remiſſio, vel potius non obligatio, ob mutationem materiae, ſeu circunſtantiarum, ſub quibus neminem obſtrinxit, aut obſtringere potuit. Prima itaque diſpenſatio repugnat legi naturali, nec ulla ad eam neceſſitas fingi poteſt, quum implicet contradictionem illud eſſe jure omittendum, quod eſt intrinſece bonum, aut exſequutioni mandandum quod eſt intrinſece malum; ſcilicet ſub ratione incluſa in materia, quae ſubſiſtat: non item ſecunda diſpenſatio, quum praeſertim obligatio, & efficacia legis naturalis pendet a priori conſenſu humanae voluntatis, a qua proinde ſuboriri poteſt materiae, aut circunſtantiarum variatio; haec enim non excludit poteſtatem ſuperioris humani, vel quatenus ab illo pendet voluntas ſubditi, vel quatenus eſt Dei vicarius. Immo expedit quidem hanc ſaepe fieri pro bono, ac meliore Reipub. regimine.

402 Heinc in primis homo ſolum indirecte diſpenſare poteſt. Nam *principio* in diſpenſatione voti, & juramenti ſolum relaxatur promiſſio, ſeu debitum ortum ex conſenſu humano; & conſequenter ceſſat obligatio praecepti naturalis. *Deinde* poteſt pariter in Matrimonio rato diſpenſari, quia ejus naturali obligationi ſubſternitur contractus humanus. Poteſt ſiquidem illud diſſolvi authoritate publica, quum id cedere poſſit in majus bonum ipſius naturae.

403 *Tum* nequit in illis diſpenſari, quum ex pura ratione naturali pendeant, non ex humana voluntate. *Praeterea* in decimarum privilegiis ſolum derogatur humanae determinationi, quae diſponit ejuſmodi Miniſtrorum ſuſtentationem, cui aliter ſuccurri poſſet. *Demum* ea immunitas non eſt de jure naturali. Immo quum Clericus ex ſuperioris juriſdictione ad ſecularem poteſtatem remittitur, fit digna exſequutio juſtitiae, quam dictat jus divinum, & naturale.

404 Heinc inſuper nulla poteſt Deus potentia diſpenſare proprie in lege, quam ipſe neceſſario tulit, non libere, uti ſuam fert Princeps humanus; etſi poſſit indirecte, mutando materiam, ex qua legis obligatio oriebatur. Nam *principio* indulſit Abrahae jus in vitam innocentis. *Deinde* tranſtulit AEgyptiorum dominium in Hebraeos. *Item* juſſit Oſeam conjugium inire cum fornicaria, cujus filii etiam ex legitimo conjugio oborti dicuntur filii fornicationum, ob matris opprobium. *Denique* ipſa lex naturae nec polygamiam vetat, nec matrimonii conſummati diſſolubilitatem, ſaltem quum eaedem occurrunt circunſtantiae, in quibus iſta in uſu fuerunt, nempe Dei permiſſio, & neceſſitas ſeu abſoluta, ſeu vera, ſufficiens judicio Dei, qui corporum, contractuum, juriumque omnium translationis Dominus ſupremus eſt (*c*).

405 Obj. *ſexto* contra III. Adſ. Commentitia eſt ignorantia invincibilis circa praeceptum quodlibet, etiam remote ſubortum a primis principiis legis naturalis. Nam 1.° ex Gratiano (*d*) *ignorantia juris*

(*c*) Vid. *Suar.* cit. c. 14. 15. *Bec.* heic c. 3. q. 4. *Continuator Tourn.* c. 3. a. 3. ſ. 3. *Schvvarz* proxime cit. *Berti* l. 20. c. 5.

(*d*) Lib. 1. q. 5.

cis naturalis omnibus adultis damnabilis est. Consonant PP. cum Aug. Tert. Th. Bernar. & TT. cum Alen. Dur. Gers. 2.° natura ipsa refugit quod est contra jus suum : quare & nos refugimus facere actus, qui sunt contra ipsum, coram aliis. 3.° agens contra partialem naturae legem, agit etiam contra universalem, quae illam continet ; at nequit ignorari lex universalis : ergo nec ulla particularis. 4.° si sit ignorantia invincibilis alicujus legis naturalis, haec frustra erit ; quia quum agnosci nequeat, erit impossibilis observatu. 5.° Deus ut Author naturae, leges omnes naturales prudenter tulit ; adeoque ipsas subditis omnibus modo apto intimavit, scilicet per lumen cordibus inscriptum : ergo si sit praeterea ignorantia de lege aliqua, vincibilis est, utpote proveniens a passionibus, quibus quis libere obtenebratur, & impeditur, ne videat lumen naturale ; vel a desidia, qua istud non quaerit, saltem per lumen gratiae, quam quisque tenetur quaerere, & dabit Deus ad hunc effectum, nam ex Eccl. 32. 19. *qui quaerit legem, replebitur ab ea*.

406 R. *N. Adv.* Ad 1. prob: Gratianus cum illis PP. & TT. loquitur de jure naturali quoad prima, & notissima principia. Ad 2. id etiam intelligitur de primis principiis, non de aliis propemodum innumeris, de quibus prudenter dubitatur, sint ne licita, nec ne. Quid? quod naturalis verecundia vetat, multa fieri publice, quae moraliter inhonesta non sunt. Ad 3. *D. Ma:* agit etiam contra universalem inculpabiliter, aut invincibiliter, eo modo, quo agit contra particularem, prout fert sensus quaestionis, *C.* secus, *N.* Et *C. Mi.* Et *N. Con.* quia licet quis sciat legem universalem, potest errare in adplicatione illius ad particularem operationem. Ad 4. *N. Adv.* cum prob. nam licet lex ab ignorante nequeat actu observari, tamen ut quasi abstracte sumta, & prout est propositio aeternae veritatis, ex sese cognosci, & observari potest, & actu ab aliis noscitur, & observatur.

407 Ad 5. Deus intimat seu eudit in cordibus leges naturales eo modo, quo sibi placitum est : nimirum in omnibus ratione utentibus primas leges, seu principia notissima, & conclusiones ab ipsis evidenter deductas ; non item leges secundas, seu principia minus nota, quum constet alios ex iis principiis aliqua nescire, & alios alia : quare solum e scientibus principia, eorum observationem expetit. Haec vero ignorantia, ut sit vincibilis, & culpabilis, non sufficit, oriri a culpa hominis radicaliter, & occasionaliter, e. g. ob aliquam passionem, aut desidiam, sed requiritur necessario, ut a culpa oriatur formaliter, cum connexione, vel cum ordine habito, cognito, & intento ad ipsam ignorantiam. Id enim exigit ratio formalis peccati. Alioqui dixeris cum Jansenio, esse vincibilem ignorantiam istam ex peccato originali. Quare nec ulla passio excaecans, nec desidia in petendo lumine gratiae reddunt formaliter vincibilem eam ignorantiam, de qua disputamus (*e*).

QUAE

(*e*) Plura Polemici contra Jansenium, tant de ignorantia legis, & nos alias, ac ethicae Theologiae Magistri ubi pertra-

408 QUAESTIO III. Quid de *Jure gentium*? ADSERO 1. Eſt formaliter lex non ſcripta per liberam omnium fere gentium conſenſionem, & uſum recepta, omnes obligans. Quia ea omnes fere gentes utuntur, vel communiter inter ſe, vel particulariter ſingulae Civitates, aut Regna inter ſe ipſa, ad ſimilitudinem aliarum omnium gentium. Sic enim ad jus gentium ſpectat commercium literarum, mercimoniorum uſus &c. (*f*). 11. Licet ſit valde adfine juri naturali, ſed ab illo tamen in pluribus differt (*g*), quare ſimpliciter dicendum eſt lex poſitiva humana (*h*).

409 Heinc 1.° non eſt duntaxat permittens, ſed etiam praecipiens (*i*). Quia ſicut jus naturale, dum aliquid uni permittit, praecipit aliis, ne illius uſum impediant, vel aliud ſimul praecipit, aut vetat; ita jus gentium. 2.° hoc jus debet eſſe aequum, & juſtum, non vero intrinſece per ſe, ex natura rei, ſed praecipiendo facit aliquid eſſe bonum, & prohibendo malum, uti plerumque lex Canonica, & Civilis. Pendet enim ex communi hominum conſenſu (*k*). 3.° mutari poteſt vel omnium nationum conſenſu, ſi omnes reſpiciat; vel unius Regni, ſeu Reipub. poteſtate, aut conſuetudine, ſi illud Regnum ſpectet ſpecialiter per ſimilitudinem ad alia Regna (*l*). Plura in hanc rem ſolide ac ſubtiliter, more ſuo, *Suarezius*, omnino conſulendus.

OBJECTIONES.

410 Obj. contra 11. Adſ. Jus gentium eſt idem cum jure naturae. Nam 1.° derivatur a jure naturae, ſicuti concluſio ex principiis, & conſurgit neceſſario ex natura hominum in communitate viventium. 2.° ita ferunt plures leges; ac praecipue habetur in l. 2. (*m*) quod Religio erga Deum, pietas erga Patriam, & parentes, dicantur eſſe de jure gentium; quae tamen pertinent ad jus naturale. 3.° ex D. Th. (*n*) juſtae emtiones, & venditiones ſunt de jure gentium; at pariter ſunt de jure naturae.

411 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: derivatur, & conſurgit, non ſimpliciter, & neceſſario; ſed ſecundum quid, & congruenter, tanquam concluſio a principiis valde remotis, & mediatis; quo pacto leges omnes poſitivae a naturali derivantur. Congrua quidem multa ſunt ſociabili hominum vitae, ad quae propterea multum propendet natura, ſed non neceſſario ſimpliciter. Ad 2: leges confundunt jus gentium cum jure naturali late ſumto propter aliqua utrique juri communia; non proprie, quum in pluribus differant. Religio illa, & pietas ad jus gentium non niſi latiſſime revocantur, praecepta enim ſunt a natura, antequamcumque hominum conventionem, etſi quoad ſpeciem cultus erga Deum, nempe per Sacerdotum ſacrificia, gentes plerumque convenerint.

Ad

(*f*) *Suar.* a c. 17. ad 20.
(*g*) Lege cit. *Suar.* c. 9. n 2. & laud. *Schvvarz* par. 1. tit. 2. inſtruct. 4. §. 3. p. 178. ſqq.
(*h*) Conſonat *D. Th.* q. 95. a. 4.
(*i*) *Suar.* c. 18. contra Vazq.
(*k*) *Suar.* c. 20.
(*l*) *Ibid.* n. 6.
(*m*) ff. de Juſt. & Jur.
(*n*) Heic q. 95. a. 4. o.

Ad 3: ejuſmodi contractus ſunt de jure naturae, quatenus juſte aut injuſte, non quatenus praeciſe fiant, licet ad eos plurimum a naturali ratione homines propendeant (*o*). (§).

§. II.

(*o*) Recolendus *Suar.* cit. c. 20.

OBSERVATIO.

(§) FAſtoſe gloriabundi Proteſtantes hodierni jactitant, Magiſtros ſuos hanc de jure naturae & gentium diſciplinam, obſcuratam, ut ajunt, ab Scholaſticis orthodoxis, in optimo lumine tandem aliquando collocaſſe.

Haec enim inter alios petulanter ſcripſit ex eo grege *Joan. Groningius* ab *Schmiero* noſtro caſtigatus in Juriſpr. Can. Civ. l. 1. p. 72. „ aetati Scholaſticorum opponi„ tur nova Epocha, quam Lutherenam di„ cere ſoleo... Tum doctrina juſti natu„ ralis, ſolutis vinculis atque excuſſo ſcho„ laſtico pulvere, ex obſcuris Monachorum „ clauſtris erupit, atque novos ſibi paren„ tes adſcivit, a quibus etiam tanta cura „ ſtudio ac dexteritate culta, ut ob in„ gens incrementum novam quaſi ſe exhi„ buerit, & omni aevo praeſtantiorem „ ibidemque Protoparentem *Philip. Melanchtonem* proclamat.

Nec abſimilia quidem alii ejuſdem furfuris ſcribillatores cum *Puffendorfio*, *Frider. Ludovici*, *Laur. Fleiſchero*, *Vitriario*, *Kemmerichio*, *Wernhero*, *Rechembergio*, *Thomaſio*, aliis.

Videlicet Doctores iſti ſub nomine diſciplinae de Jure naturae & Gentium, univerſam Philoſophiam Ethicam uſurpant: contenduntque inſuper 1.° plures ex ethnicis Sophiſtis in ea ſatis idonee & copioſe verſatos eſſe, e. c. *Platon. Ariſtotel. Panaeti. Hecaton. Senec. Epictet. Tulli. M. Aurel. Antonin.* 2.° priſcos Eccleſiae Patres in elucidanda ea materia operam non inutilem locaviſſe, adtamen mancam & imperfectam, utpote confundentes frequentiſſime cum ethice chriſtiana jus naturae, nec raro utrumque ſatis infeliciter copulantes.

3.° Scholaſticos orthodoxos eam diſciplinam penitus obſcuraſſe ac depravaſſe: immo parum abfuiſſe, quin ejus jacturam penitus fecerint. 4.° Proteſtantes eam eximie reſtauraſſe, ac mirum in modum illuſtraſſe diuturnis, adcuratiſque lucubrationibus, iis praeprimis, quas ſummo adplauſu excepit literatus orbis ab *Hugone Grotio*, *Thoma Hobbeſio*, *Samuele Puffendorfio*, *Chriſtiano Thomaſio*; adjectis deinceps aliis minoris pretii, quas pro perpetuis ſuorum Academicorum in naturalem Ethicen exſercitationibus quotidiano ferme penſo prela cudere conſueverunt. Haec illi turgida oratione paſſim ingeminant.

Ceterum ſi liceat rem ad trutinam revocare, iſthaec ad ſingula capita peramico reponimus.

1.° Conſtat quidem apud omnes vel mediocri inſtructos eruditione, non modo adpellatos ethnicos, verum etiam penè quaslibet veterum Sophorum ſectas circa naturalem Ethicen operam praecipuam navaſſe, eamque vel primum digeſſiſſe, vel digeſtam illuſtraſſe regulis, dogmatis, quaeſtionibus in ordine ad recte conformanda hominis officia erga Deum, erga proximum, erga ſe ipſum. Et ii quidem primores noſtrae diſciplinae magiſtri, qui, demtis erroribus, in quos fidei lumine deſtituti facile incurrerant, poſteris viam ſtraverunt, meliora ſapientibus complanandam & perficiendam.

2.° Porro apud veteres Patres nullum reperire eſt ſingularem commentarium de ſingulis Juris mere naturalis capitibus didactice pertractantem, eſto haud perfuncto. rie ac indiligenter perplura eorum adtigerint, atque explanarint *Baſil. Greg. Naziaz. Chryſoſt. Auguſtin.* ac prae ceteris *Ambroſius* in percelebri commentario de officiis Miniſtrorum.

Nulla quippe tum orthodoxis Doctoribus opus erat id genus lucubratione, vel ad erudiendum catholicum gregem, vel ad Ethnicos ſive haereticos revincendos. Ac inſuper alia ipſi regula, quam Authores ethnici, aeſtimarunt hominis officia, ea ſcilicet ad gradum ſupercoeleſtem elevanda dirigentes, uti diſerte fatetur laudatus *Ambroſ.* l. 1. de offic. c. 9. n. 28. poſtquam retulerat Paganorum morem ac ſtilum in tradenda naturalis Ethices de officiis hominum diſciplina: *nos autem*, inquit, *nihil omnino niſi quod deceat & honeſtum ſit, futuro-*

rum

§. II.

De lege veteri divina.

412 QUAESTIO I. Quid continebat lex ista, quam indixit Angelorum ministerio Deus, ceu unicus legislator (*p*), & Moyses, ceu proximus promulgator, soli Populo Israël, ex sola Dei electione, (uti

(*p*) *Quemadmodum sentio cum Suar. l. 9. c. 2. contra Salmeron.*

rum magis quam praesentium metimur formula.

Et paucis interjectis ad n. 29. *non superfluum igitur scriptionis nostrae est opus, quia Officium diversa aestimamus regula atque illi aestimaverunt.* Intenderunt itaque Patres hominem non qualemcumque, sed Christianum, & ad normam Evangelicorum dogmatum informare; cui quidem scopo satis erat nudae naturae jura praesupponere atque ex indirecto tantum adtingere.

Quod vero Jus naturae cum ethice Christiana saepe parum feliciter ipsi conjunxerint, mera hallucinatio est *Kemmerichii* in Puffendorfio enucleato cap. 4. n. 31., nec ullus, credo, ipsi consentiat, qui illos diligenter percurrerit, e. c. laudatum *Ambros.* in libris de offic. *Euseb.* de praep. Evang. *Clement. Alex.* in libris stromateων, *Augustin.* de civ. Dei, ut ceteros mittam. Nec ei quidem consenserunt sui *Grotius* & *Buddeus*, quorum animis hac in re longe alia insedit opinio, quidquid secus opinetur etiam *Puffendorf.*

3.° Nostrates Scholastici, cum veteres, tum juniores, & theoretici & practici in suis tractatibus de lege, de actu humano, de justitia & jure, de virtute, de passione, de statibus, de contractibus, de matrimonio, & aliis ex professo disputarunt & controversias discusserunt de singulis pene principiis, quae concernunt jus naturae & gentium, atque de effectis ipsorum: & ex iis quidem Scriptoribus (id quod in ceteris quibusque disciplinis quantum ad professores suos usu venit) alii felicius, minus vero feliciter alii.

Omnes adtamen, utpote docentes in theologicis commentariis ex instituto Christianam ethicen, quin sistant in nudis naturae scitis, ea ethice christianae subordinare consueverunt: quo fit ut ambas ibidem videas passim connexas, minime vero subinde confusas, aut indecore obfuscatas. Alias eodem pacto dixeris foede obscuratas disciplinas quaslibet, aut etherogeneas materias ubilibet opportuno nexu copulatas.

Nonnulli ex nostris, fateor, ubi de licito circa jus naturae differere adgressi sunt, in varios errorum scopulos impegerunt; at illico tamen violatum jus vindicarunt, & Summi Pontifices, ejusmodi errores anathematis profligando, & reliqua, saniorque Theologorum concio, ipsos acriter convellendo: quo factum est ut doctrina de jure naturae prorsum ad normam recti expurgata sit, & in scholis & in editis commentariis, ac hodiedum illibata vigeat, minime vero depravata, ac perpetuam ferme jacturam passa, ad sensum *Puffendorfii*, *Thomasii*, *Kemmerichii*, *Buddei* ac similium.

Quid? quod si alios ex eodem grege Doctores audiamus, Scholastici nostri si in quaestione morum consentiant, vix est ut errent, ob perspicaciam ad ea videnda, quae in aliorum dictis reprehendi possunt. Sic *Grotius*, apud ipsos incomparabilis vir, in prolegomen. ad commentar. de pace & bello, n. 52. p. m. 28.

Tum Hispani Theologi Vazquez, Henriquez, Rodriguez, Fernandez, Dicastillo, aliique adsimilis notae scriptores in jurisprudentia naturali ac ethica philosophia celebriores ceteris omnibus habendi sunt. Ita laud. *Conringius*.

Grotius demum, ut plura pro re nostra documenta sileam, lectioni operum doctissimi Francisci Victoriae, instauratoris olim Scholastices apud Hispanos, suum debuit peregregium de jure pacis & belli commentarium. Totidem fere verbis ibidem *Conringius*.

Incassum ergo reliqua, vel ne quidem acrioris judicii, gregalium plebs nostratibus Scholasticis litem intentat.

4.° Suus plane debetur honos & plausus laudatis Protestanticis Scriptoribus de jure naturae ac gentium; sed qui tamen intra rationis & aequitatis cancellos continendus est.

Prin-

(uti habes *Deuter.* 7. 6.) maxime quia ex illo Chriſtus erat naſciturus (*q*) ? ADSERO. In primis praecepta *moralia* pro naturali morum rectitudine , ac maxime Decalogum ; *Ceremonialia* , Dei cultum ſpectantia , e. g. Sacramenta , Sacrificia , res ſacras , peculiares obſervationes ; & *Judicialia* id eſt leges , e. g. pro populo , principe , re domeſtica , hoſpitibus , peregrinis . Haec praecepta referuntur 613. a *Guill. Pariſ.* (*r*) .

413 Deinde Conſilia aliqua , e. g. quaedam voluntaria Sacrificia , & promiſſiones aliquid offerendi in Templo (*s*) . Et quidem haec praecepta ferebantur per ſe etiam ſuper actus mere internos fidei , ſpei , caritatis , poenitentiae (*t*) ; induxeruntque obligationem in conſcientia (*u*) . In ipſis item duplex ſenſus , vel finis adtenditur , ſcilicet *literati*

Principio enim ii generatim omnes in ſuis de hac re commentariis naevos habent , aut errores heterodoxos , neque raro a via rationis & aequitatis quampatenter aberrant , quum ſibi novas theſes , aut hypotheſes confingunt . De iis quidem adcuſantur Grotius & Hobbeſius a Puffendorfio , & hic deinde a Thomaſio ; ut mittam Noſtratum criſes adverſus quaterna haec proteſtanticae cohortis columina .

Speciatim Hobbeſius non niſi deſpectu & ſibilis dignum ſeſe oſtendit ob malignam ſuorum ſyſtèmatum impietatem , in Proluſione proxima nobis indicatam . Puffendorfius vero , ſi fides ſuo ſtudioſiſſimo Enucleatori *Kemmerichio* , erravit in angulari lapide ethici ſui aedificii , ſeu in fundamento , quod nempe in nuda ſocialitate conſtituit : ex quo plane officia erga Deum & ſe ipſum commode ſubinferre nefas eſt .

Erravit etiam , ut author eſt *Leibnitius* , in fine juris naturae , quem videlicet ſola praeſentis vitae felicitate tanquam adaequato termino circumſcripſit ; tum in objecto , noluit quippe , quae intra pectus latitant , nec foris erumpunt , ad jus naturae pertinere ; ut mittam plura paradoxa , quae in eo ſyſtemate docti Viri jure optimo fugillant .

Thomaſius item , Puffendorfii paraphraſtes , in multis ſui authoris errores coopta-vit , in pluribus immanius defecit ; ut puta quum ſubſtinere non erubuit , falſiloquio uti aliquando licere , inceſtum nullum eſſe jure naturae prohibitum , ac ſimilia ; & faſtu quidem intolerabili .

Grotius demum , primus omnium in hac ſparta adornanda , tametſi ceteris laude dignor , arguitur tamen ab Doctoribus orthodoxis & Proteſtantibus , in commentario de jure belli & pacis ceſpitaſſe in pluribus , qua veram religionem , qua jus ipſum naturae ſpectantibus .

Suum ergo eſt hiſce Authoribus meritum , quod elucidando methodice univerſo juri naturae ſedulam navarint operam ; ſuumque demeritum , quod ſuas lucubrationes palmaribus foedarint naevis .

Ne jactet igitur Proteſtantica turba , glorioſa illa tripudia , donec eam doctrinam a ſuis Magiſtris traditam ſevere corrigat , reformet , & emaculet . Et pergant deinceps ſtudioſe illuſtrare uno circumſcriptam ſyſtemate nobiliſſimam diſciplinam , quam pridem hac , illac in commentariis theologicis diſperſam Noſtrates ſolido acumine elucidarant .

Hactenus de hodierna & ſyſtematica juris naturae & gentium diſciplina apud Proteſtanticas Scholas . Plura dabit , qui nobis heic adlatis documentis praeluxit , laudat . *Schvvarz* in prolegomenis ad ſuas inſtitutiones ſacro ſtudio academico , praeſertim catholico adcommodatas , uberiuſque inſtruct. 7. per tot.

(*q*) Scilicet in Monte Horeb , in deſerto Arabiae ſito , 50. diebus ab exitu Aegypti , anno ab orbe condito 2513. anno 400. a Circumciſſione data Abrahae , & 430. ab ejus vocatione , & egreſſu de terra ſua . Haec dicta ſint ex ſententia laudati *Suar.* cap. 5.

(*r*) In lib. de fide & lege , quem ſequuntur *Abulenſ.* in Deuter. 27. quaeſt. 1. *Burgenſ.* in ſcrutin. 1. p. d. 8. c. 9. *Iken.* de antiquit. Hebr. par. 1. c. 4. n. 9.

(*s*) *D. Th.* q. 99. a. 5.

(*t*) Nobiſcum eſt *Suar.* cit. l. 9. cap. 4. num. 11.

(*u*) Conf. cit. *Suar.* c. 6.

teralis, qui ſpectat aliquam actuum humanorum honeſtatem, vel utilitatem; & *figuratus*, qui indicat rem ſpiritalem, vel ſupernaturalem, futuram; *quia omnia in figura contingebant eis*, 1. *Cor.* 10. Quoniam lex ſingillatim lata eſt ad conſervandam, & augendam in hominibus Chriſti venturi fidem, & ad diſponendum populum, ut eum venturum exciperet; nam *finis legis Chriſtus*, *Rom.* 10. (*x*). Et vero quod lex vetus Hebraeis tradita, & ipſos obligans, bona fuerit & a vero Deo orta, eſt fide ſanctum ex *Scriptur.* e. g. *Exod.* 19. 10. ſqq. *Deut.* 4. 7. & 8. item 26. 17. & 31. 26. *Pſ.* 18. 8. & 9. *Matt.* 5. 17. *Luc.* 2. 22. *Rom.* 7. 12. & 1. *Tit.* 1. 8. *Hebr.* 9. 20. Quibus addito *CC. Tolet.* I. (*y*) & *Trident.* (*z*). Tum *PP.* uno ore idem ſaepe fatentes cum *Tertulli.* (*a*) *Auguſt.* (*b*) *Iren.* (*c*) *Hieron.* (*d*).

OBJECTIONES.

414 Obj. *primo*. Non tulit Deus hanc legem per Angelum, ſed proxime per ſe ipſum ſub ſpecie Angeli, ſub qua Deus ſaepe viſus, & loquutus eſt in lege veteri, ap. PP. Nam ita ſentit primaeva antiquitas, cum primis PP. Iren. Tert. Orig. &c. a quibus recedere nefas eſt. Idque poſtulat legis dignitas. *Secundo*. Moyſes fuit hujuſce legis Author, & lator, quoad praecepta ceremonialia, & judicialia, vel ſaltem quoad libellum repudii, de quo Chriſtus, Judaeos increpans, Matt. 5. 19. *ad duritiem cordis veſtri permiſit vobis Moyſes*. Quid? quod ea lex adpellatur in Scriptura lex Moyſi; itemque Moyſes dicitur *legislator*.

415 R. Ad *primum*. *N. Adſ.* Nam qui tunc adparuit Moyſi, legemque dictavit, vocatur *Angelus*, itemque lex ipſa dicitur adcepta *in diſpoſitione*, ſeu opera *Angelorum*, *Act.* 7. Idem clare eruitur ex Paullo *Hebr.* 1. & *Gal.* 3. Et conſentiunt multi *PP.* & *TT.* poſt *Aug.* Unde fas erit credere, tunc adparuiſſe Angelum Dei nomine, eſto in aliis eventibus adparuerit Deus ſub Angeli ſpecie. Major autem dignitas Evangelicae legis poſcebat, ut veterem non Deus per ſe publicaret, ſed per ſuos Miniſtros. Ad *ſecundum*. *N. Adſ.* cum prob. Dicitur lex Moyſi, & Moyſes legislator, quatenus illam promulgavit. Eſt ipſa prorſus divina, quippe quam ſemper propoſuit Moyſes ceu Dei praecepta indicantia divinam voluntatem obligantem, nullibi propria interpoſita authoritate. Permiſſionem ipſe repudii ut a Deo adceptam publicavit (*e*).

416 Obj. *tertio*. Lex vetus non praecipiebat actus illos fidei &c. Nam 1.° ipſa dicitur lex factorum, Rom. 9. id eſt actionum externarum, ac ſaepe lex carnalis. Quare ex D. Th. (*f*) *lex vetus exhibet manum*, *lex nova animum*. 2.° non eſt ubi contineantur haec praecepta theo-

(*x*) Recolatur in hanc rem laud. *Suar.* cap. 3.
(*y*) In Confeſ. fid.
(*z*) Seſſ. 4.
(*a*) L. 2. cont. Marcion.
(*b*) De moribus Manichaeor. l. 1. c. 14.
(*c*) Lib. 4. cap. 26.
(*d*) In praefat. in epiſt. ad Titum.
(*e*) Lege *Suar.* cit. heic l. 9. cap. 2. *Jue. ninum* par. 5. diſſ. 4. c. 3. *Bert.* heic lib. 20. cap. 6.
(*f*) Heic q. 91. a. 5.

theologica in lege, quae vocatur infirma, & imbecilla, ex Hebr. 7. 3.° heinc lex praeciperet impoſſibilia, tunc enim non eſſet gratia, ad eliciendos illos actus ſupernos oppido neceſſaria.

417 R. *N. Adſ.* Quia finis intrinſecus in conceſſione legis a Deo intentus, fuit ſuperna populi felicitas; qui vero finem voluit, dedit & media, ut Deut. 6. *diliges Dominum Deum tuum*. Lev. 16. *adfligetis animas veſtras* &c. ſubinde ex Pſ. 18. *lex Domini immaculata convertens animas*. Immo propterea eadem praecepta in lege naturali non ſcripta viguerunt. Ad 1. prob: illa nomina deſumta a majore parte legis, praeferente praecepta ceremonialia, & judicialia, non prohibent quominus pars altera legis verſaretur circa actus internos, ad ſalutem neceſſarios. Nec oppoſitum intelligere potuit D. Th.

418 Ad 2: in Decalogo dictavit Deus Corpus Juris, ſeu legis veteris; quod non impedit, quominus praeter ipſum alias tulerit leges. Nihilominus ad Decalogum pertinent illa etiam praecepta, quae ſtatim, vel ex principiis communibus, vel ex fide divinitus infuſa innoteſcunt, qualia plane ſunt theologica, quae ab TT. ad primum Decalogi praeceptum vulgo referuntur. Licet autem lex actus ita perfectos indiceret, imperfecta fuit, ex eo quod vires ad ipſos producendos non praeſtaret. Ad 3. *N. Adſ.* cum prob. tunc enim erat ad illos gratia, non ex vi legis, ſed intuitu Chriſti, ob cujus fidem illa conferebatur, ſimulque ſuperna juſtificatio (*g*).

419 QUAESTIO II. Quid de legis Decalogo? ADSERO 1. Sunt decem praecepta, quae Deus digito ſuo ſcripſit in duplici tabula; in una ſcilicet tria ad Deum ſpectantia, & ſeptem ad proximum in altera. 11. Omnia legis praecepta ad haec decem revocantur, & haec decem ad duo, ſcilicet ad dilectionem Dei, & proximi, quae in Decalogo ſufficienter continetur. At praeceptum de Sabbati ſanctificatione morale eſt in ſe, licet ratione temporis ſit ceremoniale (*h*). 111. Licet ea omnia ſint praecepta naturalia, denuo tamen, & percommode Judaeis Deus, & Chriſtus nobis injunxit praecipue, ut ad virtutis opera non modo natura inclinaret, ſed etiam reverentia divini imperii (*i*).

420 QUAESTIO III. Quinam effectus hujus legis? ADSERO 1. Promiſſiones bonorum mere temporalium, non ſpiritualium (*k*). Quia lex data eſt populo imperfecto tanquam puero: imperfecti autem bona temporalia deſiderant. Lex ergo ſpirituales aeternae vitae promiſſiones, per Patrum traditionem ab initio mundi adceptas retinens, vel non revocans, nullas ſpiritales adjecit, ſed tantum temporaneas: quare Judaei

(*g*) Vide ſis *D. Th.* heic q. 99. a. 5. & q. 100. a. 3. & *Suar.* cit. c. 4. & 7.

(*h*) *D. Th.* q. 100. a. 3.

(*i*) Plura de Decal. *D. Th.* q. 100. per tot. *Mag.* 3. diſt. 37. uſque ad 40. & ibi *D. Th.* aliique Commentatores.

(*k*) *D. Th.* q. 99. a. 6.

ſub lege viventes, non per legem, has aeternae vitae promiſſiones habebant: ſic enim *Job.* 2. *filii Sanctorum ſumus, & vitam illam exſpectamus, quam daturus eſt Deus* &c. (*l*).

421 Heinc 1.° opera legis exercita cum bonitate morali, erant meritoria de condigno praemiorum temporalium, a Deo promiſſorum, ſcilicet exercita in ſtatu gratiae, quae requirebatur tanquam conditio removens impedimentum. 2.° fuerunt etiam aliquae Dei promiſſiones per modum conceſſionis, & privilegii, e. g. pluralitatis uxorum, libellum repudii &c. 3.° lex vetus non habuit ex ſe virtutem juſtificandi ex opere operato, ut ajunt, per gratiam habitualem. *Quia ex operibus legis non juſtificabitur omnis caro coram illo* ex *Rom.* 3. Neque ex opere operantis. Nam licet lex praeciperet actus ſupernaturales virtutum theologicarum, per quos adquiri poteſt juſtificatio, non autem erogabat vires ad eos efficiendos, aut gratiam ipſa lex, ſed Deus ex vi legis Evangelicae, ob merita Chriſti venturi, per fidem in ipſum (*m*). Haec proportione adcommoda adplica ad Circumciſionem, & reliqua ejus legis Sacramenta (*n*).

422 II. Alii effectus iſtius legis mixtae, vel habentis vim directivam & coactivam, ſunt poenae, quibus cohibendus erat populus, ad malum pronus, e. g. lapidatio, verbera &c. quae conſcientiam haud ligabant ante ſententiam Judicis. Item variae irregularitates, e. g. ob contactum emortui corporis &c. incurrebantur ipſo facto, uti & quaedam contractuum irritationes, e. g. matrimonii, ob legem ipſo facto irritantem (*o*).

OBJECTIONES.

423 Obj. *primo* contra 3. Illationem. Saltem per Circumciſionem, aut in illa erogabatur parvulis gratia, eos mundans a peccato originis: ergo lex per hoc Sacramentum juſtificavit ex opere operato. *Secundo*. Caritas ſupernaturalis eſt connexa cum Gratia juſtificante, non minus in lege veteri, quam in nova: nec minus ipſa caritas in veteri praecipitur, quam in nova; at lex nova juſtificat ex opere operantis eos, qui ipſam exercent: ergo & vetus.

424 R. Ad *primum*. Circumciſio fuit medium, & conditio ſine qua non conferebatur gratia, non vero virtus ipſam conferens, tanquam actio Chriſti (*p*) Ad *ſecundum*. *D. Mi.* lex nova ſumta pro ſuis praeceptis, & conſiliis, *N.*; & hoc ſenſu convenit ipſi legi illud Paulli, *litera occidit*, 1. *Cor.* 3. ex *D. Th.* (*q*) quia non juſtificant praecepta prout mere legalia ſunt: ſumta pro Spiritus S. gratia, quae confertur per Chriſtum, prout eſt legis Author, & Conditor, *C*; & hoc etiam ſenſu juſtificat lex nova ex opere operato per ſua Sacramenta. Et *N. Con.* Quia in lege veteri non conferebat Deus gratiam exercenti caritatem, tanquam

(*l*) Vide *Suar.* cap. 6. n. 21.

(*m*) Recole *S. Thom.* & *Suarez.* proxime laudatos.

(*n*) De iis ſatis idonee diſſeruit ex Proteſtantibus *Franc. Buddeus* in Theol. dogm. libr. 4. c. 1. §. 17.

(*o*) Conf. cit. *Suar.* c. 6. n. 14.

(*p*) Ex dicendis *infra* Par. IV. ubi de ſacramentis ſcriptae legis.

(*q*) Q. 106. a. 7.

quam Author ejuſdem legis, ſed intuitu meritorum Chriſti, venturi ad novam legem condendam (r) (§).

QUAE-

(r) Plura in hanc rem cit. *Suar.* c. 7. n. 4. & 13.

OBSERVATIO.

(§) ERit fortaſſe qui huc loci tanquam peropportunum exigat a nobis duplicis generis commentariolum, unum videlicet hiſtoricum de Lege veteri, ſeu de re ſacra Judaeorum, qualem literis mandarunt *Buxtorfius*, *Spencerus*, *Relandus*, *Ikenim*, poſt *Jehudam*, *Maimonidem*, alſoſque Rabbinos; alterum vero exegeticum cum interpretatione praeceptorum, quae Deus in utraque lapidea tabula digito conſcripſit, qualem hodiernis Scholae moribus adcommodant nonnulli Theologi cum *Du Hamelio*, *Juenino*, *Bertio*, poſt *Magiſtrum* & *Angelicum*.

Et quidem nihil Theologo ſacrae eruditionis ſtudioſo, illo, qui proponitur, hiſtorico commentario utilius & jucundius, ac rei, quam hic ediſſeruimus, illuſtrandae magis adcommodum.

Quod ſi ſacrae Judaeorum antiquitates compendio ſaltem, de iis qualemcumque ingerente notitiam, referendae ſint, ipſae porro *Loca*, *Perſonas*, *Res*, ac *Tempora ſacra* complecti deprehendantur, oportet. Nimirum *Loca* ſeu Caput de Locis continet 1.° Terram ſanctam . . 2.° Urbem Hieroſolymam . . 3.° Tabernaculum ejuſque ſitum . . 4.° Atrium Tabernaculi . . . 5.° Sanctum & Sanctum Sanctorum . . . 6.° Templum primum ejuſque atria . . . 7.° Aedem ſacram templi primi . . . 8.° Templum ſecundum ejuſque ſpatia exteriora & interiora . . . 9.° Lucos . . . 10.° Synagogas . . . 11.° Scholas.

Perſonae vel Caput II. de Perſonis ſacris recenſet 1.° Pontificem Maximum, ſubceſſionem Pontificum, varioſque Pontificum ordines . . . 2.° Sacerdotes, eorumque ordines & munera . . . 3.° Levitas . . . 4.° Doctores . . . 5.° Synedria . . . 6.° Reges . . . 7.° Prophetas . . . 8.° Sectas exortas poſt Prophetas.

Res aut Caput III. de Rebus ſacris enarrat 1.° Scripra ſacra, nempe ſancta Biblia . . . 2.° Doctrinam, ejuſque capita praecipua . . . 3.° Doctrinae propagationem & corruptionem . . . 4.° Sacrificia generatim & ritus ad ea ſpectantes . . . 5.° Holocauſta . . . 6.° Sacrificia piacularia . . . 7.° Sacrificia pro delicto . . . 8.° Sacrificia ſalutaria . . . 9.° Agnum Paſchalem, una cum primogenitis animantium, ac Decimis eorundem. 10.° Ferta & Libamina . . . 11.° Primitiva & Primitias . . . 12.° Decimas . . . 13.° Vota . . . 14.° Preces, Supplicationes, Luſtrationes . . . 15.° Templi Cuſtodiam, Muſicam, adaptationem Lychnuchi, oblationem ſuffitus, Benedictionem Sacerdotalem.

Tempora ſeu Caput IV. de Temporibus ſacris exhibet 1.° Annos, Menſes, Hebdomadas, Dies, Horas ſecundum morem & ritus Hebraeorum . . . 2.° Dies feſtos . . . 3.° Feſtum Paſchatis & Azymorum . . . 4.° Feſtum Pentecoſtes . . . 5.° Feſtum Tabernaculorum . . . 6.° Diem expiationis . . 7.° Feſtum novi anni & Noviluniorum . . 8.° Sabbatum, Annum Sabbaticum, & Jubilaeum . . 9.° Feſtum Purim, Encaeniorum, Xylophoriae . . . 10.° Dies Jejuniorum.

Ad haec quidem Capita percommode revocari poſſet univerſa Hiſtoria de Lege veteri, ſeu de re ſacra Judaeorum. Sufficiat ea indicaſſe, quae ne pluribus perſequamur, nobis alio intentis magnum otium fecerunt plurimi, quos nuper indicavimus; tum alii ex Noſtratibus & ex Proteſtantibus, quos quaerenti ſparſim plena dabit manu in ſuo Theſauro antiquitatum Judaicarum *Blaſius Ugolinus*.

Qeod ſpectat praeterea commentarium alterum exegeticum ſuper decem praeceptis Legis, ei propriam ſedem in ſyſtemate Dogmatico-Scholaſtico fruſtra quaeſieris. Quod ſi eum optes biblicum, cum expoſitione literali in ſacrum textum, revocaris ad ſacros Interpretes, quos conſulas in caput XX. Exodi, quod divina juſſa tabulis inſcripta recitat.

Si vero ethicum in ordine ad mores chriſtianos adpetas, praeſto erunt infiniti propemodum Theologi, qui ordine agentes de univerſa re morali, integros de praeceptis Decalogi tractatus, quos adi ſis, exararunt.

Nec Magiſtri quidem & Angelici exemplis movemur, quippe qui in theologicis commentariis & ſcholaſticen, & Ethicen & alias ſpeeie diverſas Theologias promiſcue fere paſſim diſputatas tradiderunt; id quod alias notatum eſt in Tom. I. pagg. 43. 44. 46. 47. At noſtros ex inſtituto commentarios, niſi gravioris ponderis ratio aliud ſuadeat, una occupat Dogmatico-Scholaſtica Theologia.

425 QUAESTIO IV. Num Gentes, florente lege veteri, cogi debuerint, vel potuerint ad judaizandum, id eſt ad obſervanda praecepta ceremonialia? ADSERO. Nunquam potuerunt licite cogi, quaſi ad implendam obligationem, in illis praeexiſtentem. Quia nulla ad id eis lex erat, vel ante Chriſti adventum, vel poſt diem Pentecoſtes: & quidem tunc ſive ad Chriſti fidem converterentur, ſive non. Ac plane nullus Gentilium ad id legitur coactus (*s*).

OBJECTIONES.

426 Obj. *primo*. Quicumque ſubduntur Regi, ſubduntur & legi, quam tulit. *Secundo*. Si lex illa omnes mortales non obligaſſet, & Deus foret perſonarum adceptor, & Gentiles, qui ſine illa ſalvari poſſent, fuiſſent melioris conditionis, quam Judaei, qui intolerabili legis jugo obruebantur. *Tertio*. Alioqui nullus Gentilis, etiam Judaeis adgregatus, & adſcriptus, ejuſdem legis privilegiis, & ritibus perfrui potuiſſet, quum lex pro gentibus lata non ſit.

427 R. Ad *primum*. *D. A.* ſubduntur & legi, quam pro quibuſcumque tulit, *C.* quam tulit tantum pro deſignato populo, *N.* Heinc ex *Deut.* 4. *quae eſt alia gens ſic inclyta, ut habeat ceremonias, & juſta judicia?* Ad *ſecundum*. *N. A.* Non eſt perſonarum adceptor, qui ex liberalitate de ſuo dat uni, & non alteri. Deinde pejor conditio non eſt repetenda a praeceptorum multitudine, ſed ab impedimentis a ſalute removentibus, quae quidem majora in Gentilibus fuere, quam in Judaeis, quos lex Deo arctius conjungebat, & uti paedagogus perducebat ad Chriſtum. Alias Religioſi regulis, votiſque adſtricti eſſent pejoris conditionis, quam ſeculares. Ad *tertium*. *N. A.* quia oppoſitum ſtatuitur *Exod.* 12. Et vero nec lex gentili proderat ſine circumciſione, nec ipſi circumciſio ad ſalutem conferebat ſine profeſſione totius legis: a paritate Baptiſmi, cujus typum gerebat circumciſio, ex Paullo *Galat.* 5. (*t*).

428 QUAESTIO V. An, quomodo, & quando abrogata fuerit? ADSERO 1. Abrogata eſt pro omnibus, praecipue Judaeis, per expletum temporis ſpatium, quo data eſt, ſcilicet poſt Chriſti adventum; ipſeque Chriſtus ſua lege, ac decretis eam revocavit. *Legem mandatorum decretis evacuans* ex *Epheſ.* 2. Fide certum ex *Script.* e. g. *Act.* 15. 21. *Rom.* 6. 14. & 7. 4. & 6. & cap. 2. 2. & cap. 10. 2. *Galat.* 2. 15. ſqq. & c. 4 paſſim, & cap. 5. 6. *Hebr.* 7. 11. ſqq. tum ex *PP.* cum *Juſtin.* (*u*) *Tert.* (*x*) *Cypr.* (*y*) *Author* Conſtit. Apoſtolic. (*z*) *Epiphan.* (*a*) *Aug.* (*b*) Quibus adde multa documenta, quae ex *Hebraeis* congeſſit *Galatinus* (*c*). Nec opus quidem fuit expreſſa revocatione, quia lex vetus, & nova inter ſe pugnant,

(*s*) Uti adpoſite norarunt *Suar.* cap. 10. & *Becan.* c. 4. q. 3. quos conſulas.
(*t*) Conf. *Sot.* de Juſt. & Jur. l. 2. q. 1. art. 3.
(*u*) Dial. cum Tryphone contr. Judaeos.
(*x*) L. cont. Jud.
(*y*) L. 1. cont. Judae. a c. 9.
(*z*) L. 6. c. 12. & 20. ſqq.
(*a*) Haer. 30.
(*b*) Libris cont. Fauſt.
(*c*) Tr. de Arcanis l. 11. a principio.

gnant, quasi merum signum cum nudo significato. Dicebatur autem illa lex perpetua, vel in sensu mystico, vel in literali, quatenus duravit per multa secula, tempore non praestituto (*d*).

429 II. Desiit illa lex quoad omnia praecepta, etiam moralia. Quia haec ex vi legis addiderunt positivam obligationem legi naturali; at omnis obligatio orta ex vi legis desiit: ergo licet nunc vigeat obligatio Decalogi, non vero quia legis veteris pars, sed quia tamen naturae lex est, & pars novae legis (*e*). Heinc III. Desierunt promissiones pro praeceptorum observatoribus, ac minae pro transgressoribus. Quia desinente principali, desinit adcessorium.

430 IV. Desierunt circumcisio quoad infantium sanctificationem, cetera Sacramenta, & omnes legis utilitates (*f*) v. Universa legis abrogatio coepit in die Pentecostes, non tamen simul facta est pro toto orbe, sed crevit subcessive, novae legis promulgatione excrescente. Quia non desiit quoad efficaciam, donec lex nova promulgata est; at haec in die Pentecostes promulgari coepit: ergo & illa obligare desiit (*g*).

OBJECTIONES.

431 Obj. *primo* contra 1. Adsc. Christus non abrogavit legem, quam ipse non venit *solvere*, *sed adimplere*, ex Matt. 5. *Secundo*. Lex solum abrogata fuit, quatenus erat figura, & umbra futurorum; at ejusmodi non erat saltem quoad praecepta judicialia, quae tantum ordinabantur ad politicam populi gubernationem: ergo saltem quoad ista abrogata non est. *Tertio*. Pluries in Scriptura legimus, cessasse legem quoad praecepta ceremonialia, nullibi vero quoad judicialia: & quidem unius expressio est tacita alterius exclusio, ex C. *Nonne* (*h*): ergo judicialia non cessarunt. *Quarto*. Lex vetus & nova non sunt physice incompossibiles; nec enim hanc physicam repugnantiam facile quispiam comprobaverit. *Quinto*. Saltem Judaeus, qui nondum suscepit Evangelium, illa lege tenebitur, ne dicatur solutus, & liber ab omni lege cum veteri, tum nova.

432 R. Ad *primum*. Ea Christi verba hunc sensum habent: non veni legem veterem violare, donec vigeat, etsi illa non tenear, utpote Dei Filius; veni tamen ad complendum tempus quousque posita erat, & ad perficiendas veritates, quarum umbras gerebat, & exoleviisse noscatur. Ad *secundum*. *N. Ma.* quia pluribis aliis de causis abrogata est; quia scilicet ita placuit legislatori, uti Paullus passim depraedicat; ac deinde quia Christus sustulit Judaicae Reipub. statum: unde par fuerat desinere leges ad politicum ipsius regimen ordinatas.

433 Ad *tertium*. Paullus saepe loquitur in universum, & indefinite de omnibus praeceptis, uti *Hebr. 7. translato Sacerdotio, necesse est, ut legis translatio fiat*, & alibi: sepe autem loquitur de ceremonialibus, quae

(*d*) Consulitor laud. *Suar.* c. 10.

(*e*) Nobiscum sunt cit. *Suar.* cap. 11. n. 22. cum *Victor. Tol. Val.* &c. *Gotti* heic q. 4. n. 15. *Sot. Ledesm.* ap. *Bec.* c. 3. q. 8. n. 6. contra Vaz. & alios.

(*f*) Consentit *Suar.* c. 21. & 22.

(*g*) Ita laud. *Suar.* c. 12. & 13. *Becan.* cit. n. 11. & vulgo *Scotistae* contra Gotti cit. num. 13. dub. 6. & alios.

(*h*) De praesumpt.

quae ſunt principalia : quocirca idem eventus ſubinfertur pro judicialibus, quae ſunt adceſſoria. Ad *quartum*. *N. A.* quia nequit aliquid eſſe verè nudum ſignum rei futurae, quatenus haec praeſens eſt. Ad *quintum*. *N. A.* Judaeus ille obligatur ex indirecto lege nova, quatenus tenetur illam ſuſcipere, & in Chriſtum credere (*i*).

434 Obj. *ſexto* contra 11. Adſ. Non deſiit quoad praecepta moralia. Nam 1.° ita cenſent fere innumeri TT. cum Dur. Palud. Caſtr. Bel. lar. Vaz. ac etiam PP. cum Pſeudo-Clemente, Aug. Leon. Bernar. 2.° Chriſtus non venit abrogare, ſed confirmare legem quoad haec praecepta. 3.° jura naturalia ſemper, & ubique immutabilia permanent. 4.° Paullus Rom. 13. 9. & Epheſ. 6. 2. & Jacobus 2. 8. quum docent, praecepta moralia ſervanda eſſe, adlegant verba veteris Teſtamenti : ergo quia illa teſtimonia ad Chriſtianos pertinent. 5.° ſaepe PP. & TT. utuntur aliis veteris legis teſtimoniis, ad probandam praeceptorum moralium obligationem. Immo in noſtris Catechiſmis ſcribuntur decem praecepta eiſdem verbis, quibus Exod. 20. exarata ſunt. 6.° lex moralis, prout in lege veteri tradita eſt, dicitur ſaepe lex *immaculata*, *ſpiritalis*, *aeterna* : ergo nefas fuerit abrogari.

435 R. *D. Adſ.* quoad praecepta moralia, ſumta materialiter, & ſecundum ſe ipſa, *C.* ſic enim ſemper, & ubique vigent, in omni lege, pro quocumque eventu : ſumta formaliter, ſeu prout imperabantur lege veteri, per novum jus poſitivum, ejuſdem legis ſtatum concernens, *N.* quia quum univerſa lex illa ſimpliciter abolita ſit, eodem jure abolitum eſt quidquid ad ipſam legem reſpectum, aut ordinem intrinſecum praetulit. Et ſub hac diſtinctione, ac vero ſenſu exponi debent, ac facile ſolvi omnes Adſumti probationes.

436 Obj. *ſeptimo*. Lex vetus abrogata eſt in ipſa Chriſti morte. Nam 1.° ex Rom. 7. tam lex vetus ſoluta eſt in Chriſti morte, quam ſolvatur lex maritalis in morte mariti reſpectu habito ad uxorem ; at haec ita ſolvitur, ut nullatenus deinceps obliget : ergo. 2.° *translato Sacerdotio*, *neceſſe eſt*, *ut & legis translatio fiat*. Hebr. 7. at Sacerdotium Aaronicum translatum eſt in Chriſto moriente, tunc enim actu, & complete Sacerdos fuit : ergo & tunc deſiit lex Aaronica. 3.° Chriſtus ſua morte confirmavit ſuam legem, ſeu novum teſtamentum, quod condiderat, ut per ipſum revocaret prius, ex Hebr. 8. atqui teſtamentum, etiam in humanis, ex quo interceſſerit mors teſtatoris, obtinet omnino, & obligat : immo etſi longo poſt mortem teſtatoris tempore aperiatur, cenſetur per fictionem juris in ipſa ejus morte apertum, adeo ut ejus effecta ad ipſam mortis diem retro trahantur : ergo Chriſti teſtamentum cenſeri debet ſua morte apertum, riteque promulgatum. 4.° Chriſti morte omnia conſummata ſunt, in cujus ſignum velum templi ſciſum eſt, quoniam figurae omnes, & Sacrificia completa ſunt. Quocirca lex vetus dicitur ex tunc a *Patribus* lex mortua.

437 R. *D. Adſ.* abrogata eſt radicaliter, & quaſi in actu primo pro-

(*i*) Conſulendi *Suar.* cit. c. 10. & 11. & *Set.* cit. lib. 2. q. 5. a. 4.

proximo, quatenus Chriſtus dum moriens ſuam legem ſtabilivit, & veterem pariter ſecundum ſe ſumtam ſimpliciter eliminavit, *C.* Et hoc ſenſu intelligendi ſunt PP. & textus adlegati in contrarium: abrogata eſt formaliter, & in actu ſecundo, quoad effectum obligandi, *N.* quia tamdiu permanet ejuſmodi effectus prioris legis, quamdiu eius abrogatio non eſt publice promulgata, tametſi facta fuerit ſimpliciter in mente, aut concilio Principis: quia *nec praeceptum obligat, antequam ſit divulgatum* (*k*).

438 Ad 1. prob. *N. Ma.* Nec enim eam omnimodam paritatem intendit Apoſtolus, quum addit, *vos mortificati eſtis legi per corpus Chriſti, ut ſitis alterius, qui ex mortuis reſurrexit*; nam ibi intendit, quod Judaei mortificati ſunt legi, vel quod lex vetus eis mortua eſt per corpus Chriſti, id eſt per virtutem, & paſſionem corporis Chriſti, ſcilicet radicaliter, non formaliter: ſiquidem mors Chriſti non fuit publica promulgatio diſſolutionis vinculi antiquae legis, quae ad ejus formalem abrogationem requiritur, uti mors mariti eſt perſpicua oſtenſio diſſolutionis vinculi conjugalis reſpectu habito ad uxorem, quae ad eam ſufficit diſſolutionem.

439 Ad 2. *D. Conſ.* deſiit radicaliter, *C.* formaliter, *N.* Ut deſinat radicaliter Sacerdotium Aaronicum ſufficit, quod Chriſtus novum Sacerdotium exerceat per Sacrificium Crucis: ut deſinat formaliter lex vetus, requiritur publicatio ejus deſitionis per novae legis promulgationem. Ad 3. novum Chriſti teſtamentum fuit quaſi clauſum, donec promulgatum eſt in feſto Pentecoſtes; adeoque nec niſi hucuſque obligavit. Teſtamentum (quidquid ſit de aliis jus humanum concernentibus) nequit cenſeri per fictionem juris apertum quoad praecepta, & obligationes, quae ut adimpleantur, cognitionem requirunt; adeoque promulgationem ſupponunt: ac non niſi incongrue fingi poteſt publica ejuſdem teſtamenti promulgatio, quae ſimpliciter in Chriſti morte ſita ſit.

440 Ad 4. *D. A.* omnia conſummata ſunt in ratione figurae, aut prophetiae, *Eſto*; plura enim uſque ad Chriſti reſurrectionem, vel etiam poſt illam impleta non ſunt: in ratione legis revocantis antiquam quoad obligationem, *N.*; quia haec revocatio expoſcit neceſſario novae legis promulgationem, quae Chriſti morte facta non eſt. Quocirca & velum ſciſſum, & PP. indicati ſolum denotarunt, Chriſti morte lethale vulnus infligi legi veteri, quae propterea jam tum mortua radicaliter jacebat (*l*).

441 QUAESTIO VI. Quo pacto lex vetus poſt inchoatam Evangelii promulgationem fuerit mortifera, id eſt prohibita ſub peccato, quoad uſum ceremoniarum legalium? ADSERO. Non ſtatim fuit mortifera,

(*k*) Ap. *D. Th.* in 4. diſ. 3. a. 5. quaeſtiune 3.

(*l*) Recolendus cit. *Suar.* c. 13. a n. 6. tum l. 10. cap. 4. ubi plures objectiones proponit, ac liquido, more ſuo, diſſolvit.

etiam in locis, ubi Evangelium jam ſatis promulgatum incoeperat obligare. Nam Apoſtoli ſaepe legalia ex intentione cultus, & tanquam religioſae ceremoniae, licet non ſpiritu legis veteris exercuerunt, ap. *Aug.* (*m*) Conſtat ex *Actib. Apoſt.* c. 15. 16. 18. 21. ergo fuerunt licita.

442 Vulgo tamen creditur, mortiferam fuiſſe redditam circa annum 40. a Chriſti paſſione, per ſufficientem declarationem, quam exhibuerunt Petrus, Paullus, ceterique Apoſtoli, adhuc in vivis agentes. Quia aequum erat, eos per interpretationem juris divini poſitivi declaraſſe tempus conſummati termini illius legis (*n*). Nunc ergo (quis dubitet?) certe mortifera eſt. Fide ſanctum (*o*).

OBJECTIONES.

443 Obj. *primo*. Lex vetus ex quo mortua eſt quoad ceremonialia, & mortifera fuit. Nam 1.° ex Galat. 5. *ſi circumcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit ... evacuati eſtis a Chriſto, qui in lege juſtificamini: a gratia excidiſtis*. Et Paullo conſonant Hier. Orig. Dydim. Chryſoſt &c. 2.° tum ritus Moſaici falſi erant, quum Chriſtus adhuc venturum ſignificarent. 3.° ipſi tum erant injurii Chriſti morti, quaſi ad ſalutem non ſufficeret. 4.° non poterat per eos coli Deus, quos idem reprobarat per mortem Chriſti.

444 R. *N. Adſ.* cum *Aug. Cypr. Ambr. Th.* & *TT.* frequentius. Ad 1. prob: Paullus intendit, eam circumciſionem obeſſe Chriſti gratiae, quae ſuſciperetur cum Galatarum intentione, ſcilicet exiſtimando, non poſſe ſine ipſa haberi ſalutem; non vero quae ſuſciperetur ex alio honeſto fine, ut quam ab ipſo Paullo ſuſcepit Timotheus. Ad 2: non erant falſi ipſo uſu, quia ipſis non utebantur Apoſtoli, ut deſignarent Chriſtum venturum, ſed ex alio legitimo fine, ut ita ſcilicet Judaeos lucrifacerent, & Synagogam cum honore ſepelirent; qua quidem jam pridem mortua, & ſepulta, ipſi modo neutiquam licent. Ad 3. *N. A.* quia non ſervabantur ut neceſſarii, ſed ut palam fieret, fuiſſe ipſos a Deo inſtitutos, adeoque ſenſim, & reverenter relinquendos fore. Ad 4: reprobati ſunt, non ut illiciti, ſed ut inutiles ad juſtificationem: proinde aliis de cauſſis potuerunt ad certum tempus retineri.

445 Obj. *ſecundo*. Nequit Adſertum deduci ex facto Apoſtolorum, quippe qui non ſincere, ſed ficte, & ſimulate legalia obſervarunt. Nam 1.° ex Act. c. 21. Judaei dicebant Paullo, *ſanctifica te cum illis ... & ſcient omnes, quia quae de te audierunt, falſa ſunt, ſed ambulas & ipſe cuſtodiens legem*: ergo Apoſtoli ſimulabant, ſe legem obſervare quaſi adhuc obligantem, idque credi permittebant ab Hebraeis judaizantibus. 2.° ex 1. Cor. cap. 9. Paullus factus eſt *Judaeis tanquam Judaeus*: ergo legalia ſimulate implevit. 3.° ex Galat. c. 2. Paullus vere reprehendit Petrum Apoſtolum, quia reprehenſioni ſuberat, eo quod legalia uſurparet, ſe-

que

(*m*) Epiſt. 9. & 19. ad Hieronymum, contra ipſum Hieronymum. De contentione Hieronymum inter & Auguſtinum ſuper hoc facto Apoſtolorum legitor *Bertius* l. 20. c. 10.

(*n*) Conſulendus hanc in rem inſtar plurium laud. *Suar.* l. 9. capp. 15. 16. 17. 18.

(*o*) Ap. *Suar.* c. 14.

que ab Antiochenis recens converſis ſegregaret, ut viveret judaice cum Judaeis, qui Hieroſolymis a Jacobo advenerant: ergo quia tunc illicitum erat Apoſtolis legalia ſincere obſervare.

446 R. *N. Adſ.* quia ejuſmodi ſimulatio includeret mendacium, & falſae Religionis profeſſionem involveret, & graviſſimum Chriſtianis ſcandalum peperiſſet, denotaret enim eſſe licitum quod vere illicitum eſſet: uti dicitur de eo, qui ſacrificat idolo etiam ſimulate, ſeu abſque animo interno. Ad 1. prob: calumniabantur Paullum Judaei, quod doceret ſeparationem, & apoſtaſiam a lege veteri, quam ipſe ut pernicioſam rejiceret; dicitur enim ibidem, *audierunt de te, quia diſceſſionem doces a Moyſe*. Ut vero eam refutaret calumniam, & evitaret periculum perverſionis illius gentis ita addictae legi ſuae, ſatis ei fuit, ut legem ex animo adimpleret ceu nondum mortiferam.

447 Ad 2: tanquam Judaeus factus eſt, quatenus lege nondum mortifera, legalia obſervabat; itemque eo ſenſu, quo ipſe de ſe adſeruit, *omnia omnibus* factum eſſe, ut ſcilicet omnes Chriſto lucrifaceret. Ad 3. *C. A.* cum *Tert. Aug. Orig. Hier. Cypr.* &c. At Petrus ſolum fuit reprehenſibilis ex eo, quod legalibus uteretur imprudenter, cum ſcandalo infirmorum, adeo ut Chriſtiani ex ejus facto inducerentur ad habendam ut neceſſariam legalium obſervationem, & ita quodammodo cogerentur judaizare. Neque vero peccatum veniale pugnat cum gratia, in qua Petrus die Pentecoſtes confirmatus eſt. Plura Interpretes biblici ſuper adductis textibus (*p*).

§. III.

De lege nova divina ſeu evangelica.

448 QUAESTIO I. Quid continet lex iſta (*q*), quam Chriſtus Dominus orbi univerſo ceu verus Legislator (ex *Iſai.* 33. 22. *Matt.* 28. 16. *Joan.* 14. 15. & 15. 10. & 1. *Cor.* 6. 21. & 7. 10.) indixit? ADSERO 1. Continet praecepta, & conſilia; ſcilicet praecepta *moralia* ſuper his, quae ſpectant ad morum rectitudinem; & *ceremonialia* ſuper Sacramentis, & Sacrificio Euchariſtico (*r*): non autem *judicialia*; pro quibus tamen ferendis ad chriſtianae Reipub. gubernium ſuis Vicariis jus reliquit (*s*). Proprie itaque loquendo, non reperiuntur in hac lege praecepta judicialia.

449 II. Quoad praecepta moralia, praeter ea, quae dicuntur eſſe juris naturalis, & quae propriis ſuis legibus commendavit, & injunxit; plura nova Chriſtus addidit, ſtatum gratiae concernentia; e. g. praecepta de fide, ſpe, caritate ſaepe iterandis, mandatum novum de dilectione proximi &c. Et eſto quidem moralia hujus legis praecepta nihil poſitivum addiderint juri naturali, auxerunt tamen intenſive,

(*p*) Conf. *D. Th.* q. 103. a. 4. *Suar.* l. 9. a c. 14. ad 22. *Colet.* heic c. 4. a. 2. ſ. 8. 9. 10. *Bert.* l. 20. cap. 10.

(*q*) Proprie lex ap. *Suar.* l. 10. c. 1. n. 5.

(*r*) Conſtat paſſim ex Evangelio.

(*s*) *Suar.* c. 2. n. 2.

ut ajunt, obligationem in unaquaque materia, vel ob copiosiora gratiae auxilia, vel ob interpositam Christi authoritatem, dicentis, *Ego autem dico vobis*, vel ob ejus exemplum, & amorem, qui dixit, *exemplum dedi vobis & sicut dilexi vos* &c. (*t*).

OBJECTIONES.

450 Obj. Lex ista non est lex proprie praecipiens, qua Christiani onerentur. Nam 1.° ex Rom. 6. *non estis sub lege, sed sub gratia*; gratia autem non est lex. 2.° ex 2. Cor. 3. *ubi Spiritus, ibi libertas*, scilicet ab obligatione legis; at ex eodem Apostolo fideles habent spiritum Domini: ergo. Heinc ex Galat. 5. 18. *quod si spiritu ducimini, non estis sub lege*, & ex 1. Timoth. 1. *justo non est lex posita*. 3.° alioqui esset haec gravior, & durior lege Mosaica, quoniam duriora ferret praecepta, e. g. de confessione, de diligendo inimico &c. 4.° Christus non est proprie legislator, nam ex Joan. 1. 17. *lex per Moysem data est, gratia vero per Christum*; at Christus donans gratiam non tulit propriam legem.

451 R. *N. Adf.* Ad 1. prob: sensus est, quod non simus sub lege timoris, ceremoniis, & sanctionibus onustissima, qualis erat Mosaica; sed sub lege amoris, cujus onus leve, & jugum suave fit per uberiorem Christi gratiam. Saepe autem Apostolus commendat observationem novae legis praeceptorum. Ad 2: *ibi libertas*, idest a lege Mosaica terrente, *sub qua lege non estis* ex Christi redemtione. Ita ex *Aug.* (*u*) Lex non est posita justo eodem modo ac injusto, licet utrumque obliget, quatenus poena legis non imponitur justo, qui eam observat, sed injusto, qui eam violat. Ad 3. *N. Adf.* quia ejusmodi praecepta reddit suaviora frequentior, & uberior Christi gratia tanquam eorum Authoris. Ad 4. *N. Ma.* cum *Trid.* (*x*) Textus comparat legem Moysis, quae gratiam non conferebat, cum Christi lege, illam erogante; quin tamen excludat veram legem, quam praeter gratiam, tulerit Christus (*y*).

452 QUAESTIO II. Num sit lex scripta? ADSERO. Est, non per se exterius, ac necessario scripta, nam voce Christus, non scripto eam tradidit, & octavo citius post Christi mortem anno coepit Evangelium scribi a S. Matthaeo; sed interius scripta scilicet in intellectu per luminis fidei, & doctrinae supernaturalis ubertatem; ac in voluntate per impressum spiritus, & amoris impulsum. Quia est lex, quae virtute sua confert spiritum gratiae, erogantis vires, & inclinantis ad ipsam observandam: quum contra lex vetus data sit sine gratia sibi adnexa, per signa timoris, & majestatis; ac lex pure naturalis non nisi naturaliter menti indita sit, & cordi (*z*).

453 QUAESTIO III. Quando coeperit universum orbem obligare lex ista, quae ex Christi intentione pro universis hominibus viatoribus

(*t*) Conf. laud. *Suar.* cap. 2. per tot.
(*u*) L. de nat. & grat. c. 67.
(*x*) Sef. 6. Can. 21.
(*y*) Recole cit. *Suar.* l. 10. c. 1. a n. 8.
(*z*) Lege cit. *Suar.* c. 3. a n. 3.

ribus lata eſt, ex *Matt.* 28. *euntes ergo docete omnes gentes* &c.? ADSERO. Eo proceſſu temporis, quo coepit ſufficienter promulgari, & coepit obligare. Hoc enim cunctis legibus commune eſt. Promulgatio vero ſufficienter facta eſt ab Apoſtolis in die Pentecoſtes, & deinceps quum *in omnem terram exivit ſonus eorum* ex *Rom.* 10. quod ſaltem per famam praedicationis impletum eſt (*a*).

454 Igitur poſt tranſactum ſufficiens tempus ad perfectam divulgationem, & notitiam, tunc coepit totum mundum obligare, etſi fortaſſe ea divulgatio ad multas provincias non devenerit. Quia lex ſufficienter promulgata ex ſe producit ſuum effectum, independenter a ſubditorum notitia. Heinc licet ignorantia hujuſce legis potuerit multos ab ejus culpabili tranſgreſſione excuſare, non potuit Baptiſmi neceſſitatem impedire, nec alterius remedii irritationem (*b*). Huc adplicanda quae de abrogatione vetuſtae legis mox diſſeruimus.

455 QUAESTIO IV. Quinam hujus legis effectus? ADSERO. Primus, & praecipuus eſt Juſtificatio. Etenim praecepta juſtificant, non quatenus obligantia, ſed quatenus inſtituentia talem ſtatum legis, quae ex ſeſe ſpiritum fidei, & gratiae communicat: quare lex nova collective ſumta cooperatur in ſuo genere ad noſtram juſtificationem: ergo. Item alii ſunt effectus mirabiles, e. c. Hierarchicus Eccleſiae ſtatus, Sacrificii, & Sacramentorum fructus, ſpiritales promiſſiones aeternae, ac temporales, comminatio mali aeterni, ſuavitas in ferendo legis jugo, & alii, per quos hujus legis veritas veteris umbris longe praeſtat (*c*).

456 QUAESTIO V. Num praecepta poſitiva novae legis aliquam humanam diſpenſationem, vel interpretationem per modum epikiae patiantur? NEGO (*d*). Quia nuda haec praecepta poſitiva non quidem ſunt niſi vel de fide explicita aliquot Religionis noſtrae myſteriorum, vel de uſu quorundam Sacramentorum, vel etiam Sacrificii; at in haec nulla cadit diſpenſatio, vel epikia, quum pendeant a ſola Chriſti inſtitutione.

457 Heinc ob eandem rationem lex Chriſti, quatenus inſtituens, vel Eccleſiae inſtitutio proxime a Chriſto proveniens, ipſiuſque jure ſtabilita, a nulla humana poteſtate diſpenſationem recipit; epikiam vero ſolum quoad interpretationem doctrinalem ad diſcernendum, quid comprehendatur ſub inſtitutione. Ita vulgo Theologi cum *Suar.* (*e*) contra nonnullos Jureconſultos, docentes, poſſe Papam ex cauſſa diſpenſare in omnibus, quae ſunt Juris divini, exceptis articulis fidei.

OBJECTIONES.

458 Obj. Diſpenſatio, ſeu propria ſaltem epikia cadere poteſt in aliqua praecepta novae legis. Nam 1.° conceſſio facta Petro, & ſubceſſoribus, ex Matt. 16. *quodcumque ligaveritis ſuper terram* &c. generalis eſt,

(*a*) Ap. *Hieron.* in hunc locum.

(*b*) Oppido conſulendus in hanc rem cit. *Suar.* c. 4. n. 24.

(*c*) Conf. *Thom.* q. 107. & cit. *Suarezius* capp. 5. & 8.

(*d*) Cum *D. Th.* q. 97. a. 4. ad 3. *Sot.* de Juſt. tr. 1. q. 7. a. 3. *Suar.* c. 6. n. 10.

(*e*) Proxime cit. n. 13.

eſt, & nihil excludit, quod ſecundum rectam rationem poſſit ſubſiſtere: e quibus liquido colligere eſt facultatem in Papa diſpenſandi in votis, & aliis, quae ſunt de jure divino. 2.° Papa diſpenſavit in materia Sacrificii Euchariſtici, quod nempe Innocentius VIII. ſub an. circ. 1488. ſine vino Norvegis confici adnuit: itemque in miniſtro Confirmationis, qui licet ex Chriſti inſtitutione debeat eſſe Epiſcopus, *aliquando tamen per Apoſtolicae ſedis diſpenſationem* (*f*) fuit ſimplex Sacerdos. 3.° licet lex humana poſitiva pendeat ab inſtitutione, & voluntate ſui legislatoris, tamen patitur epikiam in caſu graviſſimo, quo legis obſervatio potius noceret: ergo pariter lex Chriſti, ne dicatur lata in deſtructionem, non in aedificationem. E quibus plane conſequitur, Chriſtum reliquiſſe Eccleſiae facultatem diſpenſandi in ſua lege in caſu graviſſimo, utpote parando medium, ſapientiae, ac ſuavitati ſuae legislatricis providentiae magis conſentaneum.

459 R. *N. Adſ.* quia ſi poſſent aliqua, poſſent & omnia; quod tamen repugnat unitati, & invariabilitati Eccleſiae quo ad praecepta ſubſtantialia, & fundamentalia ſuae fidei, & Sacramentorum; adeoque omnia ſunt aeque indiſpenſabilia, & ſuper omnem epikiam. Ad 1. prob: verba ſic generaliter prolata intelligenda ſunt cum exceptione, prout hucuſque ab Eccleſia ipſa, & uſu perpetuo recepta ſunt: alioqui ſub ipſis etiam traderetur Eccleſiae facultas mutandi Sacramentorum ſubſtantiam contra *Trid.* (*g*) Pontifex quidem ubi diſpenſat in votis, & ſimilibus, non diſpenſat in jure divino, ſed in illis materiam mutat, eamque legi divinae ſubtrahit, quoniam tollit conditionem, ſub qua ſola lex tenebat.

460 Ad 2: diſpenſatio illa Innocentii apud pleroſque criticos fabuloſa eſt. Quod ſi vera fuerit, ut ſummum, dixero, Papam permiſiſſe, non ſacrificari, ſed conſecrari ſub ſola ſpecie panis, quae conſecratio non eſt a Chriſto prohibita praecepto aliquo negante: idque non per epikiam, ſed per interpretationem doctrinalem; quoniam praeſtat apud gentem integram ita aliquando conſecrari, quam nullo unquam modo. Deinde Epiſcopus non eſt ita inſtitutus a Chriſto miniſter Confirmationis, ut haec nequeat a Papa, ex ratione graviſſima, ſimplici Presbytero committi.

461 Ad 3. *N. Con.* quia ex epikia conceſſa in lege nova, ſeu jure divino, majus exſurgeret nocumentum bono communi, ac lex divina, hac ſuborta occaſione, nimium alterari poſſet ac perverti, contra naturam, & firmitatem ſuae inſtitutionis. Porro pauciſſima ſunt legis gratiae praecepta, & haec quidem ex ſeſe poſitiva, & adfirmantia: & aliunde ad occurrendum caſibus gravioribus, quantum pro explicanda obligatione opus ſit, ſufficit interpretatio doctrinalis, quae in Eccleſia pertinet ad clavem ſcientiae, nec legi nocet (*h*).

462 QUAESTIO VI. Num lex gratiae perpetua ſit, & invariabilis?

(*f*) Ex Conc. Florent.
(*g*) Seſ. 21. cap. 2.
(*h*) Conſule, ſi vacat, *Suar.* cit. l. 10. c. 6. a n. 19.

bilis? ADFIRMO (*i*). Quia ex *Matt.* 24. *Non praeteribit generatio haec, donec omnia fiant*, ideſt generatio fidelium, vel Eccleſia, quae duratura eſt, donec judicium veniat (*k*): ergo & cum illa lex durabit, ne ſit ac merito dicatur exlex. Heinc nec ipſa pati valet diminutionem, vel augmentum. Quia Chriſtus futura praevidens, tulit omnia, & ſingula ſua praecepta & immutabilia, & perfecta. Nec ſubceſſu temporis creverunt praecepta. Nec tandem poteſt ulla humana conſuetudo praevalere adverſus aliquod hujus legis praeceptum, ut abrogetur; quid enim voluntas humana divinae reſiſtat?

OBJECTIO.

463 Obj. Lex nova abroganda eſt, alio perfectiore ſtatu in terris ſubceſſuro. Nam 1.° ex 1. Cor. 13. *quum venerit quod perfectum eſt, evacuabitur quod ex parte eſt*; at lex nova ex parte eſt, nam ibidem dicitur *ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus*: ergo. 2.° Chriſtus ex Joan. 16. promiſit diſcipulis in adventu Spiritus S. cognitionem omnis veritatis; at nondum Eccleſia cognovit omnes veritates in ſtatu novae legis: ergo exſpectandus eſt novus ſtatus, in quo omnes edoceat Spiritus ſanctus.

464 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: differit Apoſtolus de perfecto ſtatu Patriae, reſpectu cujus hic ſtatus noſter imperfectus eſt, & ex parte eſt, quoniam *videmus nunc per ſpeculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem*. Ad 2: Spiritus S. docuit diſcipulos, & Eccleſiam hucuſque omnem veritatem de iis, quae pertinent ad neceſſitatem ſalutis, non de eventibus aliis impertinentibus, quoniam, ex *Act.* 1. *non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quae Pater poſuit in poteſtate ſua* (*l*).

§. IV.

De lege canonica.

465 QUAESTIO I. Num poteſtas ſpiritalis proprie legislatrix, quae nunc eſt in Eccleſia ad eam gubernandam, (ut fide conſtat ex *Matt.* 18. 17. *Luc.* 20. 16. *Act.* 20. 28. & 1. *Cor.* 4. 21. & 2. *Cor.* 13. 10. & 2. *Theſſal.* 3. 14.) (*m*) exſtiterit ab initio mundi in omni naturae ſtatu? ADSERO. Haec ſupernaturalis quantum ad ejus originem & finem poteſtas eſt propria legis gratiae, & ſingulari beneficio collata a Chriſto ex *Matth.* 16. per verba, *Tibi dabo claves* &c. *Portae inferi non praevalebunt* &c. & ex *Joan.* 21. *Paſce oves meas*.

466 Itaque ante novam legem aliquod tantum fuit veſtigium, vel aliqua hujus poteſtatis participatio. Siquidem in ſtatu naturae, illuſtratae fidei lumine, ac elevatae ad finem ſupernum, cum quo ſtatu coepit Eccleſia jam ab initio mundi, fuit aliqua ſacerdotalis poteſtas, ſola infu-

(*i*) Cum *D. Th.* q. 106. a. 4. *Suar.* c. 7. n. 2. & communi.

(*k*) Sic eum locum adpoſite interpretatur *D. Chryſoſt.* hom. 63.

(*l*) Conf. *D. Th.* q. 106. a. 4. *Sot.* cit. l. 2. q. 7. a. 4. *Suar.* cit. c. 7.

(*m*) Legatur in hanc rem cit. *Suar.* l. 4. cap. 1.

infnſione ſuperni luminis conſtituta in unaquaque perfecta communitate, vel Repub. per hominum determinationem, ad ſtatuendas & regendas res, Dei cultum & animae ſanctificationem concernentes. Ac deinde in lege ſcripta conſtituta eſt a Deo aliqua imperfecta Sacerdotii, populo in ſpiritalibus regendo dignitas, diſtincta a regali, & a Sacerdotio, quod fuerat in lege naturae; quam tamen non conſtat habuiſſe Sacerdotem etiam ſummum virtute Pontificatus, & ſolius juris divini: ergo haec poteſtas fuit ſemper in Eccleſia, ſcilicet olim in typo, at in prototypo ſub lege nova evangelica (*n*).

467 QUAESTIO II. Quid de origine ac progreſſu legis canonicae? ADSERO 1. Origo jure meritoque referenda eſt in Chriſtum Dominum; quippe qui conſummato redemtionis negotio, diſceſſurus ad Patrem, Eccleſiae ſponſae ſuae una cum ordine hierarchico legislatricem poteſtatem reliquit (*o*). Conſtat ex mox adferendis, & ulterius ex eodem Jure canonico (*p*). Qua potiſſimum de cauſſa ego dixerim, Jus ipſum canonicum in corpore ejuſdem Juris *divinum* ſaepeſaepius nuncupari (*q*): tum leges ab hocce Jure profectas perquam meliori titulo eis donandas divinis nominibus, quibus ſuas laici Principes decorarunt, eas nempe adpellitando *ſacros apices*, *conſtitutiones ſacratiſſimas*, *oracula coeleſtia*, *divalia ſtatuta*, & iis ſimilia (*r*).

468 Secus quidem alii vulgo ſentiunt e Proteſtantibus cum *Chriſtoph. Matth. Pfaffio*, Tubingenſi Profeſſore, qui (*s*) contendit, Eccleſiam, quam Chriſtus inſtituit, nulla coactiva poteſtate ab ipſo indutam fuiſſe; quocirca exſulare penitus ab Eccleſia quamlibet ſuperioritatem, coactionem, poenam, & quidquid dominium olet, atque adeo quoslibet *imperantes* & *parentes*, *ubi*, inquit (*t*) *non niſi doctores & auditores ſubſellia complent*. Secus & ceteri valde plurimi in Proluſione proxima adducti, qui cum *M. Antonio de Dominis* (*u*) abjudicarunt Eccleſiae condendi leges & canones poteſtatem, utpote quae ſola interna caritate regitur. At eos tamen minime audimus, ſed ad noſtrates Polemicos ut revincantur amandamus.

469 II. Hac legislatrice facultate mox pro re nata uſi ſunt Apoſtoli, ſubnaſcentem Eccleſiam opportunis inſtitutis erudientes, tum in pleriſque

(*n*) Ita *Suar.* c. 2. cum *Victor.*

(*o*) Communis haec vox apud noſtrates Doctores cum *Franc. Schmier* in juriſprud. canonico-civili tom. 1. l. 1. tr. 1. c. 5. n. 51.

(*p*) Cap. *Translato*. 3. de conſtitut.

(*q*) Exempli cauſſa cap. *Inter corporalia* 2. de translat. Ep. cap. *Qualiter & quando*. 24. de adcuſat. cap. *Quum de diverſis*. 2. de privilegiis in 6, cap. *Filius*. de teſtamen. cap. *Canonica*. cap. *Quia ſuſpecti*. 3. q. 5. cap. *Nimis*. de jurejur. Conſule ſis in hanc rem *Franc. Vargas* de authorit. Pontif. axiomate 8. 9. 10. *Barbatium* de Cardinalibus q. 1. n. 1. *Ugonem* in cap. *Humanum genus*. diſt. 1. *Gonzalez* in adparatu de origine & proceſſu Juris canonici num. 29.

(*r*) Conf. *Gothofred.* in l. 1. Cod. Theodoſ. tit. 1. in paratila; tum l. 1. c. de Senatorib. l. 2. de divin. offic. l. 6. cap. de cenſu. l. 21. cap. de Praetorib. l. 24. cap. de erogat. militar. annon.

(*s*) De originibus Juris eccleſiaſtici art. 3. p. m. 26. & alias, edit. Tubing. 1756.

(*t*) Ad pag. 36.

(*u*) De republ. l. 1. cap. 1. n. 1. & l. 4. cap. 6. n. 7.

que coactis Synodis, quorum fit mentio in *Actibus Apost.* capp. 6. 15. 21. & *Epist. ad Galat.* cap. 2. (*x*) tum in suis canonicis epistolis, e. c. *Joannes* epist. 2. c. 1. & *Paullus* 1. *Timoth.* 5. & 6. ac 2. *Timoth.* 2. & 1. *Cor.* 5. & 2. *Thessal.* 3. & ad *Tit.* 3., tum ore tenus legum effundentes oracula, quae ad posteros per traditionem transmissa sunt, ajente *Tertull.* (*y*) *id esse ab Apostolis traditum, quod apud Ecclesias Apostolorum fuerit sacrosanctum* (§).

(*x*) *Ludov. Bail* in summa Concilior. tom. 1. & 2. sub init. plures recenset synodos ab Apostolis congregatas, eique adhaerere videntur *Gonzal.* in adpar. Jur. canon. n. 31. & *Plestenberg.* in introd. ad Jus can. cap. 11. difficile tamen eas omnes vera Critice incunctanter admiserit.

(*y*) Lib. 4. contr. Marcion. cap. 5.

OBSERVATIONES.

(§) I. IIS plerique adnectunt leges quasdam Apostolicas libris octo comprehensas, hoc titulo inscriptas *Constitutiones sanctorum Apostolorum, Authore Clemente Episcopo & cive romano.* Ita quidem noster *Franc. Turrianus* in prolegomen. & expos. apologeticis in easdem constitut. *Carol. Bovius, Thom. Stapletonius, Gilb. Genebrardus, Gaulterus*, post *Patres* Synodi Trullanae coactae an. 691. can. 2. exsistimantes videlicet eas opus Apostolorum esse, quamvis ab haeretica manu deinceps temeratum: eisque mihi adhaesisse videntur Graeci posteriores cum *Niceta Pectorato* lib. cont. Latinos post med. *Georg. Cedreno* in comp. historiar. *Zonara* ad can. Apostolor. 60. *Niceph. Callisto* hist. l. 3. c. 18. atque insimul *Aethiopes* a Graecis edocti.

Verum eas tanquam pseudepigraphas, Apostolis & Clementi Romano suppositas vulgo rejicit Eruditorum cohors. Sic enim ex nostratibus *Bellarm.* de script. eccles. in Clemente, ibidemque *Oudin.* in supplem. *Baron.* an. 32. n. 18. & an. 46. n. 13. *Halloixius* in notis ad vit. Polycarpi c. 6. & ad vitam Ignatii c. 2. *Possevin.* in adpar. in Clemente, *Perron.* de Eucharistia l. 2. cap. 1. *Albaspinaeus* observat. ecclesiasticar. l. 1. c. 12. *Petav.* de doctrina tempor. l. 2. c. 57. & in notis ad S. Epiphan. ad haeresim Audaeanor. *Coteler.* de Patribus Apostolicis tom. 1. in judicio de constit. apostolicis, eisdem praefixo, sub init. *Nat. Alexand.* in hist. eccl. Seculi 1. diss. 19. *Dupin.* in biblioth. t. 1. ad Secul. 1. in Clemente, *Petr. Collet*, continuator Tournelyi, t. 8. de Matrim. sub fin. diss. 2. a p. m. 572. edit. Venetae 1758. *J. Bapt. Bartholi* Feltrinensis Episc. in institut. Juris can. cap. 5. &c.

Sic ex Scriptoribus exteris *Usserius* in adnot. ad epist. Ignatii c. 7. sqq. *Grotius* de jure belli & pac. l. 1. cap. 2. in not. ad §. 9. *David Blondell.* in apol. de Episcop. & Presbyt. sect. 3. *Conring.* in animadv. de purgatorio n. 32. *Gasp. Zieglerus* in Jus canonicum a Lancellotto explicatum, in dissert. praevia §. 14.

Et merito quidem. Ecquid enim genuinos Apostolorum foetus eas dixeris constitutiones, quas prisci Patres, etiam data saepius illas memorandi occasione, alto presserunt silentio adusque *Epiphanium*, qui haeresibus 45. 70. 75. 80. loca quaedam ex eis retulit, quique opinione aliquorum, ipsis constitutionibus plus nimio tribuisse visus est? Quas rursum Ecclesia in canonem sanctarum scripturarum non retulit?

Quas item constat plures complecti errores & contra fidem, & contra disciplinam ecclesiasticam ab Apostolis, uti creditur, adceptam? Siquidem e. g. in l. 1. c. 6. Deuteronomii liber vituperatur, l. 6. c. 25. haereticis adnumerantur qui suspicentur Jesum esse Deum super omnia; l. 6. c. 15. improbatur ut irritum baptisma collatum ab haereticis; l. 7. c. 23. praecipitur Sabbatum peraeque ac Dominicum dies festos haberi; l. 5. c. 14. Jacobus frater Domini in syllabo SS. Apostolorum non reponitur. Notissimum denique est, earum stilum apostolico plane dissimilem esse. Ergone Clemens Apostolorum socius, ipsis ejusmodi scripta temere adfixisse credendus est?

Maneat itaque, nec SS. Apostolos illa instituta tradidisse, nec literis Clementem consignasse. Quis igitur, inquis obiter, earum, quae alias plura & apostolica praeferunt, Author, & qua tempestate floruit? Sed & haec itidem valde abstrusa, atque eruditis incomperta ob inopiam documentorum.

Aliis hic Pseudo-Clemens libros edidit

Secu-

170 III. Sanctos Apostolos exceperunt Romani Pontifices, Christi Vicarii & Petri subcessores, Linus, Cletus, Clemens I. ad usque Clementem

Seculo II. exeunte, & aliis Seculo III; iis insuper editioni adfigendum est Sec. V; illis vero VI. at plane videtur eos jam ante Epiphanii tempora pervulgatos fuisse. Nec desunt tandem, qui cum laudatis *Halloixio* & *Albaspinaeo* haud temere suspicantur, eos nec uno tempore, sed ab authoribus pluribus, variisque temporibus fuisse conflatos, & corruptos. Plura quaerenti dabunt Scriptores pro nostra sententia relati, prae ceteris *Usser. Albaspin. Coteler. Nat. Alexand. Collet.*

II. Rursum iis, quae innuimus, Apostolicis institutis aut legibus eos alii subjiciunt tanquam legitimum eorum foetum, quos vocant *Canones Apostolorum*, a *Clemente*, ut ajunt, conscriptos. Nimirum *Graeci* plerique omnes cum *Trullana Synodo* can. 2. eos qua tales amplectuntur numero LXXXV; exceptis tamen illorum paucis, qui cum *Photio* cod. 112. & in praefat. ad nomocanonem, ac *Matth. Blastare* in protheoria, essent ne Apostolorum dubitarunt. Illos quidem sequuti sunt *Aegyptii Arabici*, canones tamen 81. duntaxat enumerant ap. *Bevereg.* in judicio de canon. Apost. n. 5. sub fin. ex MS. Biblioth. Bodlejanae.

Inter Latinos autem frequentius e praefato canonum numero soli quinquaginta priores, quos primum e graeco codice latinos reddidit *Dionys. Exiguus* an. circ. 496. excepti sunt, ceteris posterioribus rejectis tanquam apocryphis ac plane suppositis. De authoritate vero ipsorum, num videlicet reapse ab Apostolis conditi sint, & a Clemente conscripti, varie disputatum est, praesertim ab Scriptoribus recentioribus.

Adfirmantem quippe partem tenuerunt *Franc. Turrian.* in defens. canonum adversus Centuriat. Magdeburg. contendens, eos in Synodo quadam Hierosolymitana constitutos fuisse ab Apostolis, *Anton. Augustinus* de emendat. Gratiani dial. 6. versus fin. *Sixt. Senens.* in biblioth. l. 2. in Clemente, *Bellarm.* de script. eccl. ubi de Clemente, *Possev.* adp. sacro in Clemente, *Lambert. Gruter.* in praefat. oper. Clement. *Lindan.* in Chron. praefat. panopl. *Panvin.* in Catalogo Platinae praefixo, *Salmer.* tom. 12. tract. 44. versus fin. *Binius* in collect. Concil. in not. ad can. Apost. sub init. *Coriolan.* & *Bail* in summa Concil. sub init. *Manuel Gonzalez* t. 1. in Decret. in adpar. de orig. & progr. Jur. can. ubi valde plures pro eadem sententia producit ad num. 42. *Gaulter.* ad Secul. I. in prima veritate §. 29. *Anton. Constantinus* in diss. unica de can. Apostol. *Franciscus. Schmier* in jurispr. can. civ. l. 1. tr. 1. c. 5. n. 59.

Negantem vero partem multo plurimi propugnarunt: puta *Centuriat. Magdeburgenses* cent. 1. c. 2. in Clemente, *Albaspin.* citat. l. 1. observat. 13. *Petrus de Marca* de concord. Sacerd. & Imp. l. 3. c. 2. *Usser.* in adnot. ad epist. Ignat. c. 6. *Jo. Rainold.* in censu apocryph. t. 1. praelect. 44. *Whitaker.* contr. 1. q. 6. c. 12. *Robert. Parcker.* de polit. eccles. lib. 2. c. 13. *Coteler.* citat. tom. 1. in judic. de can. Apost. p. m. 424. *Guilielm. Bevereg.* in simili judicio ibid. §. 10. pag. 431. & alias, *Dorschaeus* ad Conc. Nicaen. diatypos. de coen. sect. 3. §. 5. *Zeigler.* in diss. proxime cit. §. 10. *Nat. Alex.* ad Sec. I. diss. 18. prop. 3. *Bartholus* in instit. Iuris can. cap. 6. *Doujatius* in Synopsi histor. Jur. Pontif. §. 8. *Dallaeus* de pseudepigraph. Apostol. lib. 3. *Du-Mesnil* de doctrina & disciplina Eccl. ad an. 90. *Collet* cit. diss. 1. a p. m. 566.

Quod si ad vetustiora tempora gradum revocare juvet, haud paucos reperieris Sapientes, qui huic parti impense faveant. Siquidem *Gelasius* P. in vulgatissimo de libris prohibitis decreto librum canonum Apostolorum ceu apocryphum rejecit. Idem *Dionys. Exiguus* in praefat. ad codic. canon. ecclesiasticorum fatetur, plurimos canonibus illis facilem tum adsensum non praebuisse. Nec *Fulgentius Ferrandus* in breviatione, nec *Martin. Bracharensis* in collectione canonum illos laudare dignati sunt. *Hincmarus Remensis* in opusc. cap. 24. testatur tum temporis eosdem canones ab Apostolis conscriptos fuisse minime credi.

S. Isidorus demum (ut plura id genus documenta praeteream) relatus a *Gratiano* dist. 16. c. 1. haec scribit „ Canones qui dicuntur Apostolorum, seu quia eosdem nec „ Sedes Apostolica recepit, nec SS. Patres „ illis adsensum praebuerunt pro eo quod ab „ haereticis sub nomine Apostolorum com„ positi dignoscuntur, quamvis in iis utilia „ inveniantur, tamen ab authoritate cano„ nica atque Apostolica eorum gesta constat „ esse remota atque inter apocrypha depu„ tata.

Eisdem praeterea sic opinantibus haud levia

tem XIV. hodie feliciter ac proſpere regnantem; qui nempe ceu ſummi Eccleſiae Principes, Legumque latores, illam pro temporum op-

levia argumenta ſuffragari videntur. Quod videlicet praefati Canones ab Scriptoribus cunctis primorum ſeculorum tanquam inviſi & incogniti taceantur, primum enim nominatim memorantur a *Nectario* in percelebri Synodo CPna anni 394. ap. cit. *Coteler.* ex *Zonara* & *Balſamone*. Quod aliis ſacrae Scripturae voluminibus inſerti non legantur. Quod multa contineant Apoſtolorum temporibus nondum recepta, pluraque deinde quae diſciplinae Apoſtolorum adverſantur: id quod probe norunt Eruditi, ac facile collatis Canonum exemplis evinci poſſet, niſi brevitatis ſtudio pro inſtituto noſtro premeremur. Legito cit. *Bartholum* cap. 6. n. IX. ſqq.

Haec, pluraque in percelebri lite objecta ſibi tela patroni adverſae partis vel conterere, vel eludere operoſe connituntur, praeſertim *Turrianus*, *Gonzalezius*, *Conſtantinus*: at me judice rem non conficiunt ſuam.

Nec plus ipſi proficere mihi videntur ubi in patrocinium ſuae cauſſae illa ſubjiciunt, promoventque: quod nempe tota retro antiquitate canones illi a Conciliis, a Patribus, ab ſacris Scriptoribus vulgo ac ſimpliciter nuncupati ſint *Canones Apoſtolorum*: tum quod iidem canones recenſeantur cum laude, immo vero & generaliter & ſpecialiter adprobentur a multis Synodis oecumenicis ac particularibus, a pleriſque Pontificibus, a variis ejuſdem Juris Canonici monumentis.

Sed quid inde tamen? Uſus duntaxat, qui tunc inolevit, effecit, ut eo nomine indigitarentur vulgo canones, non vero indubium apud ſapientes judicium, quod praeſcripti fuerint aut omnes 85. aut 50. priores ab Apoſtolis, & a Clemente vulgati.

Synodi praeterea, Pontifices, & Juris textus, qui adducuntur, canones adprobarunt ut ſummum tanquam continentes ſanam doctrinam aut diſciplinam, non ita vero ut decreverint eos vere traditos fuiſſe ab Apoſtolis, quod nempe ad inſtitutum ipſorum valde alienum dixeris; immo tale decretum hiſce diſertis conceptum verbis fortaſſe nuſpiam apud Latinos XII. priorum Seculorum Authores reperire liceat.

Dicendum itaque nullo ſatis ſolido argumento probari, eos canones ab Apoſtolis fuiſſe conditos, & a Clemente conſcriptos, immo oppoſitum ſolidius oſtendi apud Authores, quibus lubenter ſubſcribimus, donec pro contraria opinione magis perſpicua documenta non eluceant.

Non autem inficias ivero, quominus eorum canonum natales antiquiſſimi ſint, utpote Seculum II. aut III. ſpectantes, Authore uno, vel pluribus, incertis quidem, attamen Apoſtolicis, qui nempe Apoſtolis viciniores, eorumdem quodammodo ſenſa retinerent. Nec dubitandum quidem de ſingulari ipſorum authoritate; quippe quos tot, tantiſque generatim teſtimoniis aut receptos, aut commendatos audivimus.

Cetera ſcitu digna, horum canonum hiſtoriam, autentiam, utilitatem, interpolationem, correctionem, uſum concernentia praecitati hac Diſſertatiuncula Scriptores dabunt, maxime *Bevereg. Coteler. Nat. Alex. Bartholus*.

III. Eiſdem denique Apoſtolicis inſtitutis novem alii ſubnexuerunt canones, ab Apoſtolis, ut ajunt, praeſcriptos in Synodo ab ipſis coacta Antiochiae ſub an. circ. 58. Ita *Turrian.* cont. Centur. I. 1. c. 25. quem ſequuti ſunt *Baron.* ad an. 102. n. 19. *Binius* in collect. CC. tom. 1. ſub. init. *Bail* in ſumma CC. tom. 2. ad Seculum I.

Jure tamen Eruditi hodierni cum *Petav.* in rat. temp. tom. 2. in canonio Concilior. ad an. 58. & *Nat. Alex.* ad Sec. 1 diſſ. 20. eos repudiant canones tanquam apocryphos & ſuppoſititios, una cum ipſa Synodo. Quoniam nullum hujuſce ſynodi adparet in omni retro antiquitate veſtigium aut in veteribus hiſtoriae eccleſiaſticae monumentis, aut in collectionibus Conciliorum. Tum novem qui circumferuntur canones, varie referuntur a Turriano, Baronio & Binio. Ipſi demum canones plura falſa & abſurda continent, uti cuiquam Erudito eos expendenti notum eſt: id quod laudat. *Nat. Alex.* docte perſequitur.

At, inquies, Turrianus eos dedit canones ex pervetuſto Codice MS. Pamphili Martyris, qui teſtatur eos ſe in Bibliotheca Originis reperiſſe. Deinde Innocent. P. I. epiſtola 18. inquit, Eccleſiam Antiochenam meruiſſe conventum Apoſtolorum apud ſe fieri celeberrimum. Denique in C. Nicaeno II. act. 1. Gregorius Piſinuntenſium Epiſcopus

citat

portunitate inſtitutionibus, praeceptis, decretalibus epiſtolis, (§) reſcriptis, quorum multa in pluteis Vaticanae bibliothecae latent adhuc ex.

citat primum illorum canonum ex *Synodo SS. Apoſtolorum, quae apud Antiochiam congregata* fuit.

Parum tamen haec urgent. Principio enim codex ille, quem adfert Turrianus ſaltem dubiae manet fidei; quoniam nec ipſe ubi nactus ſit codicem, vel a quo eum habuerit, refert; nec ipſum noverunt Huetius, Caveus, aut alius ex iis plurimis, qui Origeniana Opera & edita & manu exarata congeſtis ſyllabis indicarunt, etiam poſt commentarium Turriani.

Deinde Innocentius *conventum* dixit, quatenus ſedentem ibi Petrum Paullus & Barnabas convenerunt, non Synodum conſtituentem canones, quorum nempe ante Innocentium nemo unus meminerit. Denique Gregorius ille canonem ex levitate adnixit Synodo, quam nullo documento ab antiquitate petito commentus eſt; nec eum quidem Patres illi Nicaeni tanquam Apoſtolicum receperunt, quippe quem minime ſequuti ſunt, uti liquet ex actis ejuſdem Nicaenae Synodi.

Haec omnia, reor, ſecum cogitavit proxime laudatus *Conſtantinus*, cetera canonum, qui dicuntur Apoſtolorum, poſt Turrianum acerrimus vindex; quippe qui cap. 1. §. 7. eiſdem ſibi propoſitis pro canonibus Antiochenis documentis, illos nihilominus ceu genuinos ſeſe recipere, aut rejicere nolle proteſtatur.

OBSERVATIONES.

(§) I. UBI decretales Legum latorum Pontificum epiſtolas referimus, ea ſtatim ad eruditionem candidatorum occurrit quaeſtio de decretalibus ipſorum a Clemente I. uſque ad Siricium, creatum an. 384. Hanc porro celeberrimam effecit, qui eidem uberrimam materiem dedit famoſus ille, aut vero, aut larvato nomine *Iſidorus Mercator*, aliis *Peccator*, gente Hiſpanus, vel potius, ut aliis placet, Germano-Gallus.

Hic enim medio circiter Seculo IX. opus conſarcinavit, canones, qui dicuntur Apoſtolorum, tum decretales epiſtolas virorum Apoſtolicorum, hoc eſt Romanorum Pontificum ad Siricium, immo ad uſque Gregorium M., plurium denique Conciliorum decreta complexum. His commentarium conſtare liquet ex ejuſdem praefatione, quam habes ap. *Labbeum* in collect. CC. ſub init. & ap. *Aguirr.* in collect. CC. Hiſp. t. 1. p. 27. ſqq. tum ex Codice MS. Vaticano num. 630. integro & antiquiſſimo, quem enucleate recitant *Ballerinii Fratres* in to. 3. adpend. ad opera S. Leon. Magni par. 3. cap. 6. §. 5. a pag. ccxxv.

Anecdoti hucuſque commentarii editionem integram nobis ſpopondit *Conſtantius* tr. de epiſt. Roman. Pontif. in praefat. par. 2. num. 162. ex §. 10. num vero fidem jam liberaverit ſuam, latet me.

Jam vero quod ſpectat decretales epiſtolas, vix ipſae ea ſacrae vetuſtatis ſpecie Apoſtolicis viris inſcriptae apud catholicas orbis provincias innotuerunt, communi omnium plauſu exceptae ſunt tanquam praeſantiſſimus theſaurus, qui indubiam ſibi, ſummamque authoritatem ac reverentiam vendicaret.

Quo factum eſt, ut, nullo praemiſſo examine, prout ferebant ea incultiſſima tum tempora, eas tanquam genuinos Authorum, quibus ab Iſidoro tribuuntur, foetus tenuerint, laudarint, adprobarintque & Summi Pontifices in reſcriptis cum Nicolao I. ac Gregorio VII., & Concilia in decretis cum Lateranenſi ſub Calliſto II., Aquiſgranenſi ſub Gregorio IV., aliis; & Collectores decretorum Juris Canonici cum Burchardo VVormatienſi, Ivone Carnotenſi, Gratiano, Anſelmo Lucenſi, ipſorumque interpretibus univerſis; quibus adde Theologos omnes, tam Polemicos, quam Scholaſticos, ac Ethicos cum Angelico Doctore.

Ut plures taceam varii generis Scriptores cum Authore Ordinis Romani, Hincmaro Laudunenſi ap. Hincmarum Remenſem in opuſc. 55. c. 43. Liutprando Ticinenſi de vitis Pontif. Benedicto Levita in Capitular. Caroli M. & Ludovici Pii, Micrologo c. 10. Lege in hanc rem, ſi licet, *Blondel.* in proleg. cap. 18.

Haec quidem latini orbis chriſtiani reverentia per plura ſecula Iſidorianis epiſtolis conſecrata. Verum nec ipſae perpetua fruitae

exſcripta , plura vero in Bullariis Pontificiis , aliiſque editis voluminibus cuique patent , uſque modo rexerunt .

Epi-

tae ſunt praeſcriptione . Siquidem ad ſeveriorem criticen a viris perdoctis revocatae , & pro ſuſpectis , & pro certo interpolatis confictiſque ab impoſtore Iſidoro habitae ſunt .

Nonnulli plane ambigunt , num Menandrinus Patavinus in defenſorio pacis , Aeneas Silvius de geſtis C. Baſileenſis , Kobelinus in Coſmodromio , & Henric. de Halteſen in tract. de translat. Imperii ſubdubitare ceperint ad Sec. XV. de ſuppoſitione illarum decretalium . Et vero indubium eſt , ſub idem ſeculum eam ſuppoſitionem tenuiſſe ac indicaſſe *Nicolaum Cuſanum* Cardin. in concordantia catholica l. 3. cap. 2.

Hanc deinde inſequenti Sec. XVI exceperunt Lutherani *Centuriatores* , qui in ſuis centur. ſparſim , ut catholicam , quam continebant , doctrinam everterent , eas magna argumentorum copia ceu aperte ſubditicias confutarunt .

Tum Clariſſ. V. *Anton. Auguſtinus* lib 2. Dial. 4. p. m. 203. de emendati Graciani eas ut nothas repulit ; idemque primus omnium (uti *ſupra* monuimus Tom. 1. p. 86.) argumento optimo ac evidenti earum falſitatem detexit , oſtendens nimirum , multas particulatim ſententias , in eis epiſtolis contentas , derivatas eſſe ex Codice Theodoſiano , nec non ex Scholiis , quae ſub nomine Aniani exſtant ad Codicem Theodoſianum , atque ex Capitulis Adriani P. I. , quum tamen haec omnia tot Seculis poſt Pontifices , quibus adfinguntur epiſtolae , conſcripta ſint . Conferendus idem *Auguſtin.* in notis ad capp. 7. 8. 16. ſqq. Capitulorum Adriani , quae ex recenſione *Sirmondi* protulit *Labb.* t. 6. Concil. a col. 1839.

In eandem ſententiam e duobus ſubſequutis Seculis Eruditi pene omnes iverunt cum *Baron. Sirmon. Marca , Perronio , Bona* &c. Prolixum iſtorum cenſum ſatis adcurate deſcripſit *Robert. Sala* in lib. 1. rer. liturg. Card. *Bona* , cap. 3. nota 2. p. 19. quibus denuo adtexi poſſunt ex antiquioribus *Turrecremata , Eraſmus , Driedo , Eſpencaeus , Didac. Covarrubias* ap. Blondel. in proleg. c. 19. *Anton. Contius* diſt. 16 c. *Septuaginta* , Author epiſtolae nomine *Gallo-Franci* pro libert. ſtatus & Reip Venetor. p. 10. *Simon Vigorius* in apologia 1. & 2. pro Edmundo Richerio ſparſim , *Thomaſſin.* de vet. Eccl. diſcipl. p. 2. l. 1. cap. 9. *Harduin.* in t. 1. Concil. ſparſim , *Du-Meſnil* lib. 3. §. 33. *Jo. Petr. Gibert* in ſuo corpore Juris can. tom. 1. in proleg. par 1. tit. 24. ſ. 2. Tum e nuperrimis eruditis *Ballerinii* mox laudati , *Jo. Anton. Bianchius* de poteſt. & politia Eccleſiae tom 4. l. 2. cap. 3. §. 5. n. 2. p. 450. *Petr. Jannonius* hiſt. civ. regni Neapolit. t. 1. l. 2. c. ult. *Adrian. Daudeus* hiſt. univ. & pragmat. Rom. Imper. t. 1. reflex. 10. in c. 2. libri 3. p. 671. *Barthol.* inſt. Jur. can. cap. 19. & 20. tum idem *Robert. Sala* proxime cit. *Jo. Alb. Fabric.* bibl. graec. t. 11. p. 19. ubi aliquos addit Proteſtantes , *Colletus* proxime cit. diſſ. 3. a pag. m. 577. *Franc. Ant. Zachar.* in Anti-Febronio par. 1. diſſ. 3. cap. 4. idemque ibid. c. 3. egregiam contexit hiſtoriam de origine ac univerſali adceptione decretalium Iſidori .

Porro *Turrianus* mox cit. religioni duxit viriliter ac praefervide pro antiqua opinione , tum nondum antiquata , pugnare adverſus Centuriatores edito Florentiae an. 1572. commentario de libris v. pro canonibus Apoſtolorum & epiſtolis decretalibus Pontifi. cum Apoſtolicorum .

Tum *Binius* in ſua collectione eaſdem ut genuinas paſſim , acriterque defendit , quemadmodum *Bonav. Malvaſia* in peracri pro Turriano contra Blondellum edita Romae 1658. apologia . *Aguirrius* demum in collect. CC. Hiſp. tom. 1. ipſas magno argumentorum , ſeu potius conjecturarum adparatu prolixis diſſertationibus S. Iſidoro Hiſpalenſi adſerere , atque a labe ſuppoſitionis vindicare conatus eſt . Ceterum haud unum aliquem , quod ſciam , ipſi adſeclam inter Eruditos impetrare potuerunt .

Et multo quidem minus ex quo famoſus ille inter Calviniſtas Eruditus *David Blondellus* in aciem deſcendit edito Genevae an. 1628. libro , cui titulus *Pſeudo-Iſidorus & Turrianus vapulantes* , ibidemque recuſo an. 1635. ſub titulo examinis decretalium .

Ibi vero Author , exemplum Anton. Auguſtini ſequutus , incredibili cura & diligentia notat , oſtenditque centones recentiores , ex quibus eae confutae & confectae fuerint ; paſſimque Magdeburgenſes vindicat , Turrianum exagitat , decretalium anacroniſmos ceteroſque naevos detegit , & (quod unum in commentario ſummum nefas) dogmaticam ,

quam

171 IV. Episcopi praeterea, Apostolorum subcessores, particularibus Ecclesiis toto orbe dispersis praepositi, istas a primordiis usque nascentis Eccle-

quam praeferunt, doctrinam Calviniano dente dilacerat. Quod si postremum hoc caput exceperis, nonnullaque Calvinismum spirantia, Boldellianum opus eo in genere ceu numeris omnibus absolutum palmam retulisse fatendum est.

Jam vero quod ejusmodi decretales Isidorianae collectionis spuriae sint & adulterinae, ex iis potissimum capitibus demonstrari videtur. Quia nempe 1.° usque ad Seculum IX. nullus ullam ex suppositis ab Isidoro epistolis novit aut memoravit: ubi notandum non agi heic de multis sinceris, quas una cum nothis impostor collegit, & a SS. Patribus aut veteribus Historiographis ecclesiasticis referuntur vel recitantur, v. c. epistolae S. Cornelii, Julii I. Damasi ad Episcopos Illyrici & aliae, quas indicat *Barthol.* cap. 18. Nothas omnes, quas a S. Clemente adusque Gregorium M. unus idemque confixit Pseudo-Isidorus perspicue congestas habes ap. laud. *Barthol.* cap. 19., & istas quidem tanto Seculorum intervallo nemo unus in medium protulit.

2.° Falsa Consulum nota in plerisque epistolis adscripta est. 3.° vetustissimo Codici canonum Ecclesiae Romanae illatae non erant. 4.° usurpant frequenter Scripturam sacram secundum vulgatam versionem a S. Hieronymo adornatam. 5.° earum argumenta persaepe Seculis Authorum, quibus inscribuntur, non conveniunt.

6.° Compilatae ut plurimum sunt ex epistolis, operibus ac decretis posteriorum Pontificum, Conciliorum, Patrum, Imperatorum, usurpantque ex ipsis non modo voces, verum & periodos interdum satis prolixas. 7.° Ex similitudine stili, & quidem barbari, alienique a puritate priorum Seculorum, unus fuit earum omnium consarcinator. Fusius haec persequuntur laudati *Blondel. Nat. Alex. Constant. Barthol.* & *Jo. Bernard. Pozzolus* in rationali Romani Pontific. l. 2. par. 1. cap. 12.

Ex iis itaque & nobis incunctanter tenendum, ejusmodi decretales epistolas, juxta vulgarem phrasim, Isidori Mercatoris spurias & adulterinas merces esse, pia fraude confictas. Sed huic tamen adferto, quod cit. *Nat. Alex.* facile, ac egregie ab objectis vindicat, nonnullas juvat Animadversiones subjicere.

Primum. Praefatae decretales haud alia continent, quam fidei, morumque dogmatis summopere consentanea. Quocirca nec hilum profecerunt Centuriatores & Blondellus, qui eo praecipue consilio ipsarum suppositioni demonstrandae insudarunt, ut sancta dogmata subruerent.

Secundum. Tanquam certum ab eisdem acatholicis, quibus & nostrates consentiunt, proponitur, eas plerumque quarti & quinti Seculi documentis confutas fuisse ab impostore. Manet ergo, doctrinam ecclesiasticam, quam epistolae praeferunt, ad eadem Secula pertinere.

Quo plane fit, ut & eaedem epistolae magnam ex hoc capite sibi vendicent venerandae vetustatis authoritatem, ut scite observarunt *Schelstrat.* antiquit. illustr. part. 2. diss. 3. c. 5. art. unico, & *Petr. Annat.* in adpar. t. 2. lib. 6. art. 5. p. m. 258., & iidem acatholici, qui cetera earum suppositionis capita in optimo lumine collocarunt, de vetustate (quantumvis paullo minore) propriis testimoniis convincuntur.

Tertium. Vehementer suspicantur mox laudati *Bianchius* & *Zacharias*, Pseudo-Isidorum haud eas epistolas ex integro primum suopte ingenio confinxisse; immo potius earum fragmenta aliqua in obscuris pluteis latitantia corrupisse ac imperite interpolasse.

Quoniam, ajunt, verò longe simile est, Pontifices, qui dicuntur earum authores, de argumentis eisdem suas tum temporis data opportunitate conscripsisse decretales, quarum exemplaria partim delituerint, partimque perierint; quod illis etiam primis Seculis saepe plurium gentium Episcopi circa ecclesiastica negotia Romanos Hierarchas consuluerint.

Quin etiam mirari subit, quonam Isidorus consilio canones alios Conciliorum fideliter universim retulerit, in illis vero consarcinandis decretalibus adeo impotenter mentitus sit. Pluribus suspicionem, qua saltem aliqua ex parte sarta tecta haberi possit ejusmodi decretalium authoritas, confirmare pergunt iidem Authores, quos consule & expende sis.

Quartum. Inter epistolas Isidorianae collectionis nonnullae recitantur, de quibus adhuc sub judice lis est, num pseudepigraphae

fuc

Eccleſiae praeſcriptis legibus moderati ſunt ; & quidem vel una cum Synodis particularibus nationalibus, provincialibus, aut dioeceſanis, quibus

ſint, an vero germanae. Inſtar plurium eſto epiſtola illa Juſto Epiſcopo Viennenſi directa a Pio P. I. cui initium *Antequam Roma exiiſſes*.

Hanc utique ceu genuinam receperunt *Baron.* ad an. 166. *Bona* rer. liturg. l. 1. c. 3. §. 1. *Juſtus Fontanin.* in hiſt. liter. Aquilejenſi l. 2. cap. 4. n. 2. a p. 84. *Jo. Doujat* in praenot. canonic. l. 1. c. 25. n. 19. *Binius* in collect. CC. in Pio I. alii vero ceu ſpuriam rejecerunt cum cit. *Blondello* in cenſura ejus epiſtolae p. m. 201. prioris edition. *Labbeo* ap. & cum *Ant. Pagio* ſeniore ad an. 165. num. 3. *Franc. Pag.* in breviar. ubi de Pio ad an. 141. *Couſtant* cit. in adpendice col. 17. 18. *Barthol.* c. 19. n. 3. At *Schelſtrat.* mox cit. n. 314. haerere videtur.

Jam vero, me judice, ſatius ſit ab citatione id genus epiſtolarum cuiquam erudito abſtinere, ac nullam ab eis probationem ut invictam repetere; haec ſiquidem apud viros emunctae naris nunquam non dubia manebit.

Qui plura optes in decretales Iſidorianas, adeas AA. hac diſſertatione memoratos, prae primis *Blondel. Ballerinios*, *Nat. Alex. Couſt. Barthol. Schelſtrat.*

II. Complures itidem exſtant Romanorum Pontificum leges & conſtitutiones apud perantiquum illum Codicem de geſtis Pontificum, qui vulgo dicitur & citatur *Liber Pontificalis*; at de cujus tamen parente ac authoritate multa diſputant Recentiores Eruditi, cum *Pag.* ſen. ad an. 67. n. 7. ſqq. *Papebroch.* in conatu Chron. hiſt. in adpar. p. 27. & alias, *Franc. Pag.* in breviar. ad Damaſum §. 22. *Schelſtrat.* de antiquit. Eccl. t. 1. diſſ. 3. per tot. *Ciampino* in examine libri pontificalis, *Florovante Martinello* in Roma ſacra ex ethnica a p. 409. edit. poſter. *Couſtantio* mox cit. in Lucio I. col. 207. Marco col. 349. Damaſo col. 471. n. 1. *Franc. Blanchin.* in Anaſtaſ. biblioth. t. 1. in praefat. ac tom. 2. in prolegom.

Porro variae apud Scriptores ſunt de artifice Pontificalis opiniones. Eas vide ſis apud laudatos *Ciampin.* ſect. 1. & *Schelſtrat.* diſſ. 3. c. 6. ſqq. Illa mihi vero ſimilior, quae plures libri ſiſtit artifices; videlicet unum eundemque, qui vitas & geſta Summorum Pontificum a S. Petro aduſq. Conſtantinum denatum an. 714. concinnavit, alioſque ſubin. de varios, qui vitas & geſta reliquorum Pontificum uſque ad Nicolaum I. fato functum an. 868. digeſſerunt: & eos quidem omnes anonymos, uno demto *Anaſtaſio* bibliothecario Sedis Apoſtolicae, qui nempe, ut vulgo ferunt, unicam Nicolai vitam praecedentibus ſub Adriano II. Nicolai ſubceſſore contextis adjecit.

Videtur autem unus fuiſſe Author praefatae partis prioris hujuſce operis, quod cunctae, quas exhibet, Pontificum vitae ſint in ſtilo ac methodo ſecum omnino ſimiles; plane contra ac reliquae alterius partis, quarum propterea quaelibet unicus ſui parentis videtur foetus.

Itaque nec Damaſus P. conſcripſit vitas Pontificum uſque ad Liberium, uti perperam putarunt aliqui cum *Martino Polono*, nec ceteras *Anaſtaſius* ille, cujus nomine noſtris temporibus liber Pontificalis circumfertur inſcriptus (quatenus fortaſſe idem reputatur collector, non artifex earumdem vitarum) ut immerito cenſuit *Marcus Velſerus*, qui primus omnium Pontificalem ſub nomine Anaſtaſii vulgavit, in praefat. operis. Plura circa ejuſmodi artifices dabunt mox laudati *Ciampin. Schelſtrat. Blanchin.*

Quod vero Pontificalis authoritatem ſpectat, eam ex Acatholicis *Pearſonius* diſſ. 1. de ſerie Roman. Pontif. c. 12. n. 8. multum deprimit, adſerens librum fictis narrationibus plenum eſſe, foediſque erroribus ſcatere, utpote digeſtum ab anonymo, incertoque parente, primitivae Eccleſiae ſtatus ignaro; nec mitius quidem librum, ejuſque authorem exagitant alii ejuſdem farinae homines cum *Heſpiniano* in tr. de orig. templor. l. 2. c. 14. §. 7; at *Blondell.* tamen proxime adductus, in prolegom. c. 16. ejus libri Scriptorem, quem putat inclaruiſſe ante Anaſtaſium an. circ. 700. *forte non malum eſſe* inquit, ac, teſte cit. *Schelſtr.* c. 9. n. 9., fatetur alias „ eo ſcripto veteres Eccleſiae Ro„ manae tabulas contineri, nihilque eo in„ corruptius editum, nihilque a falſi ſuſpi„ cione alienius reperiri poſſe „ ipſique conſentit *Salmaſius*; uterque demum adfirmat, *Authorem quaſi ſolis radio ſcripſiſſe*.

Ex noſtratibus vero permulti, ſi Romanos Scriptores juniores exceperis, Pontifi-

bus ipſi praefuerint, ſeu interfuerint, vel extra Synodos ſuorum forma gregum conſtituti. Quin & iidem ſacri Praeſules in Oecumenicis Conciliis a Nicaeno I. ad Tridentinum uſque coactis, & a Summo Pontifice confirmatis, pro bono totius Eccleſiae regimine leges aut canones univerſales tulerunt (z).

v. Tum

tificalem frequentius ceu levioris ac dubiae fidei vellicant, tum quoad geſta Pontificum uſque ad Damaſum, tum quoad poſteriora reliqua, cum *Franc. Pag.* & *Couſtant.* in locis mox citatis; quibus adde *Petr. Halloixium*, pronuntiantem cum ſtomacho ap. cit. *Ciampin.* ſect. 12. eum librum haud ſatis cohaerentia tradere, immo illas omnes vitas ab Anaſtaſio fuiſſe deformatas, foediſque hallucinationibus plenas eſſe: quocirca, inquit *Halloixius* ibidem „ melius, ut quidem ſen„ tio, crederetur Euſebio, & veteribus Mar„ tyrologiis, atque Chronographis, quam „ Anaſtaſio Bibliothecario, aut ejus libro„.

Et raro quidem fortaſſe reperire eſt e recentibus Criticis qui pro re ſua teſtimonium e vulgato Anaſtaſio repetat, quin expreſſe vel tacite protinus adjiciat, *ſi fides ſit Anaſtaſio*, vel *artifici Pontificalis*. Quo plane ſatis evincitur quam tenuem, immo infirmam, nutantemque fidem hic ſibi vendicet liber ab ejuſmodi hominibus.

Verum enim vero Romani Eruditi, praeceteris gentibus priſcarum ſuarum rerum documentorum ſcientiſſimi, merito pro invicta Pontificalis libri authoritate acerrime pugnant; eo maxime nomine, quod univerſa pene libri hiſtoria ex authenticis temporum ſibi reſpondentium monimentis concinnata fuerit: id quod perinſigniter demonſtrandum ſuſcepit laud. *Schelſtr.* ex *Luca Holſtenio* in ſerie & actis Romanorum Pontificum a S. Petro ad uſque Felicem IV., pluribuſque illuſtravit cit. *Blanchin.* t. 1. in praefat. a n. 10. ac t. 2. in prolegom. in adpend. ad cit. diſſ. 3. Schelſtr. a p. 1v. oſtendens utique, anonymos illos vitarum Authores ex genuinis documentis publicae authoritatis ea deſumſiſſe, quae in hunc pontificalem retulerunt.

Profecto ſapientibus probatiſſima eſt ea, quam praeſcripſit *Baron.* in Martyrolog. in notis ad diem *16.* April., regula, nempe „ in iis quae ſunt Romanae Eccleſiae ma„ jorem eſſe adhibendam fidem ejus alumnis „ quam ceteris„, ipſamque cum laude memorant *Henſchen.* t. 1. April. in diatriba praelim. p. xxx. ſub n. *99.* & *Pagius* ſenior in crit. Baron. ad an. *69.* n. *6.*

Ac jure quidem optimo; quum enim de re cujuſpiam alterius gentis aut eccleſiae occurrit ſolvenda quaeſtio, vel ad tabularia, vel ad Scriptores ejuſdem gentis vel eccleſiae intendimus oculos, quos nempe merito exiſtimamus prae ceteris peritiſſimos ſuorum faſtorum, Codicum, Canonum, quos in ſuas retulerint hiſtorias; quamobrem, niſi contra obſtent, urgeantque perſpicua documenta, ſibi prudentem, indubiamque vendicant fidem noſtram.

Dum ergo Romani anonymi Pontificalis opifices librum exhibent ex documentis Vaticanis, aliiſque ſynchronorum Romanae Eccleſiae ſcriptorum contextum, ipſumque inſuper ulterioribus confirmatum monimentis juniores Critici Romani commonſtrant, publicam ſibi fidem evidenter extorquere videntur.

Nonnulla iis, fateor, reponi poſſent in ſpeciem pene concludentia adverſus authoritatem Pontificalis penitus indeficientem: ſed ea tamen omnia, ne cogamur aequo prolixius in hanc rem differere, abunde, nervoſeque diluunt locis proxime citatis *Schelſtrat.* & *Blancin.* quos adeas, nec pigebit.

(z) Ejuſmodi leges ſub vulgari canonum aut decretorum nomine late referunt generales Conciliographi cum *Dionyſ. Exiguo*, *Cherubino*, *Surio*, *Binio*, *Labbeo*, *Harduino*, *Coleto*, *Manſio*; tum particulares cum *Sirmondo*, *Aguirrio*, *Wilkinſio*.

De Conciliis plura differemus *inferius* Tom. VIII. in poſtremo Conſectario de Eccleſia Chriſti. Ulteriora interim cupienti dabunt *Suar.* tr. de fide, ubi de Conciliis, & tr. de legib. lib. 4. ſparſim ubi de Epiſcopis, laudat. *Schmier* l. 1. tr. 1. cap. 5. ſect. 2. §. 2. ubi de poteſt. legislatrice Concil. *Barthol.* cit. cap. 21. ſqq.

Id unum in praeſentia adnotare ſufficiat: quod Oecumenica Concilia Leges condere poſſint, ac perpetuo ad noſtram uſque aetatem condiderint pro univerſa Eccleſia, Nationalia pro natione, Provincialia pro provincia, Dioeceſana pro dioeceſi. Ita ſine lite Scriptores Theologi & Canoniſtae cum *Suar.* cit. lib. 4. c. 6. n. 8. & *Schmier* proxime laudato.

172 v. Tum S. R. E. Cardinales in Titulis oves Chriſti ſibi concreditas cum jure condendi leges fluxu temporum hucuſque gubernarunt; quippe quibus comparate ad ſuos Titulos vulgo ab Doctoribus adſcribitur ordinaria juriſdictio Epiſcopalis, aut ſaltem quaſi-Epiſcopalis (*a*) atque adeo non minus potens ad ferendas leges, quam Epiſcopalis (§).

(*a*) Lege Cardinal. *De Luca* de juriſdictione diſc. 34. n. 8. ſqq. *Suar.* cit. l. 4. c. 5. n. 4. *Caſtropal.* tom. 1. tr. 3. diſp. 1. pun. 23. n. 12. *Azor* inſtit. mor. p. 2. l. 4. c. 1. q. 8. & c. 3. q. 2. *Franc.* Cardinal. *Albitium* tr. de juriſdict. Cardinalium in ſuis Titulis pag. 7. ſqq. ubi plures adfert, *Fagnan.* in cap. *His quae.* 11. de major. & obed. *Barboſ.* de juriſd. eccl. univ. cap. 4 num. 33.

Obſervatio hiſtorica.

(§) VAriis quidem opinamentis diſputant Doctores ſuper origine, ſeu prima Cardinalium inſtitutione.

Sunt qui contendant, Cardinalitiam dignitatem eſſe de jure divino, & a ſolo Chriſto Domino inſtitutam. Ita *Valdenſis* l. 2. doctr. ant. fid. c. 54. art. 3. *Turrecrem.* de eccleſ. l. 1. c. 80. & alias, *Albanus* de Cardinalatu quaeſtione 5. cum pluribus, quos laudat, eiſque adhaerere videtur *Georg. Joſeph Eggs* in purpura docta ſub init. proloquii, ubi tamen perperam pro eadem opinione *Platum* recitat. At illico ii Authores a ceteris convelluntur, certo quippe certius eſt Romanum Cardinalatum non niſi a Romanis Pontificibus ortum duxiſſe.

Sunt deinde qui ejus originem a S. Petro repetunt, qui, ajunt, SS. Linum, Cletum, & Clementem adlegit ceu ſibi ſocios & adminiſtros pro gubernio univerſae Eccleſiae, quemadmodum ſubceſſores Pontifices in eum finem Cardinales adlegerunt. At nullo tamen documento id probant.

Alii vero eam revocant ad Cletum, quod Romae presbyteros ad viginti quinque numerum auxerit. Alii ad Evariſtum, quod titulos in Urbe diviſerit presbyteris & ſeptem diaconos conſtituerit, qui cuſtodirent Epiſcopum praedicantem propter ſtilum veritatis. Alii ad Hyginum, quod Clerum compoſuerit & diſtribuerit gradus.

Tum alii ad Fabianum, quod ad normam Apoſtolorum regiones Urbis ſeptem diviſerit diaconis, dictis proptera Regionariis. Alii ad Dionyſium, quod presbyteris itidem diviſerit eccleſias, atque coemeteria, paroecias, & dioeceſes inſtituerit. Alii ad Marcellum, quod in Urbe Titulos conſtituerit xxv. quaſi dioeceſes propter baptiſmum & poenitentiam multorum, qui convertebantur ex paganis & propter ſepulturas Martyrum. Et haec quidem documenta omnia ex vulgato *Anaſtaſio* bibliothec. fideliter excepta ſunt, ut videre eſt in prima omnium editione *Marci Velſeri* Moguntina de an. 1602. ubi de adpellatis Pontificibus ſermo chronologice inſtituitur.

Sed & alii hujus dignitatis originem, aut ſaltem perſpicuam innovatio-

173 Cardinales etenim in ſuis Titulis aut Diaconiis jure corrigunt, viſitant, cenſuras cujuſque generis fulminant, inſtituunt ac deſtitu-

vationem referunt ad tempora ſanctorum Silveſtri & Gregorii Magni. Quia nempe in Concil. Romano ſub Silveſtro in conſtituto ejuſdem Silveſtri haec habentur cap. 6. *& Diaconi Cardinales Urbis Romae ſeptem*, & cap. 7. *ita autem Silveſter clara voce dicebat ad Coëpiſcopos, ut a ſubdiacono uſque ad lectorem omnes ſubditi eſſent diacono Cardinali Urbis Romae viro reverendiſſimo in Eccleſia, repraeſentantes ei honorem* (Legito *Cohel.* in notit. Cardinal. cap. 2.) Ac deinde Gregorius Romanorum Cardinalium perſaepe meminit in epiſtolis, e. g. lib. 5. ep. 11. & lib. 11. ep. 34.

Quid tum vero ? non modo Romae tum Cardinales erant, & nuncupabantur, verum etiam in pleriſque eccleſiis extra Urbem ; quin immo vulgo uſus obtinuit, ut Cardinalis diceretur vel Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, qui Titularis eſſet & primarius eccleſiae cujuſque beneficiarius. Id quod apertiſſime commonſtrant S. Gregorii epiſtolae, e quibus plura in hanc rem congeſta documenta videſis ap. *Thomaſſin.* de vet. & nova Eccl. diſcipl. t. 1. par. 1. l. 2. cap. 115.

Convenit autem apud Authores, Cardinalis nomen idem vulgo ſignificare quod principalis, aut is, a quo alii pendent, ut a cardine oſtium dependere ſolet : quem in ſenſum & virtutes cardinales, & venti cardinales, & puncta coeli cardinalia dici conſueverunt, & *Auguſtin.* l. 1. de bapt. c. 6. Donatiſtas primarios adpellavit Cardinales Donatiſtas. Nihilo tamen ſecius vero mihi ſimile fit, a Silveſtro & Gregorio eos vocari Cardinales, qui jam inde, ut Author eſt vulgatus *Anaſtaſ.*, a primo, vel ſecundo Chriſtiano Seculo Romae Titulis tanquam primicerii a primoribus Hierarchis praefecti ſunt ; nec enim alios nobiliore in Clero Romano dignitate ſeu titulo ſub illa tempora exornatos animadverto. Nec alios, crediderim, Silveſtrum hoc novo, quem exſcripſimus, honore condecoraſſe.

Nec aliud heic levius occurrit dubium circa originem juriſdictionis Cardinalitiae, ſeu circa aetatem, qua primum conceſſum eſt a Summo Pontifice Cardinalibus jus ferendi leges in ſuis Titulis. Siquidem non ſtatim ac iſta dignitas creata eſt, ſed, ipſo fatente inſigni hujuſce juris patrono Cardin. *Albitio* mox laudato, n. 28. p. 6., *ea creſcente, quia functionibus Papae adſiſtebant Cardinales, crevit & in Titulis authoritas ; ideo non ut ſimplices Parochi, ſeu plebani, ſed pinguiore jure adminiſtrarunt*: haec ille, adlatis pro eodem adſerto *Felino, Andrea, Hoſtienſi, Abbate.*

Jam vero ſi ex incremento dignitatis praefati juris adceſſio dimetienda ſit, inſigniter plane illud eluxit jam Seculo VIII. quum Stephanus P. IV. ab aliis Romanae Metropoleos ſuffraganeis ſeptem propinquiores diſcrevit, quos Cardinales creavit, juſſitque ut Dominicis diebus in Baſilica Lateranenſi ad altare B. Petri myſteria ſubceſſivo ordine celebra.

ſtituunt, quemadmodum loquuntur Canones (*b*) beneficia conferunt, reſignationes beneficiorum recipiunt, ultimas voluntates permutant, in iis

(*b*) Cap. *Querelam*. De electione, & cap. *Dilectus*. De capellis Monachorum, n. 4.

---

brarent, teſte vulgato *Anaſtaſ.* in Steph. IV.

Ii vero Cardinales, honorifico titulo *Epiſcopi collaterales* ſalutabantur, quod ſolis ipſis, poſt Summum Pontificem ad ſacrum illud altare liceret adeſſus. Conſulendi in hanc rem *Petr. Damiani* lib. 2. epiſt. 1. & *Baron.* an. 1057. num. 19. 26.

Mirifice vero, maximeque reſplenduit ea dignitas Seculo XI. quum in Concilio Romano ſub Nicolao II. ad an. 1059. conſtitutum eſt, ut penes Epiſcopos Cardinales eſſet ſumma authoritas in electione Romanorum Pontificum, quod & fluxu temporis ad omnes & ſolos Cardinales pertinere decretum eſt. Heinc in ſubſcriptionibus ejuſdem Concilii eminent jam Cardinales ſupra ceteros quoſque Archiepiſcopos & Epiſcopos, contra ac hucuſque fieri conſueverat; tum frequentiſsimae, quae fuerunt ſub hoc ſeculum Pontificiae legationes, non niſi Cardinalibus creditae ſunt; ac licet jam ferme Praeſules ceteri inſueverant, ut cederent Epiſcopis Cardinalibus, ita fluxu perbrevi temporis effectum eſt, ut & ceteris quibuſque plerumque concederent.

Tres item ordines Cardinalium in unum corpus, ſacrumque ſenatum aut collegium coaleſcere coeperunt, ut liquet ex actis electionis Gregorii P. VII. ubi inquiunt Cardinales, *Nos ſanctae Romanae Eccleſiae Cardinales*; quin & ipſum collegium ſibi adſidere juſsit Pontifex, ut in gubernatione univerſae Eccleſiae illum induſtria & conſilio juvaret, quod jam eveniſſe an. 1140. novimus ex reſcripto, quo Innocentius P. II. S. Bernardum monet, ſe confixiſſe Abaelardi errores, *communicato fratrum noſtrorum Epiſcoporum & Cardinalium conſilio* (ap. *Baron.* ad eum an. n. 10.) & ex eodem *Bernardo* l. 4. de conſider. ubi adloquens Eugenium III. de Cardinalibus, inquit, *veniamus ad Collaterales & Coadjutores tuos: hi ſeduli tibi, hi intimi ſunt... nonne eligendi de toto orbe, orbem judicaturi?*

Tot tandem deinceps, tantiſque praerogativis ac privilegiis Cardinalatus a Summis Hierarchis cumulatus eſt, ut in ampliſsimam & maximam totius Eccleſiae dignitatem poſt Pontificiam evectus ſit, qualem nempe hodieque ipſum venerabundi ſuſpicimus.

Nullus ipſe dubito, ſub haec tempora indultum fuiſſe Cardinalibus jus in quod modo inquirimus; certam vero ejus initii epocham reperire nondum licuit. Porro Anaſtaſius P. IV. Eugenio III. ſuffectus, decrevit, ut Epiſcopi Cardinales Lateranenſibus Pontificalibus deputati ſemel hebdomada quaque Capitulo cum Canonicis Regularibus intereſſent, omneſque diſciplinae corruptelas authoritate ejuſdem Pontificis, *vice noſtra*, ut hic idem ait, expurgarent.

Fie-

diſpenſant votis, in quibus datum eſt Epiſcopis diſpenſare in ſuis dioeceſibus, primam tonſuram & ordines minores ſuis ſubditis atque familiaribus conferunt, utuntur inſignibus pontificalibus, ac benedicunt ſollemniter more Epiſcoporum, quantumvis Epiſcopali gradu non gaudeant, derogant fideicommiſſis, quae Titularibus eccleſiis relicta ſunt, reliqua demum exſequutioni mandare poſſunt, quae ſunt Epiſcopalis juriſdictionis (*c*). Quis autem Cardinales iis privilegiis exornatos ſuſpiciat, eis vero legislatricem facultatem in ſuis Titulis & Diaconiis abjudicet? Sed & iſtam nominatim ipſis plurimi adſcribunt (*d*).

174 Et haec quidem ſecundum antiquiorem prae Tridentina Synodo, & ſummis Pontificibus Gregorio XIII. ac Innocentio XII. Romanae Eccleſiae diſciplinam plane conſtant. At ſecundum praeſentem diſciplinam, utut ſit de conſtituta enormi ejuſmodi ptivilegiorum limitatione, exploratum eſt apud ſapientes, ipſis integrum Cardinalibus ſuperfuiſſe jus ferendi leges, gubernio Tituli aut Diaconiae opportunas; tum in nonnullis juriſdictionem ſaltem quaſi Epiſcopalem (*e*).

VI. Prae-

(*c*) Haec late perſequuntur, pluribuſque comprobare pergunt hujuſce Cardinalitii Juris Interpretes cum cit. *Albit.* in ſua diſceptatione ſparſim, *Anonymo* in reſponſione ad capita ejuſdem diſceptationis, *Imola* in Clement. *Ne Romani.* in 4. quaeſt. n. 24. de elect. *Fagnan.* in cap. *His quae.* num. 21. ac ſaepe alias, *Jacobat.* de Concil. l. 1. art. 12. aliis.

(*d*) Puta *Suar.* de leg. l. 4. c. 4. n. 5. cum *Panorm. Andr. Manfr.* tum *Caſtropal.* t. 1. tr. 3. diſp. 1. pun. 23. n. 12. *Baldel.* t. 1. de pot. legisl. q. 50. ſect. 9. *Albit.* cit. n. 43. cum *Acugna*, *Cotton. Diana* &c.

(*e*) Haec nos ſtrictim pro ratione inſtituti. Plura in hanc rem *Franc. M. Pitonius* de controverſiis Patronorum, adlegatione 41. ad tom. 1. a p. 324.

Fieri ergo potuit ut inde Cardinales omnes in ſuis Titulis Epiſcopalem juriſdictionem, annuente Pontifice vel expreſſe, vel tacite coepetint explicare. Ominamur, fateor, duce laud. *Thomaſſino* par. 1. lib. 2. c. 113. n. 5. at certiora qui oſtendas, eris mihi magnus Apollo.

Antiquius vero documentum huic confirmando juri depromtum a laudato *Albitio* n. 33. p. 8. deſumitur a ſententia Honorii P. III. Innocentio III. ſubrogati an. 1217. relat. in cap. *His quae*, de major. & obed. quemadmodum conſentiunt perplures Authores Canoniſtae ap. ipſum *Albit.*

Maneat ergo ceu vero ſatis ſimile, primam Cardinalitii ordinis inſtitutionem, uti antiquiſſimam, ad ſecundum vel tertium Seculum chriſtianum referendam eſſe; originem vero facultatis legiſlatricis ad Seculum XII. aut XIII., & ipſam quidem oppido recentiorem, at praenoſtra tamen aetate ſatis antiquam.

De dignitate Cardinalitia plura plurimi: e. c. *Albanus*, *Platus*, *Laudenſis*, *Villadiegus*, *Germon. Pauvin. Barbat. Manfred.* in tract. de Cardinal. laudati *S. Bernard. Petr. Damiani*, *Albit. Thomaſſin. Baron. Eggs*, tum *Azor* inſt. mor. par. 2. l. 4. *Bellarm.* de cleric. l. 1. c. 16. *Lotter.* de re beneficiaria l. 1. q. 8. *Ciacon.* de Pontif. & Cardin. in S. Higino, *Cangius* in gloſſar. lat. *Roſſeaud de la Combe* in Juriſpr. Canon. *Lucius Ferraris* in promta biblioth. omnes art. *Cardinalis*.

175 VI. Praelati quoque plurimi, Epiſcopis inferiores, quaſi Epiſcopali juriſdictione ab Canonico Jure donati, e. c. Abbates ſeculares ac regulares exemti, Archipresbyter Agerenſis in Catalonia, aliique perſimiles, ſuos ſubditos pro data occaſione ſancitis legibus perpetuo gubernarunt (*f*). Quibus adde Capitula Cathedralia ſede vacante, cum jure pariter condendi leges (*g*).

176 VII. Ordines demum Monaſtici, ceterique regulares, ut alias mittam communitates inferiores, minuſque univerſales, de quibus *AA. Canoniſtae* (*h*) adcepto ab Eccleſia jure, ab ſuis initiis aduſque noſtra tempora ferme quotidianis praeſcriptis legibus regularis obſervantiam diſciplinae in ſuis alumnis promoverunt; paucis tamen exceptis, qui ob viciſſitudines, humanis rebus connatas, pridem exſtincti ſunt (*i*) (§). Hactenus leviore calamo pro noſtro inſtituto de origine ac

(*f*) Videndus *Azor.* inſt. mor. par. 2. lib. 3. c. 19. ſqq. *Schmier* cit. l. 1. tr. 2. ſect. 3. §. 1. *Luc. Ferraris* art. *Abbas* & *Praelatus*, & ceteri vulgo Canoniſtae ubi agunt de jure Abbatum & Praelatorum.

(*g*) Plura de hoc jure *Suar.* cit. lib. 4. c. 6. n. 14. ſqq. *Azor* cit. l. 3. c. 37. *Lotterius* cit. l. 2. q. 2. n. 31. ſqq. *Caſtropal.* part. 1. tr. 3. d. 1. pun. 23. *Fagnan.* in cap. *Quum olim.* n. 57. *De Luca* de Canonicis diſc 13. 17. 19. 21. & paſſim Canoniſtae.

(*h*) Ap. & cum *Suar.* cit. cap. 6. n. 18. ſqq.

(*i*) De hacce facultate legumlatrice pluribus agunt Scriptores de jure recentiore Regularium cum *Portel*, *Lezana*, *Pellizario*, *Lantuſca*, *Putignano*, *Rotario*, *De Peyrinis*, *Miranda*, *Caſſaing*, *Raggio*, *VVex*, *De Luca*.

Obſervatio hiſtorica.

(§) PLeraſque monaſticorum ordinum, aliorumque regularium origines *ſupra* dedimus in Tom. I. pag. 133. ſqq. initio videlicet ducto ab Antonianis ad Ligorianos uſque. Quin & ibidem S. Antonium Magnum *Monachorum Patrem & principem* diximus; hoc videlicet ſenſu, quod monaſticae vitae genus ad ſummum perduxit primus perfectis pietatis inſtitutis, & exercitationibus ad eam adcommodatis; puta conditis aut ſcripto, aut voce tenus regulis, conſtructis coloniis, erectis congregationibus, ſtabilitis officiis ad certas horas illigatis & ſui ſemper ſimillimis. Id quidem, uti pridem adſernit *Sozomen.* hiſt. l. 1. cap. 13., *conſtat inter omnes*, *ſive Aegyptii*, *ſive alii hujus piae vitae authores fuerint*.

Nec diſſentire videtur *Bolland.* in vita S. Ant. §. 3. n. 14. ſub fin. p. 110. nec item *Papebroch.* tom. 3. Mai. ad diem 14. p. 295. Nec demum *Coteler.* in Conſtit. apoſt. l. 8. c. 13. not. 76.

Praeclare vero conſentiunt *Holſten.* in diſſ. prooem. ad regulas monaſt. c. 1. verſus fin. edit. 1661 *Pag.* ſenior in critice Baron. ad an. 318. n. 14. *Thomaſſin.* de vet. & nova diſc. Eccl. t. 1. par. 1. l. 3. c. 12. *Bingham.* de orig. Eccleſ. t. 3. l. 7. cap. 1. §. 4. *Leopold. Pilatus* de origin. Jur. Pontif. l. 1. tit. 24. p. m. 112. iique plurimi, qui cum *Magdeburg.* cent. 4. cap. 6. col. 464. primum ſimpliciter vitae cujuſque monaſticae inſtitutorem &

pa-

ac progreſſu facultatis legum latricis in Eccleſia Chriſti. Haec autem, judicio noſtro, ſumma & potiſſima commonſtrant capita, quibus abſoluta

patrem volunt Antonium, plurimum cum vulgari ſui aevi opinione favente *Hieronymo* in vita S. Paulli ſub init.

Alios contra tenent alii ante Antonium Monachos & vetuſtiores Monachiſmi Parentes. Sic enim primus omnium author Abraham fuit apud *Paullum a S. Sebaſtiano*, ord. S. Joannis de Deo ap. Papebroch. in reſponſ. ad P. Sebaſt. a S. Paullo art. 16. nu. 10; Elias apud Carmelitanam familiam; Nazaraei ex Num. 6. ap. Origen. homil. 11. in Levit; Ss. Praecurſor Joannes Baptiſta ap. *Chryſoſt.* hom. 1. in Marc. alioſque Patres.

Sancti Apoſtoli ap. *Euſeb.* hiſt. l. 2. c. 16. & *Caſſian.* collat. 18. c. 5. Therapeutae ſeu Eſſeni, de quibus loquutus eſt cum laude Philo in lib. de vita contempl., ap. *Petr. Heliot* in diſſ. praelim. ad hiſtor. ordinum monaſticor. §. 1. in t. 1.; Chriſti Dom. Diſcipuli ap. *D. Thom.* 2. 2. q. 188. ar. 7. Interpretibus vulgo conſentientibus.

Aliae praeterea feruntur ante Antonium Virgines Deo votis obſtrictae ex *Tertull.* & *Cypri.* in tractatibus de velandis virginib.; alii monachi ex Dionyſio qui ex Monacho ad ſummum Pontificatum evectus eſt ap. vulgatum *Anaſt.* in lib. pontif. in Dionyſio; alia demum antiquiora monaſteria, quibus praefuerant in Nitria S. Frontonius, in Arſenoite Nomo, in Aegypto Ss. Julianus & Baſiliſſa ap. mox laud. *Bolland.* t. 2. Jan. p. 109. §. 3.

Et vero haud aliud ex praefatis exemplis rite poſſis colligere, quam umbras ac typos abſoluti cujuſdam inſtitutoris, ac impolitae deinde monachiſmi rudimenta, quae perfectionem atque adſpectabilem pulcritudinem Antonio adceptam referunt. Ita denique nobiſcum, poſt cit. *Thomaſſin.* ſcitiſsime concludit adlatus *Heliot* §. 6. Eos conſule ſis. Et haec, alias fuſius diſcutienda ubi de ſtatibus Eccleſiae Chriſti, heic obiter dicta ſunto. Ad diſquirendam originem juris ferendi legem in monachiſmo progredimur.

Porro inter ſapientes convenit, nullo conſtare coetum aliquem religioſum jure ferendi leges, quod ab Eccleſia profectum non ſit; indulgente Papa, ſeu legitimo Epiſcopo, quibus nempe ſolis Deus illud erogavit, aliis pro bono Eccleſiae communicandum: quocirca coetus, qui eo jure, quod eccleſiaſticum, ſpiritale, ac epiſcopale ad claves pertinens vocant, non gaudeat, regulas quidem & ſtatuta condere poteſt per modum conventionis & pacti ſeu promiſsionis, minime vero per modum legis propriae, quae abſque interventu eccleſiaſticae ejuſmodi regularum & ſtatutorum adprobationis nulla eſt. Statum fortaſſe religioſum coetus ille conſtituerit cum jure quomodolibet regulari, quod jus dominationis adpellare liceat, facultate tamen proprie legumlatrice potiretur neutiquam. Pluribus haec inluſtrant *Suar.* de leg. l. 4. c. 6. num. 18. ſqq. & de relig. tr. 7. lib. 2. c. 18. *Vazq.* in 1. 2. tom. 2. diſp. 153. cap. 1. n. 5. & d. 165. c. 4. & 5. *Gibalin.*

luta hujuſcemodi facultatis hiſtoria contineri poſſit ac digeri.

177 Praefatis porro adſertis minime adquieſcet nuper notatus

---

lin. de ſcient. canon. t. 2. lib. 5. c. 7. quaeſt. 2.

Jam vero quod vetuſtiſsima ſit, ac forte cum eodem nata Monachiſmo praefati juris in eodem reſidentis origo, exinde porro liquidum fit, quod omnes pene ab Antoniano religioſi coetus adcepti, protecti, adprobati ſint vel particularibus provinciarum Epiſcopis, vel ſummo Hierarcha.

Id quod de pleriſque ſigillatim, a Romano Pontifice adprobatis ordinibus ab an. 1090. aduſque circiter 1755. *ſupra* oſtenſum eſt in Tom. I. p. 134. ſqq. Ubi notandus obiter venit *Petr. Sutor*, qui in comment. de vita Carthuſianorum l. 2. tr. 3. c. 2. inſcite dixit, primum Papam, qui legitur ordinem aliquem confirmaſſe, Alexandrum III. qui ſedit ab an. 1159. eſſe, Carthuſiani inſtituti adprobatorem; quippe habemus praedicto an. 1090. 6. April. Urbanum P. II. Brevi *Quum univerſis*, confirmaſſe Vallumbroſanum.

Qua tamen ſimpliciter aetate ſummi Hierarchae quorumquumque exorientium ordinum adprobationem ſibi adſumſerint, mihi nondum exploratum, immo plane incertum. Nec eos audio, qui decretum illud pontificium referunt ad cap. 13. Conc. Lateran. ſub Innocent. III. relatum cap. ult. de religioſis domibus; ibi ſiquidem Pontifex in Concilio ſolum prohibet, ne quis de cetero novum ordinem religioſum inſtituat, ſed in veterem ex adprobatis ingrediatur qui optet religioſam vitam profiteri.

Nec magis adrident, qui decretum ipſum tanquam primo conſtitutum e Conc. Lugdunenſi repetunt: nec enim aliud in iſto definitum reperire eſt, quam quod ex Lateranenſi mox retulimus. Ac liquet inſuper apud Eruditos, longo uſu & conſuetudine jamdiu obtinuiſſe, ne ullus nove ordo inſtitueretur quin ſua ſummus Pontifex conſenſione adnueret.

Quod ſi praeterea ad vetuſtiora tempora regrediamur, quum penes Epiſcopos Metropolitas aut Dioeceſanos erat novos ordines in ſinum Eccleſiae admittere, regere, adprobare; ſane frequentiſsimam eorundem Praelatorum gubernationem, adprobationem, immo & inſtitutionem novorum ordinum luculente demonſtrat hiſtoria.

Notum eſt, & cunctis receptum, paullo poſt Antonium & Pachomium monachos inſtituiſſe Baſilium in Ponto & Cappadocia, Ambroſium in ſuburbio Mediolanenſi, Auguſtinum Hippone, Euſebium Vercellis, Martinum apud Turonum; ac deinceps Caeſarium Aralate, in Hiſpaniis Iſidorum Hiſpalenſem, alios complures alibi.

Nec deſunt ſubinde teſtimonia, a Conciliis & pleriſque Patribus depromta, quae dum probant Monachos varios & Monaſteria ab imperio Epiſcoporum pendere, dubio procul evincunt, Epiſcopis eorum monachatum adceptum fuiſſe, probatumque.

Tu

tus *Kippingius*, qui (*k*) ferme nullum in orthodoxa eccleſia noſtra novit jus ferendi ſacras leges, quae conſcientiam ligent; aut *Chriſtoph. Matth. Pfaffius*, cui (*l*) in Eccleſia Romana dudum ſubceſſio Epiſcopalis defecit; aut *Rodolphus Hoſpinianus*, cui (*m*) nihil eſt in religioſis coetibus non irridendum, nihil quod lege teneat, quod fabula non ſit nihil. At iſtos tamen & ſimiles de ſchola Proteſtantium Ariſtarchos non curamus, qui mere Dogmaticos agimus, ſed ad pugiles noſtros Polemicos debellandos rejicimus.

178 QUAESTIO III. Quo pacto ſit & vigeat in Eccleſia haec poteſtas? ADSERO I. Fuit proxime a Chriſto Domino in omnibus, & ſin-

(*k*) In Syntagmate Juris Eccleſiaſtici ſparſim.

(*l*) In comment. de origin. Juris eccleſ. diſſ. 1. de ſubceſſione Epiſcopali a p. m. 231.

(*m*) In prolixo impudentique tr. de origine monachatus.

In Concilio itaque CPno contra Eutychetem habito ſub Flaviano, Archimandritae, ceterique orientales monachi, qui ei intererant, haec act. 5. una voce proteſtati ſunt, *nos vero ... unum patrem poſt Deum habemus Archiepiſcopum*. Epiſcopos hortatur *Hieron.* epiſt. ad Theophil. adverſ. errores Joan. Hieroſol. ut leniter ac mitiſſime in gubernatione monachorum ſeſe gerant, inquiens *contenti ſint honore ſuo Epiſcopi; patres ſe ſciant eſſe, non dominos, maxime apud eos, qui ſpretis ambitionibus ſeculi, nihil quieti & otio praeferunt.*

Decernit *C. Aurelianenſe* I. an. 511. ut *Abbates pro humilitate religionis in Epiſcoporum poteſtate conſiſtant*, & *Vernenſe* an. 755. *ut unuſquiſque Epiſcoporum in ſua parochia poteſtatem habeat ... de regularibus, ad corrigendum & emendandum ſecundum ordinem canonicum ſpiritalem*.

Plura in idem argumentum colliges ex Conc. *Moguntino* anno 813. can. 11. 12. 20. 21. ex *Pariſienſi* VI. can. 37. ex *Aquiſgran.* II. an. 836. can. 1. 2. ex Conc. *ad Saponarias* an. 859. can. 9. ex *Capitularib.* Caroli M. lib. 5. c. 25. & lib. 6. c. 130. & 136. ex Conc. *Legionenſi* apud Hiſpanos an. 1012. can. 3. ac, ut plura mittam documenta, quae conſulas congeſta a laud. *Thomaſſ.* par. 1. l. 3. c. 28. & *Binghamo* cit. lib. 2. cap. 4. §. 2. & l. 7. c. 3. §. 14., e Conc. *Chalcedonenſi* an. 451. can. 3. 4. 16. ac praecipue 8. interprete *Balſamone* in eundem can. ubi de Nomocanone Graecorum.

En itaque originem & progreſſum facultatis legumlatricis in Monachiſmo paucis indicatum. Anne vero, inquies, primorum conditorum, puta Antonii & Pachomii ordines ea poteſtate jamtum ab initio ditati ſunt ut exinde primam ejus ſimpliciter originem in Monachiſmo tuto ſubinferre valeamus? Ecquid autem fidenter adſeram, ubi nullum, quod ſciam, ſuppetit in probationem documentum? Utut vero fuerit, donec contra potiora argumenta non eluceant, ejus epocham originis in ordine, quem ſanctiſſimus Baſilius inſtituit an. circ. 350. figere non abnuimus.

ſingulis Apoſtolis , quibus utpote Chriſtus ait Matt. 18. *Quaecumque adligaveritis ſuper terram*. At ſingulari tamen modo collata eſt Petro, tanquam Principi, qui alios etiam regeret Apoſtolos, & poſſet legibus obligare , per verba ſcilicet *Tu es Petrus* &c. *Paſce oves meas* &c. *Tibi dabo claves* &c. Tum eo pacto data eſt Petro, ut in illa ei ſubcederetur, & duraret perpetuo in Eccleſia per ſubceſſionem ; aliis vero Apoſtolis conceſſa eſt per modum cujuſdam legationis, & ſupernaturalis muneris, cum eorum vita finiendi (*n*).

179 II. Summus Pontifex adcipit hanc poteſtatem in Eccleſiam univerſam proxime ab ipſo Chriſto, & ex vi inſtitutionis ejus. Quia eſt Petri Subceſſor. Unde (*o*) dicitur , *Poteſtas noſtra* (Pontificia Romana) *non ex homine , ſed ex Deo eſt*. Idemque re , aut virtute ſaepe repetunt Jura (*p*). Et haec quidem potiſſima ratio pro ſacro Romani Pontificis Primatu , ex profeſſo alias propugnando . III. Probabiliter apud aliquos unuſquiſque Epiſcopus eam habet in ſuo Epiſcopatu proxime a Papa, remote a Chriſto Domino ; adeoque ipſa eſt tantum de jure humano . Quia Papa poteſt Epiſcopatus erigere , dividere , limitare , perſonas ab Epiſcopi ſubjectione eximere &c. ergo confert proxime juriſdictionem (*q*), ſaltem actualem ; hac enim electus, & confirmatus in Epiſcopum a Papa, ante conſecrationem uti quidem poteſt. Idem dic de ceteris communitatibus, quae leges ferre poſſunt, e. g. Concilia, Capitula Eccleſiae Cathedralis, ſede vacante, ac coetus religioſi (*r*).

180 Aliis vero, nec quidem improbabiliter, ut ipſi exiſtimant, Epiſcopi proxime a Chriſto juriſdictionem excipiunt cum dependentia tamen, & ſubordinatione ad Papam, ad eum modum , quo Presbyter adcipit , vi ſuae ordinationis completam poteſtatem abſolvendi a peccatis, dependenter ab Eccleſiae diſpoſitione (*s*) . Ita porro erui videtur ex *Cypr.* (*t*) *Hier.* (*u*) *Nicol.* I. (*x*) & rurſum ex *Cypr.* ajente (*y*) *Epiſcopos a Chriſto fieri , a quo Apoſtoli creati ſunt*. Et quidem de ratione ſubceſſoris eſt, ut ſuam poteſtatem ab eodem habeat, a quo habuit praedeceſſor ; alioqui non eſſet ſubceſſio , ſed nova inſtitutio ; at Epiſcopi ſunt ſubceſſores Apoſtolorum , qui proxime a Chriſto juriſdictionem obtinuerunt . Deinde ex hiſtoria liquet (*z*) multa per Secula conſtitutas fuiſſe Epiſcopales electiones a populo , magiſtratu , clero , abſque ulla Papae electione , & confirmatione . Itaque in hac ſententia , inſtitutio Epiſcopalis per bullas pontificias, ſicut & per quoſvis alios ritus legitimos, ſo-

(*n*) Conſentit itidem *Suar.* c. 3. n. 1. cum *Victor. Bellar. Caſtro , Soto , Duran. Cajet.*

(*o*) C. *Novit.*

(*p*) Nimirum cap. *Romana* . diſt. 22. cap. *Quamvis* . diſt. 21. c. *Quoties*. 24. q. 1. c. *Ad hominem* . de author. & uſu pallii c. *Decreto* . 2. q. 6. cap. *Sic omnes* . diſt. 19. &c. Lege cit. *Suar.* num. 10.

(*q*) Haec eſt ſententia plurium cum *Suar.* c. 4. n. 5. contra Vazq. &c.

(*r*) *Suar.* c. 4. & 6.

(*s*) Ex adferendis infra Par. IV. T. VIII. ubi de Ordine .

(*t*) Epiſt. 69.

(*u*) Epiſt. 1.

(*x*) Epiſt. 47.

(*y*) Lib. 3. epiſt. 9. ad Rogat.

(*z*) Legito *Petav.* de Eccleſ. Hierarch. lib. 1. c. 13. ac *Thomaſſi.* de veteri & nova diſcipl. Eccl. p. 2. l. 2. fere per tot.

lum eſt conditio requiſita, ut Chriſtus Epiſcopis juriſdictionem imper. tiatur cum dependentia ad Papam, cui eſt jus eos creandi: unde fit, quod ea juriſdictio ſit de jure divino (*a*).

OBJECTIONES.

181 Obj. *primo* contra II. Adſ. Papa non poteſt ferre leges praeſertim graviores ſine conſilio Cardinalium; adeoque non habet poteſtatem legislatricem vi ſuae inſtitutionis. Nam 1.° ex Cap. *Per Venerabilem* (qui filii ſint legitimi) Cardinales jure divino ad id munus inſtituti ſunt, nempe ut Papae coadjutores in exſequutionem Sacerdotalis officii: adeoque nequeunt illo jure privari. 2.° eſt illis jus conſuetudinis, & quaſi praeſcriptionis, ut Papae adſiſtant ſuo conſilio in cauſſis gravioribus, inter quas legum latio merito computanda eſt. 3.° ex C. *Anaſtaſius*. (*b*) arguitur Pontifex de eo, quod abſque conſilio Clericorum cum haereticis communicarit.

182 R. N. *Adſ.*, quod pugnat cum ſuprema Papae poteſtate; haec enim talis in Papa eſt, qualis fuit in Petro, qui inconſultis Apoſtolis, aliiſque omnibus inferioribus, leges condere potuit ex vi Chriſti conceſſionis, *Tibi dabo claves. Paſce oves meas*. Heinc omnes Pontificiae leges Juris Canonici feruntur ſimpliciter, quin adnotetur (uti in aliis reſcriptis notari ſolet) *de fratrum noſtrorum conſilio*, quod quidem ſaepe advocatur a Papa, non ex neceſsitate, ſed ob decentiam. Ad 1. prob: inde ſolum habetur, Pontifices, non Chriſtum, in lege nova inſtituiſſe Conſilium Cardinalium ad imitationem Legis veteris (*c*).

183 Ad 2. ex axiomate Canoniſtarum, nulla conſuetudo, aut praeſcriptio praevalere poteſt adverſum ſupremam Papae poteſtatem; quippe quae de jure divino eſt. Ad 3. Cap. *Anaſtaſius* apocryphum eſt, ut notatur in decreto Gregoriano; nec quidquam probaret, etſi genuinum eſſet, quum ibi non agatur de uſu poteſtatis legislatricis, ſed de communicatione cum haereticis, ſcandalum creante.

184 Obj. *ſecundo* contra III. Adſ. Epiſcopis eſt poteſtas legislatrix in ſubditos proxime a Chriſto. Nam 1.° *quaecumque ligaveritis ſuper terram* &c. Matt. 18. & *qui vos audit, me audit* &c. Luc. 10. dicta ſunt ſub eodem ſenſu, & Apoſtolis, & eorum Subceſſoribus Epiſcopis; at ex illis infertur poteſtas proxime a Chriſto tradita Apoſtolis: ergo & Subceſſoribus. 2.° munus Epiſcopale eſt de jure divino, quum dixerit Paullus Act. 20. *in quo vos Spiritus S. poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei*: ergo & poteſtas legislatrix, utpote muneri intrinſece adnexa. Ideo enim dedit Chriſtus proxime Apoſtolis juriſdictionem, quia dedit Apoſtolatum, cui juriſdictio eſt intrinſece neceſſaria. 3.° Sua aetate Apoſtoli creabant Epiſcopos, inconſulto Petro, & poſtea fiebant per electionem Cleri, ſeu populi ſine recurſu ad Papam: ergo Epiſcopis adveniebat a Deo

(*a*) Conf. *Juenin.* in comment. de Sacram. diſſ. 8. q. 1. a. 3. & *Becan.* de Sacram. cap. 24. q. 7.

(*b*) Diſt. 19.

(*c*) Vide Cardin. *De Luca* in relat. curiae diſt. 3. n. 31. ſqq. & recole quae de Cardinalitia dignitate mox diſſeruimus.

Deo proxime poteſtas, facta deſignatione perſonae per electionem, aliumve modum legitimum.

185 R. *N. Adſ.* Nam ex *D. Th.* (*d*) Chriſtus dixit Petro, *tibi dabo claves, ut oſtenderetur poteſtas clavium per eum ad alios derivanda, ad conſervandam Eccleſiae unitatem*. Et quid ſimile eruitnr ex cap. *Decreto* (*e*). & ex cap. *Ita Dominus* (*f*). Idque confert ad majorem Eccleſiae membrorum ſubordinationem, & unionem cum capite, cui inſit amplitudo poteſtatis. Ad 1. prob: priora verba ſolum promittunt poteſtatem juriſdictionis ſpiritalis cogentis, quin explicent modum, quo ipſa paſtoribus Eccleſiae conferenda ſit. Verba ipſa conveniunt cum Apoſtolis tum Epiſcopis, adcommoda tamen diſtributione, ac participatione. Nec quidquid Apoſtolis qua talibus datum eſt, prout Epiſcopi erant eſt pariter indultum, quum non omnes fuerint Epiſcopi, uti Ioannes, & Paullus, qui proinde nec ſubceſſores, tanquam Epiſcopi habuerunt. Verba alia conveniunt cuicumque vero ſuperiori, vices Dei gerenti in ſua gubernatione.

186 Ad 2. N. *Con.* cum prob. Nam poteſt eſſe Epiſcopus, qui non habeat formaliter illam poteſtatem, ſi non habeat ſubditos, aut Eccleſiam determinatam; cujuſmodi ſunt Epiſcopi quos vocant in partibus. Porro apoſtolatus fuit dignitas univerſalis juriſdictionis relate ad univerſam Eccleſiam jure divino, ex quo tamen plane dignitas Epiſcopalis ſolum habet generale praeceptum, ut ipſa inſtituatur, & conferatur: neceſſario ſcilicet, cum poteſtate Ordinis, & contingenter, ac dependenter a Papa cum poteſtate juriſdictionis. Quo fit plane ſatis Apoſtoli verbis; quoniam licet poteſtatem proxime adceperint ab Spiritu Sancto, dicuntur tamen ab eo poſiti, nimirum eo ſuperne cooperante.

187 Ad 3. tunc temporis Apoſtoli authoritate a Chriſto adcepta erigebant Eccleſias, eiſque Epiſcopos praeficiebant. Modo vero ſummus Pontifex ubique vel proxime, vel remote Epiſcopos creat; ac ita ſemper factum eſſe in Eccleſia creditur; adeo ut nullus exſtiterit Epiſcopus, abſque conſenſu vel expreſſo, vel tacito ſummi capitis, ad quod nempe in cauſſis gravioribus adcurrendum eſſe declamat *Irenaeus* (*g*), & cui de jure antiquo, & Eccleſiae oeconomia eſt authoritas conferendi Epiſcopatus, ex cap. *Quamquam* (*h*) & ex cap. *Verum* (*i*) (*k*).

188 QUAESTIO IV. Num poteſtas condendi leges Eccleſiaſticas pendeat a moribus vel a fide? NEGO (*l*). Quia in primis nullam habet cum ſanctitate connexionem, ac ſi deſineret cum amiſſione gratiae, ſcilicet cum mortali interno, omnia evaderent incerta. Neque vero poteſtas illa in utilitatem habentis datur, ſed ſubditorum. Huc revo-

(*d*) Lib. 4. contra gent. c. 76. art. 4.
(*e*) II. q. 6.
(*f*) Diſt. 19.
(*g*) Lib. 3. cap. 3.
(*h*) De electionib. in 6. ibiq. Gloſ.
(*i*) De for. comp. num. 11. ibique Panormitanus.
(*k*) Conf. *Suar.* cit. cap 4. a n. 21.
(*l*) Cum *Suar.* cap. 7. & vulgatiſſima Theolog. ſententia.

ca Chriſti verba ex *Matth.* 23. 2. *ſuper Cathedram Moiſi ſederunt Scribae & Phariſaei* &c. tum Pſeudo-*Cyprian.* (*m*) & articulum xxx. Huſſi a Synodo Conſtant. damnatum (*n*). Deinde baptizatus etiam amiſſa fide, eam retinet, donec per Eccleſiae declarationem illa privetur. Nullo quippe jure, aut divino, aut eccleſiaſtico docemur, haereticum ejuſmodi poenam ipſo facto & ante ſententiam judicis incurrere ut plurimum.

OBJECTIONES.

189 Obj. *primo*. Ea poteſtas pendet a moribus, non enim credi poteſt concedi peccatori. Nam 1.° illa eſt donum ſupernaturale, a Deo conceſſum ad regendam Eccleſiam ſibi ſponſam: ergo non debet inimicis Dei committi. 2.° in peccatore non eſſet ipſa in aedificationem, ſed in deſtructionem Eccleſiae.

190 R. *N. Adſ.* quia non conſtat de jure ullo, poenam illam excidenti ſtatu gratiae infligente. Immo *Hebr.* 13. injungitur ſimpliciter obedientia Praelatis omnibus, & ex 1. *Petr.* 2. ſervis obediendum eſt Dominis, *non tantum bonis, ſed etiam diſcolis*. Ad 1. prob. *N. Con.* nam qui excidit ſtatu gratiae plura poteſt retinere, aut adquirere dona ſuperna, e. g. fidem, ſpem; potius ergo illa, quae ad commune bonum ordinantur. Nec eſt Deo difficile, aut indecens inimico uti ad benefaciendum amicis. Ad 2. *N. A.* nam poteſt vir injuſtus juſta praecipere. Immo rueret Eccleſia, ſi diſcoli ferendi leges jus amitterent, quibus proinde licitum eſſet non obedire.

191 Obj. *ſecundo*. Facultas haec nequit infideli concedi erga Eccleſiam. Nam 1.° fides eſt fundamentum totius ſpiritalis aedificii: ergo & illius facultatis. 2.° qui fide caret, nec Chriſti, nec Eccleſiae membrum eſt: ergo nec eſſe poteſt Caput & Pater Eccleſiae, nec Chriſtus per ipſum influet. 3.° jure divino prohibemur communicare cum haereticis; adeoque & illis obedire: ergo potius ipſi praecipiendi poteſtate orbati ſunt; alioqui eſſet bellum utrinque juſtum. 4.° hic haereticus poſſet eligi in Pontificem, & nequiret deponi a Pontificatu, qui nulli ſubjacet ſuperiori: adeoque poſſet Eccleſiam, quam jure gubernaret, deſtruere: quod nemo ſanae mentis admiſerit.

192 R. *N. Adſ.* Nam conſtat ex jure poſitivo, & ex uſu plurium Conciliorum, haereticum publicum ſpoliandum eſſe poteſtate legislatrice, quam utique certo credunt ante ſententiam ſubſiſtere. Ad 1. prob. *N. Con.* quia ad illam ſufficere poteſt caracter baptiſmalis. Ad 2. & 3. *C.* illas, ſi loquantur de haereticis publicis, qui non ſunt de Eccleſia viſibili, ii ſiquidem a Jure Canonico ſpoliantur poteſtate legislatrice. *N.* illas, ſi loquantur de non publicis, per hos enim poteſt Chriſtus influere, puta per Reges improbos, juſta praecipientes. Ad 4. ex ordinaria Dei providentia nequit adſumi haereticus publicus in Pontificem, at Pontifex in haereſim publicam lapſus hoc ipſo dignitate excideret, divina potius, quam humana poteſtate; videlicet a Deo, a quo, media

(*m*) Serm. de baptiſ. Chriſti. (*n*) Seſſ. ultima.

dia hominum electione, ſupremum Pontificatus culmen adtigerat (o).

193 QUAESTIO V. Num lex iſta poſſit directe, & per ſe praecipere, ac prohibere actus pure internos? ADFIRMO (p). Quia poteſtas eccleſiaſtica eſt ſpiritalis, & ordinatur primario ad internum bonum animarum, habetque longe altius principium, ſcilicet Deum ſupernaturaliter illam conferentem. Ac re quidem ſuper praefatos actus conferre potuit, & contulit *Matt.* 18. *Quodcumque ligaveritis* &c. Haec enim ampliſſima ſunt, nec eſt, cur ad actus internos extendi nequeant.

OBJECTIONES.

194 Obj. *primo*. Ex nullo jure, aut facto conſtat de ejuſmodi efficacia legis canonicae. *Secundo*. Ex Cap. *Erubeſcant* (q). Cap. *Sicut tuis*. Et Cap. *Tua nos* (r). ad Eccleſiam non ſpectat judicare de internis; quoniam eſt corpus viſibile, ac tendit primario, & per ſe ad externarum actionum gubernationem: ergo nec interna ex directo praecipere, aut prohibere. *Tertio*. Fruſtra eſſet lex in actum, quem non poſſet per judicium dignoſcere, punire, urgere, utpote internum, & ab omni ſenſu remotum. *Quarto*. Poteſtas humana debet exerceri humano modo; atqui agere de pure internis, ſpectat modo Deum, & creaturas pure ſpiritales. *Quinto*. Lex civilis non gaudet ejuſmodi efficacia: ergo nec canonica.

195 R. Ad *primum*. Conſtat ex multis juribus, & factis. Nam ex Cap. *Cogitationis* (s). Adnexa eſt excommunicatio haereſi pure mentali: itemque aliis peccatis pure internis, ex cap. 7. 8. & 17. diſt. 30. Tum Alex. VII. & Innoc. XI. plura mere interna praeceperunt, prohibueruntque in decretis quibus varia theoremata rem ethicam ſpectantia confixa ſunt. Ad *ſecundum*. Nequit Eccleſia judicare de mere internis per leges cogentes coactione externa, quae externum judicium expoſcit, ſecus per cogentes coactione interna, quae non eget judicio, quum re ipſa incurratur apud Deum, legum omnium humanarum vindicem. Eccleſia viſibilis primario ad externa tendit, per leges ad illa cogentes; inviſibilis autem ad interna. Una eſt Eccleſia, ſed cum hoc duplici reſpectu (t). Ad *tertium*. *N. A.* ex dictis. Ad *quartum*. *D. Ma.* humano modo, & conſentaneo Eccleſiae humanae viſibili, quae hominem dirigit, & quaſi elevat ad finem ſupernum, *C.* ſecus, *N. Ma.* Et *Mi.* Heinc ad *quintum*. *N. Con.* quia civilis omnino tendit ad externa, & pure naturalia; canonica vero etiam ad ſpiritalia, & ſuperna (u).

QUAE-

(o) Recole *Suar.* cit. l. 4. c. 7. a n. 10.

(p) Conſentiunt *Murga*, *VVenzl*, *Gletle*, *Guetrather* ap. & cum *Franc. Schmier* in Jurisprud. can. civ. t. 1. l. 1. c. 1. n. 113. tum *Cardenas* & alii, quos hanc in rem pridem adduxeramus in noſtra Theologia Moralidogmatica contra Suar. c. 12. num. 4. VVig. Arſd. heic c. 6. Bec. tr. 3. c. 6. q. 5. n. 2. &c.

(q) Diſt. 12.

(r) De Simonia.

(s) De poenit. diſ. 1.

(t) Ex adſerendis *inferius* Par. IV. Tom. VIII. ubi de Eccleſia.

(u) Conſulendi pro noſtro Adſerto *La Cr.* de leg. a n. 653. *Holzm.* Theol. mor. heic p. 1. num. 314. *Schmier* proxime cit. n. 140. ſqq. *Adrian.* quodlib. 8. art. 1. lit. *H.* ſqq. *Alb. Pighius* de hierarch. Eccl. l. 6. c. 26. circa med.

196 QUAESTIO VI. Quos, & quo jure ligat? ADSERO I. Ligat omnes, & ſolos Chriſtianos adultos, ubique terrarum degentes, cujuſcumque conditionis illi ſint. Quoniam ii ſunt Eccleſiae ſubditi, & ad eos ſuae leges feruntur. Heinc obligat haereticos, quia habent ſubjectionis fundamentum, ſcilicet caracterem baptiſmalem (*x*), non tamen infideles, licet inter chriſtianos habitent, vel Principibus chriſtianis ſint ſubditi, quia non ſunt Eccleſiae membra, nec in ejus communitate (*y*). Leges autem particulares, e. g. Epiſcopi, Concilii provincialis &c. ſuos tantum particulares ſubditos adſtringunt. Religioſi exemti non tenentur legibus Synodalibus, vel Epiſcopalibus, niſi ex aliqua decentia. Quia ſunt exemti ab iſta juriſdictione, adeoque non ſubditi (*z*). II. Ligat in conſcientia, & ſub mortali, quoties adſint tres conditiones, nempe materiae gravitas, Legislatoris intentio, verba aut ſigna indicantia gravem obligationem, e. c. *in virtute obedientiae* &c. (*a*). Secus enim cenſentur ſub levi onere obſtringere. III. Graeci ſchiſmatici a recentioribus ſaltem temporibus, ex benigna quadam Summorum Pontificum conniventia, eccleſiaſticis legibus non tenentur. Id quod eadem Jura proferunt (*b*).

197 QUAESTIO VII. Quid ſpeciatim de lege Pontificia univerſali Romae tantum promulgata? Sufficit ne ea promulgatio, ut lex univerſam adficiat Eccleſiam: num vero requiratur ulterius in ſingulis provinciis per Praelatos locorum facienda? Adſerunt aliqui: minime illa ſufficit, ſed iſta requiritur (*c*). Adſerunt contra alii: illa ſufficit, nec iſta requiritur (*d*). En tibi problema utrinque acerrimo marte agitatiſſimum. Jam qui primam problematis partem tuentur ita diſſerunt. Hoc aperte colligi videtur & ex natura ipſius rei, & ex diſpoſitione Juris, & ex vetuſtiſſimis Patrum documentis, & ex ſacro ejuſdem evangelicae legis exemplo.

Vide-

(*x*) Conſentiunt *Engel* ad tit. de conſtit. num. 16. *Konig*, *VViesthner*, *Reiffenſt.* ibid. & cit. *Schmier* to. 1. ad pag. 114. n. 122. ac frequentiſſimi Theologi & Jureperiti.

(*y*) Lege cit. *Suar.* c. 19. num. 2. & *Schmier* proxime cit. n. 124. ſqq. ubi agit contra Fagnan. ab vulgatiſſimo Adſerto immerito recedentem.

(*z*) Nobiſcum eſt, cum ceteris ferme quibuſque, *Suar.* c. 20. a n. 8.

(*a*) Adeatur cit. *Suar.* cap. 18.

(*b*) Ea vide ſis ap. cit. *Schmier* nobiſcum ſentientem p. 115. n. 134.

(*c*) Ita in lite diuturnis diſputationibus controverſa e Theologis *Molina* de juſt. & jur. tr. 2. d. 395. n. 6. ſqq. *Leſſi.* de juſt. & ju. l. 2. c. 22. *Becan.* tr. 3. cap. 6. q. 6. *Dom. Soto* de juſt. l. 1. q. 1. art. 4. *Serar.* d. de legib. n. 56. q. *Pley* angel. theol. theorem. d. 2. queſt. 3. *Magg.* tr. de leg. q. praelim. art. 1. n. 6. *Sa* art. *Lex.* n. 9. *Laym.* l. 1. tr. 4. c. 3. num. 6. *Petr. Marchant.* in tribun. t. 2. tr. 1. tit. 8. q. 5. *Sannig* t. 2. tr. de leg. diſt. 3. q. 6.

E Canoniſtis vero *Panormit.* ad cap. *cognoſcentes*. 2. de conſtit. n. 7. ſub fin. *Felin.* ibid. n. 7. *Navarr.* enchir. c. 23. n. 44. *Gibalin.* ſcient. canon. t. 2. l. 7. c. 2. q. 1. n. 7. ſqq. *Zypae.* analy. jur. pontif. ad tit. de conſtit. n. 1. *Engel*, *Ebbert*, *Gletle*, *Someting* ap. laud. Schmier l. 1. tr. 1. c. 5. ſect. 1. §. 2. *Van. Eſpen* de promulgat. leg. par. 1. cap. 2.

(*d*) Sic praenobilis alia Doctorum acies cum *Suar.* cit. l. 4. c. 15. *Vazq.* 1. 2. d. 156. c. 2. *De Luca* t. 1. par. 1. de benefic. diſcur. 76. num. 7. *Piring* ad tit de conſtitut. ſect. 1. §. 4. q. 4. *Fraſſen* in Scoto academ. tom. 2. tr. 4. diſp. 4. art. 2. poſt quaeſt. 3. *Caſtrop. Reding*, *Mezger*, *Sangallenſ.* *Valent.* &c.

198 Videlicet primum ex natura rei. Nam ex natura rei lex eſt publica juſſio & adloquutio ad totam communitatem a legislatore proxime directa, debetque propterea ſic eſſe comparata, ut poſſit proxime a tota communitate percipi tanquam profecta a publica Legislatoris auhoritate; at lex Romae duntaxat promulgata nequit moraliter hoc pacto percipi a tota communitate chriſtiana, per orbem univerſum diſperſa: ergo ut obliget, requirit authenticam ſui promulgationem in quibuſque chriſtiani orbis provinciis.

199 Deinde ex diſpoſitione Juris Canonici. Hoc enim promulgationem pontificiae legis in provinciis deſiderat ſaepeſaepius; e. c. ex Cap. *Quum infirmitas* (*e*). Cap. *Propoſuiſti* (*f*). Cap. *Sicut olim* (*g*). Cap. *Quoniam* (*h*). Cap. *Ita quorundam* (*i*). Cap. *Ad liberandam* (*k*). Can. *Quod dictis* (*l*), Canone 1. de poſtulat. praelat. & Can. *Propoſuiſti* (*m*). Et ii quidem textus propoſito huic probationis membro favent ſaltem quamplurimum.

200 Tum ex vetuſtiſſimis Patrum documentis. Ex quibus plane conſtat ſtatuiſſe frequenter oecumenicas Synodos, ac ſummos Hierarchas, ut leges ab ipſis latae promulgarentur in provinciis, ne fideles ignorantes obſtringere dicerentur. Sic enim adcepimus ex *C. Arelat.* I. ferme oecumenico (*n*) ſub an. 314., ex *Nicaeno* I. quod acta & canones ad omnes orthodoxas Eccleſias mittendos curavit (*o*) ex *Sardicenſi* (*p*) ex *Patribus Occidentalibus*, mittentibus ad Orientales ſuum de damnatione ac depoſitione Photini decretum (*q*) ex *C. Epheſino*, admonente de iis, quae acta ſunt cereros provinciarum Epiſcopos, qui non intererant (*r*) ex *Siricio* P. (*s*) *Innocentio* I. (*t*) *Zoſimo* P. (*u*) & *Leone* M. (*x*) qui nempe in adlegatis locis vel ſua decreta ad alias provincias, ut omnibus innnoteſcerent, jam emiſſa fuiſſe referunt, vel nova mittenda praecipiunt (*y*). En, Patres venerandae antiquitatis promulgationem legum nec Romae, nec alteri cuipiam urbi circunſcribunt.

201 Demum ex ſacro evangelicae legis exemplo. Haec enim tametſi Hieroſolymis in die Pentecoſtes ſollemniter promulgata ſit, nihilo ſecius ut totum mundum obſtringeret, in quibuſque mundi provinciis per Apoſtolos, ejuſque ſubceſſores Apoſtolicos viros promulganda fuit. Quidni lex pontificia ſimilem expoſcat promulgationem, ut teneat?

His

(*e*) XIII. De poenit. & remiſſ.
(*f*) II. Art. *Nam ſi*. diſt. 82.
(*g*) XXV. De adculationib.
(*h*) XL. De ſimonia.
(*i*) VI.
(*k*) XVII. De Judaeis.
(*l*) Diſt. 16.
(*m*) Diſt. 82.
(*n*) In epiſt. ſynodali ad Silveſtrum P.
(*o*) Author eſt *Gelaſ. Cizicenus* de C. Nic. l. 3. necnon *Socrat.* hiſt. l. 1. c. 9.
(*p*) In epiſt. Synod. ad Julium P.
(*q*) Ita *Hilarius* in fragmentis.
(*r*) Canone 1.
(*s*) Epiſt. ad Himerium Tarrac. Epiſc.
(*t*) Epiſt. ad Exſuperium Toloſanum.
(*u*) Epiſt. ad Patroclum Epiſc. Arelat.
(*x*) Epiſt. olim 79. ad Nicetam Aquilejenſ.
(*y*) Hanc in rem conferendi *Marca* de concord. Sacerd. & imp. lib. 2. c. 15. & ejus exſcriptor *Gibalin.* cit. l. 7. s. 2. q. 1. n. 7. ſqq.

202 His jam vero patienter auditis insurgit acies altera & haec reponit. Si lex pontificia universalis Romae sollemniter promulgatur, illico universam adficit Ecclesiam. Nam 1.° ut praeceptum aliquod superioris obstringat subditos, satis est proponi tanquam praeceptum & imperium; hoc autem vere contingit, facta Romae promulgatione praecepti pontificii: quin immo si praeceptum editum in notitiam alicujus non devenerit, neutiquam id tollet veram praecepti aut legis rationem, sed subditus ab observatione illius ob ignorantiam excusabitur. Ita *Vazquezius*. 2.° ex natura rei illa promulgatio sufficit, nisi aliud quidpiam Ecclesia statuerit; nihil autem aliud statuit, quod jure scripto ostendi possit in particulari, aut etiam in generali. Haec *Suarez*. 3.° ex cap. 1. de postul. praelat. habetur, quod id solum sufficit ut ad observantiam potificiae constitutionis teneatur *qui noverit eam sollemniter editam, aut publice promulgatam*; id autem plane evenit, dum lex pontificia Romae sollemniter promulgatur, ac de promulgatione cuipiam certo constat.

203 Rursum sufficit promulgatio, Romae celebrata. Nam 1.° Ea promulgatio sufficit ut lex in notitiam orbis christiani subcessive possit devenire; Roma enim est Urbs urbium, ad quam ex omnibus mundi partibus homines confertim solent confluere, qui possint legem promulgatam suis conterraneis notam facere. 2.° Libri Juris canonici & constitutiones, in eis contentae habent vim legis & obligant, esto de publicatione earum in provinciis non constet. 3.° Ex stilo romanae Curiae, recens editae Bullae Romae duntaxat promulgantur, & regulae Cancellariae nunquam publicatae sunt extra Romam; omnes demum causae juxta constitutiones Romae editas, nec alibi promulgatas decidi consueverunt, quin ullus ejusmodi stilum iniquitatis insimulet.

204 Postremo nonnulli Pontifices clausula suis inserta Bullis declararunt, istas sola publicatione Romae facta quoslibet ubique fideles ligare. Sic enim Clemens VIII. const. *Quaecumque*. §. 15. Urban. VIII. bull. *Romanus Pontifex*. & *Secretis*. & *In eminenti*. Innoc. XII. bull. *Speculatores domus Israel*. Hae igitur saltem leges alia non indigent promulgatione quam Romana. Tum sic: atqui nihil ominus eadem possent adferri incommoda: ergo haec nec in aliis casibus urgebunt. Et haec quidem postrema ratio, nisi me omnia fallunt, aut desipere malis cum cit. *Van-Espenio* (z) rem pro secunda acie conficere videtur (a).

205 QUAESTIO VIII. Quid generatim de hac Lege, prout eam universe comprehendit corpus hodiernum Juris Canonici? ADSERO. En rei summam. *Principio* hoc jus, derivatum a Canone, qui idem est ac Regula, definitur, *Jus Christianos dirigens ad aeternam felicitatem*. Constat divinis, humanisque praeceptis, constitutionibus, definitionibus, tum Conciliorum generalium, & particularium, tum Pontificum, itemque

(z) Par. 1. cap. 3. §. 7.

(a) Consule sis in utramque partem differentes *Reiffenst.* l. 1. decr. tit. 2. de constit. §. 5. n. 117. sqq. & *Schmier* proxime citat.

que consuetudinibus, & privilegiis. Dividitur in jus vetus, quod suas praefert leges, & jus novum, quod etiam suas, per quas aliquas veteres nonnunquam confirmat, alias abrogat. Quatenus sumitur heic pro hodierno Volumine, seu Jure scripto Pontificio, est prius dignitate, non tempore, Jure civili, a quo siquidem nonnulla primitus mutuatum est, uti aliqua deinde Civile a Canonico excerpsit.

206 *Deinde* Jus ipsum constat sex partibus. 1.ª est *Decretum*, quod Gratianus Clusii, nunc Chiusi, ex Ordine S. Benedicti, edidit (*b*) sub titulo *Concordia discordantium Canonum*. In eo collegit canones Conciliorum, decreta Pontificum, varias SS. Patrum sententias. Illud, ad normam corporis Juris civilis, in tres partes divisit, quarum prima agit de *Personis* ecclesiasticis, secunda de *Actionibus*, idest de materia, & forma judiciorum; tertia de *rebus* sacris.

207 2.ª est *Decretales*, quas jussu Gregorii IX. collegit, ac edidit D. Raymundus de Pennafort, Gotolaunus, ex Ordine D. Dominici (*c*). Divisit eas in quinque libros, in quibus haec tractantur, *Judex*, *Judicium*, *Clerus*, *Sponsalia*, *Crimen*. Dicuntur Decretales Epistolae, quia decernunt, quid variis in casibus sentiendum sit, aut agendum. 3.ª est *Decretale Bonifacii VIII.* Vocatur liber sextus Decretalium, quia additae sunt quinque libris Decretalium Greg. IX. Et dividitur in quinque libros, eundem habentes materiarum, & titulorum ordinem, qui in Gregorii decreto servatus est (*d*).

208 4.ª est *Clementinae*, sic dictae a Clemente V. qui cum proprias, tum Concilii Viennensis, cui praefuerat, Constitutiones colligi jussit. At eas, ipso vivis erepto, promulgavit Joannes XXII. (*e*). Dividuntur etiam in quinque libros. 5.ª Est *Decretales extravagantes*, sic dictae, quia vagantur extra corpus Juris, hactenus editum. Eas Joannes XXII. (*f*) emisit. 6.ª est *Decretales extravagantium communium*, id est Decretales cum ejusdem Joannis, tum aliorum ante ipsum Pontificum, quae prioribus collectionibus insertae non fuerant (*g*).

209 His aliae merito superaddi possent, nempe 7.ª *Concilium Tridentinum*, id est continens ejus Concilii doctrinam, decreta, canones. 8.ª *Definitiones dogmaticae*, id est liber continens decreta, quibus nonnulli Pontifices damnarunt theses aliquas, pertinentes ad fidem, e. g. theses Lutheri, Jansenii &c. 9.ª *Definitiones morales*, id est liber continens decreta, quibus alii Pontifices proscripserunt plures theses, pertinentes ad mores. 10.ª *Decretales omnigenae*, id est collectio variorum decretorum, quae a tempore Tridentini usque modo emiserunt Pontifices pro universa Ecclesia, & extant in Pontificum Bullariis. *Demum* ex iis Juris partibus inest Authoritas legalis Pontificia super uni-

(*b*) An. 1151.
(*c*) An. 1230.
(*d*) Prodiit hoc opus an. 1298.
(*e*) An. 1317.
(*f*) Prioribus sui Pontificatus annis.
(*g*) Publicatae sunt an. 1473.

verſam Eccleſiam, quia emanarunt a Pontificiis Legislatoribus, qua talibus (*h*).

210 Excipe tamen *primo* Decretum Gratiani, quod a nullo Pontifice authentice receptum, & adprobatum eſt; ideoque licet in doctrina quoad eccleſiaſticam diſciplinam emineat, non alia tamen gaudet authoritate, quam gaudeant canones, textuſque ſacrae Scripturae, & Patrum, ex quibus decretum illud coaleſcit. Excipe *ſecundo* Eccleſiam Gallicanam, quae etiam in conſpectu noviſſimorum Pontificum praeceptorum, ſua impune utitur libertate, quam ſic definiunt. *Jus conſtanter ſequendi receptos univerſalis Eccleſiae Canones, & antiquas Regni conſuetudines, quidquid de novo in contrarium decernatur.* Et quoniam in libertates Gallicanas incidimus, juvat hoc loci, tanquam in ſede propria, de iis doctrinae ac eruditionis gratia aliquanto fuſius diſſerere.

211 Jam vero libertas haec duplici apud Gallos nititur fundamento. Quia ſcilicet imprimis nullus eccleſiaſticus ſuperior quidquam poteſt in temporale Regnum Franciae, ſicut viciſſim etiam Reges Franciae, uti & alii quicumque laici Principes, nihil poſſunt in iis, quae dogmata fidei ſpectant, niſi ut iis demiſſe obtemperent, eaque pro viribus tueantur: ac deinde Papae Authoritas in iis etiam, quae pertinent ad ſpirituale Regni bonum, ex Canonum, & Regni conſuetudinum praeſcripto moderanda eſt (*i*).

212 Syſtema hoc ſuum, ſpecioſum quidem & pene ceteras inter orthodoxas gentes ſingulare, Scriptores Galli pluribus confirmant & illuſtrant documentis, e ſacra Vetuſtate petitis. Sic enim, inquiunt, ex *Conciliis* habet *Nicaenum* (*k*) *antiqua conſuetudo ſervetur*: necnon *Epheſin.* (*l*) *ne Patrum canones proterantur*, & (*m*) *placuit ſanctae & univerſali Synodo, ſervari unicuique provinciae pura & inviolata jura, quae jam inde ab initio habet, ſecundum antiquam conſuetudinem*: tum *Chalcedon.* (*n*) *regulas a ſanctis Patribus in unaquaque Synodo uſque nunc prolatas teneri ſtatuimus.*

213 Sic deinde ex ſummis *Pontificibus* adſerit *Zozimus* (*o*) *Contra ſtatuta Patrum concedere vel mutare ne hujus quidem Sedis poteſt authoritas; apud nos enim inconvulſis radicibus vivit antiquitas, cui ſtatuta Patrum ſanxere reverentiam*: necnon *Leo I.* (*p*) *nimis improba ſunt, nimis prava*

(*h*) Lege Hiſtoriam Juris Canonici, ejuſque principia, & oeconomiam ap. *Azor* tom. 1. l. 5. cap. 29. *Doujat* in praenotion. canonic. & ſynopſi hiſtor. Juris Pontif. *Payen* in propylaeo Juriſpr. *Gerardum von Maſtricht* in hiſtor. Juris eccleſi & pontificii.

(*i*) Conf. *Petr. Puteanum* de libert. Eccleſ. Gallicanae ſub init. *Ludov. Maimburg.* tr. hiſtor. de Romana Eccl. c. 6. ſub. fin. *Boſſuet* in defenſione declarationis Cleri Gallicani par. 3. lib. 11. cap. 21. *Continuat. Tournelyi* tr. de legib. cap. 5. art. 2. ſect. 5. ſub. fin.

(*k*) Can. VI.

(*l*) Act. VII.

(*m*) Can. ultimo.

(*n*) Act. XV. Can. 1.

(*o*) Epiſt. 7. ad Epiſc. prov. Narbon. & Vienn.

(*p*) Epiſt. 80. alias 53. ad Anatol. Conſtantinopolitan.

prava quae ſanctiſſimis canonibus probantur adverſa : tum *Martin. I.* (*q*) *Canones eccleſiaſticos ſolvere non poſſumus, qui defenſores & cuſtodes canonum ſumus, non tranſgreſſores*: item *Gregor. M.* (*r*) *ſi canones non cuſtoditis & Majorum vultis ſtatuta convellere, non agnoſco qui eſtis*.

214 Sic praeterea ex aliis *Patribus* differit *Hieronymus* (*s*) *unaquaeque provincia abundet in ſuo ſenſu, & praecepta Majorum leges Apoſtolicas arbitretur*, & (*t*) *ego illud te breviter admonendum puto, traditiones eccleſiaſticas, praeſertim quae fidei non officiunt, ita obſervandas ut a majoribus traditae ſunt; nec aliorum conſuetudinem aliorum contrario more ſubverti*; item (*u*) *ſi authoritas quaeritur, Orbis major eſt Urbe* : necnon *Auguſtin.* (*x*) *in iis rebus, de quibus nihil certi ſtatuitur ſcriptura divina, mos populi Dei vel inſtituta majorum pro lege tenenda ſunt*; & (*y*) *in hoc Reges, ſicut eis divinitus praecipitur, Deo ſerviunt in quantum Reges ſunt, ſi in ſuo Regno bona jubeant, mala prohibeant, non ſolum quae pertinent ad humanam ſocietatem, verum etiam quae pertinent ad divinam religionem*: tum *Bernard.* (*z*) *tu ne tibi licitum cenſeas ſuis Eccleſias mutilare membris, confundere ordinem, perturbare terminos, quos poſuerunt patres tui? Si juſtitiae eſt jus cuique ſervare ſuum, auferre cuiquam ſua, juſto quomodo poterit convenire? erras, ſi ut ſummam, ita & ſolam inſtitutam a Deo veſtram Apoſtolicam poteſtatem exiſtimas . . . non ergo tua ſola poteſtas a Domino; ſunt & mediocres, ſunt & inferiores*.

215 His itaque, & multo pluribus, quae non vacat exſcribere, ſarta tecta ſua exſiſtimat & urget jura, vel eas, quibus a multis inde ſeculis utitur Gallicana Eccleſia, libertates. Sed alii tamen ex omnibus pene orthodoxis gentibus Scriptores, prae primis Romani, refragantur invicte (§). Ac 1.° quidem adducta teſtimonia ſuis interpretationi-

(*q*) Epiſt. 9. ad Pantaleon.
(*r*) Lib. 3. indict. 11. ep. 53. alias 52. ad Joan. CP.
(*s*) Epiſt. 71. olim 28.
(*t*) In eadem epiſt. ad Lucinium Boeticum.
(*u*) Epiſt. ad Evagr. 101. alias 85.
(*x*) Epiſt. olim 86. ad Caſulan.
(*y*) Lib. 3. cont. Creſcon. grammat. cap. 51.
(*z*) Lib. 3. de conſiderat. ad Eugenium P. M. cap. 4.

Obſervatio hiſtorica.

(§) ERgo agitatiſſima pridem fuit ſuper libertatibus Eccleſiae Gallicanae controverſia. Ejus Hiſtoriam literariam Theologo erudito valde dignam (omiſſis conſulto factis, aut litibus, quae obtentu libertatum inter Gallos & Romanos Pontifices dudum ac ſaepius interceſſerant) indicamus, ex eiſdem concertantium armis, aut ſcriptis editis, aliiſque genuinis documentis depromtam.

Primus e Gallis in apertam arenam mihi deſcendiſſe videtur *Petrus Puteanus*, aliis *Pithoeus*, bibliothecae regiae Praefectus, ubi ad an. circiter 1638. bina in publicum emiſſit de libertatibus eccleſiae gallicanae volu-

tionibus temperare ac emollire ſatagunt, productis contra bene multis pro ſumma Pontificum poteſtate, cum uſu ſaepe conjuncta, in quaelibet

volumina, quorum primum complectebatur aliquot de eodem argumento commentarios, quos olim praeclari Senatus Pariſienſis, aut alterius Gallicani Jureconſulti exaraverant, puta *Petrus Puteanus* ſenior, *Anonymus* Senatus Pariſini nomine, *Capellus*, *Brulart*, *Tillet*, Meinil, *Fauchet*, *Faye*, *Franc. Puteanus*, *Hotman*, *Coquille*, *Leſchaſſier*, *Milletot*, *Duhamel*; alterum vero praeferebat pro eiſdem libertatibus adſertis probationes, aut documenta ex autographis excerpta, videlicet maximam partem Senatus conſulta, vel alia inſtrumenta a poteſtate laica profecta.

Haec autem volumina, pro inexpugnabili libertatum clypeo vulgo habita, ſiniſtris tamen avibus concepta fuiſſe ac edita e veſtigio comprobarunt decreta, quibus, intercedente Pontificio Apocriſiario, primum a Ludovico Rege XIII. deinceps a Romana Indicis Congregatione ſuppreſſa ſunt, atque prohibita. Quin & eadem anno inſequenti 1639. 14. Febr. ab xix. Epiſcopis Gallis proſcripta ſunt.

Et vero ſecundis curis a Puteano recognita & caſtigata ad an. 1651. vulgata ſunt cum privilegio Regis; ac demum recuſa ſub an. 1731., nonnullis locupletata tractatibus anecdotis, & majore quam antea adcuratione repurgata.

Ergo quantumvis alias editi fuerint varii ex eiſdem commentariis, uti e. c. in quadam ejuſdem tituli collectione ad an. 1612, tum primum alia, idem argumentum concernentia in libello ſub eodem titulo vulgata ad an. 1594., ut taceam quae an. 1611. vulgarat *Emundus Richerius* in libello de eccleſiaſtica & politica poteſtate, ac paullo poſt in defenſione ipſius libelli; nuſquam vero, quod ſciam, adparuerant quaſi in unum corpus Juris digeſta documenta, quae confirmandis libertatibus, adſertis in praeviis commentariis heic Pithoeus adnexuit, ſubjectis inſuper ad exordium cujuſque tractatus teſtimoniis, vel a ſacro Codice, vel ab oecumenica Synodo, vel a priſcis Patribus adpoſite deductis, quae rem tractandam conficere viderentur.

Haec porro, me judice, gentes alias hucuſque nihil tale cogitantes (ſi excipias Romanam Sedem, quacum Galliae Imperium & Sacerdotium obtentu ejuſmodi libertatum toties diſceptaverat) uti ſonorum claſſicum excitavit ad praelium; quibus utique, praeſertim Romanis, valde oppoſita innutritis diſciplina, libertates id genus jam tum magna fuerint vel offenſione, vel invidia.

Vix itaque lucem viderat Puteana editio, ſtatim prodiit an. 1640. menſe Martio *Optatus Gallus*, ſeu *Carolus Herſent* Pariſinus, Presbyter & S. Theologiae Doctor, ex *Gerberonio* in hiſt. Janſeniſmi ad an. 1650. hoc larvatus nomine in libello paraenetico ad Antiſtites Regni, cui titulus *de cavendo Schiſmate*, quod praeſoribus adeſſe nuntiabat, deſumto argumento a praefata editione, etiam apud plures Gallos praeſertim e Clero peſſime adcepta, tum a rumore per populum ſparſo, quod

mens

libet ecclesiastica jura & acta. 2.° Eas libertates meros abusus generatim vocitant; nam esto nonnullae retineantur adhuc ex primaevis Patrum

mens esset Cardinali Richelio, ut omisso Episcopo Romano, Patriarcha in Gallia constituatur.

Quippe legi ipse apud nescio quem ex primoribus libertatum vindicibus hanc positionem, quam numero VII. retulit *Marca* in edit. Baluziana in prolegom. p. m. 54. *Gallis competere jus eligendi & constituendi supremum aliquem Patriarcham, si Pontifex regiis rationibus se se non adcommodet.*

Hac autem invidia gravatus, conturbatusque Ludovicus Rex, ad quem cuncta Richelii consilia referri omnes noverant, Petro de Marca, Viro Clarissimo nuper in sanctius Regis Consilium adlecto injunxit, ut Optatum convelleret, & quas hic imperebat gallicanas libertates vindicaret; ita tamen ut omnes intelligerent, nihil illas detrahere de reverentia Sedi Romanae debita, quam semper Galli constantissime retinuerant. Curam jubens suscepit Marca.

Optatum eodem an. 1640. 18. Martii Archiepis. Parisiensis Joan. Franc. de Gondy damnavit ceu falsum, scandalosum, pacis publicae ac obedien iae supremo Principi debitae perturbatorem obtentu ichismatis imaginarii; eidemque damnationi subscripserunt eodem die sexdecim alii Antistites, tum Parisiis commorantes, ac ceteri deinceps Parisiensis Archiepiscopi suffraganei. Ac idem praeterea Optatus Senatus consulto flammis addictus est.

Interea temporis *Isaacius Habertus*, tum Ecclesiae Parisiensis Theologus, postea Vabrensis Episcopus in Ruthenis, Optatum dispulit elegantissima & fortissima oratione, quam anno insequenti 1641. excepit *Chimaera excisa*, sive confutatio Optati Galli, ab *Anonymo* latine edita ex gallico *Sulpicii Mandrinii* Domini de Gazonual hoc est *Joan. Sirmondi*; necnon alià lucubrata a *Michaële Rabardeo* Jesuita; atque sub idem ferme tempus a Marca exaratus commentarius, quatuor prioribus libris constans, praenotatus *Dissertationes de concordia Sacerdotii & Imperii, seu de libertatibus Ecclesiae Gallicanae*. Sic vero scriptionem temperavit, ut relicta juris, quod utrique potestati competit, discussione, ad nudam facti disquisitionem, quae veterum possessorum fines demonstrare posset, se contulerit.

Hoc autem usus medio se posse utrique litigantium parti facere satis credidit Marca; sed neutri placuit; unaquaeque siquidem eum alteri plus aequo faviisse querebatur. Roma praefertim infremuit, opusque prohibitionis nota inussit anno 1642. 11. Jun. Et quidem ipse Marca in literis ad Innocentium P. X. datas Barcinone 26. Sept. 1646. haec habet *fateor eo in libro Principis partes pro muneris mei ratione fovisse, Praesidemque potius impleviisse quam Episcopum* (Ap. Marca in edit. Baluz. in prolog. sub fin. p. 66.)

Nec Galli deinceps Marcanum opus inter propugnacula suarum libertatum recensendum duxerunt. Vident quippe in eo acriter convulsas tanquam impias, & Apostolicae Sedi contumelioas, positiones aliquas,

trum decretis, atque aliae ſerius inſtitutae juſtum penitus & aequum teneant, multae tamen ab eccleſiaſtica regula prorſus exſorbitant; praepri-

quas, libertatibus inique faventes, quas ab ſuis majoribus exceperant. (Eas, reor, a Puteanis collectaneis depromſit Marca, & recitat in litura cenſurae Romanae edita an. 1663. ap. cit. edit. Baluz. in proleg. p. 54.)

Ac in ipſo inſuper parvi faciunt, quod ſeſe prodit, Authoris ingenium, verſatile nempe ac lubricum, nimiaque facilitate per varias, ambiguaſque ſententias de re eccleſiaſtica ludere ſolitum, parum alias in Theologia exercitatum. (Ita illum deſcribit *Boſuetius* in Gallia orthodoxa diſſ. praevia §. 15.)

Hunc Marcae commentarium inopinanter exceperunt aſſerta vi. ſacrae Facultatis Theologicae Pariſienſis circa poteſtatem Papae, quae Decanus ſuo ac ſociorum nomine Senatui Pariſienſi tradidit an. 1663. ex quibus aſſertis quartum hoc erat, *eandem Facultatem non probare, neque probaſſe unquam propoſitiones illas Chriſtianiſſimi Regis authoritati, aut germanis Eccleſiae gallicanae libertatibus & receptis in Regno canonibus contrarias v.g.* &c. Reliqua vero ſunt quodammodo expoſitio hujus quarti. Et haec quidem doctrina ut ab omnibus Pariſini Parlamenti ſubditis reciperetur injunctum eſt binis Senatus conſultis 22. Januar. & 14. Aprilis ejuſdem an. 663. quibus, ut reciperetur in univerſa Gallia, adceſſit Ludovici XIV. decretum, dat. 4. Auguſti ejuſdem anni (vide ſis *D Avrigni* in memoriis chronologicis & dogmaticis tom. 2. ad eum an. pag. m. 418. ſqq.

Videlicet agebantur haec apud Gallos occaſione gravioris cujuſdam diſſidii inter Oratorem Regis Galliae, ac D. Marium Chiſium Urbis Romae Praefectum, ac ſubinde inter hujus fratrem Alexandrum P. VII. & Regem Ludovicum XIV. (Legatur *Carriere* in Chronol. Pontificum recuſa Lugduni 1663. pag. 444.)

Recurrebat jam annus 1682. quo celebris ea lis de jure extenſionis Regaliae, quod ſibi non ita pridem adſumſerat Ludovicus XIV., ipſum inter & Innocentium P. XI. intercedebat, immo fervebat, variis in hanc rem recens emiſſis ab Innocentio Brevibus ad Ludovicum & ad Clerum Gallicanum.

(Vide ſis hac de re *Hiſtoricos gallos* ubi agunt de Ludovico XIV. ad hunc annum: ac ſuper Jure Regaliae conſuli poſſunt *Nat. Alexand.* ad Secul. XIII. & XIV, diſſ. 8. ejuſque Antagoniſta *Anonymus* in cauſſa Regaliae penitus explicata, edit. Leodii 1685. tum *Sfondratus* in praeludiis ad regale Sacerdotium, & *Aguirrius* de author. Romani Pontif. tract. 1. diſp. 11.)

Clerus enim vero poſtquam Regi extenſionem Regaliae prout lubebat, decreto ſuo tanquam aequiſſimam adſeruerat, ac decretum per literas nuntiarat Pontifici; dum ab eo reſponſum exſpectat, in generalibus Comitiis ſub diem 19. Martii ejuſdem anni in propugnaculum ſuarum libertatum declarationem emittit de eccleſiaſtica poteſtate, reſpondentem omnino ſex illis Theologicae Facultatis articulis mox indi-

primis *adpellatio* illa *ab abuſu* ad ſeculare tribunal circa ſollemniores ſummorum Pontificum Conſtitutiones, hac noſtra tempeſtate apud Gallos frequentiſſima.

3.° Con-

indicatis, & quatuor complexam poſitiones, quas compendio referimus.

I. *Reges & Principes in temporalibus nulli Eccleſiaſticae poteſtati Dei ordinatione ſubjiciuntur, neque authoritate clavium Eccleſiae directe vel indirecte deponi, aut eorum ſubditi eximi a fide atque obedientia, ac praeſtito fidelitatis ſacramento ſolvi poſſunt.*

II. *Tenenda nobis ſunt decreta de authoritate Conciliorum generalium ſupra ſummos Pontifices, quae Seſſione* IV. *&* V. *oecumenicae Synodi Conſtantienſis continentur.*

III. *Apoſtolicae poteſtatis uſus moderandus eſt per antiquos Eccleſiae canones. Nec quidquam obeſſe poteſt, quominus valeant etiam regulae, mores & inſtituta a Regno & Eccleſia Gallicana recepta, Patrumque termini maneant inconcuſſi.*

IV. *In quaeſtionibus fidei judicium ſummi Pontificis irreformabile non eſt, niſi Eccleſiae conſenſus adceſſerit.*

Declarationem, ab Clariſſ. *Jac. Benig. Boſſuetio* Meldenſi Epiſcopo concinnatam, amplexae illico ſunt univerſae regni Academiae & ſcholae, ex graviſſimo Ludovici Regis edicto dat. 23. Mart. ejuſdem anni; quo inſuper praeter alia, ſevere praecipitur, ne ullus quidquam audeat adverſus ea IV. capita docere.

Sunt qui exiſtiment cum *De Limiers* in hiſt. de regno Ludov. XIV. ad hunc an. tom. 5. pag. m. 96., juſſu regio ſubſcriptam a Clero fuiſſe declarationem, & quidem vel in odium Pontificis, vel ut huic timor incuteretur ne ulterius contra Regaliam procederet: quam obrem fortaſſe dixerit alicubi *Sfondratus*, declarationem edidiſſe conventum Cleri, non libere, ſed gravi coactum metu.

Statim ac iſta conventus acta in publicum effuſa ſunt, ea in primis Roma poſt adcuratum examen rejicienda duxit. Nimirum *Innocentius* XI. literis in formam Brevis ad conventum Cleri gallicani expeditis 11. April. ejuſdem anni Declarationem *caſſavit*, & poſtmodum *Alexander* VIII. conſt. *Inter multiplices*. 1690. 4. Aug. prorſus *annullavit*, declaravitque, ab initio fuiſſe & in perpetuum fore irrita ea omnia, quae a Clero Gallicano acta ſunt Pariſiis an. 1682.

Subceſſerunt extemplo cenſurae graviſſimae, quibus *Georgius Szelepecheмyus* Strigonienſis Archiepiſcopus Primas Hungariae in nationali Synodo ſub eodem anno 1682. 24. Octobr. declarationis articulos confixit; quibus non multo poſt adſimiles promulgavit ſuprema Inquiſitio Hiſpaniae, quas videſis ap. *Aguirr.* in comment. contra declarat. tr. 3. diſp. 40. n. 19. p. 544.

Examen deinde Scriptorum ingenia & ſtilum acuit adverſus gallicanas libertates, ſub illis quatuor capitibus indicatas, & breviſſima quadam ſynopſi contentas; quippe quorum oppoſitae ſententiae, praeſertim quantum ad caput II. & IV. apud omnes pene ſcholas alias orbis catholici quaſi tanquam indubiae tum temporis obtinebant.

Prae-

216 3.° Contendunt, eas non esse libertates, immo potius miseras Gallicani Cleri servitutes; dum enim Pontificia monita & jussa abnuunt, in secularem incidunt Curiam, quae ipsos qualibet ferme immunitate spo-

---

Praelium itaque literarium omnium primi commiserunt jam tum sub eundem enatae declarationis annum 1682. *Anonymus* Author doctrinae Lovanienſium, *Franc. Dubois* etiam Lovanienſis Professor, *Marchio de Saretto*, alias *Cevoli*, gente Italus, *Anonymus* alter editor inquisitionis theologicae juridicae super praefatam declarationem.

Adcesserunt proxime anno insequenti 1683. Cardinalis *Joseph Saënz de Aguirre* Hiſpanus, Ord. Bened. tum in Salmanticenſi Academia primarius doctrinae morum Antecessor, & *Franc. de Sequeyros*, Augustinenſis, in Complutenſi Academia vesperlinae Magistri sent. cathedrae moderator; statimque sub an. 1684. tacito nomine *Antonius Charlas* gallus Presbyter & S Theologiae Doctor, qui, ut ferunt, occasione quaestionis de Regalia Romam profugus tum advenerat. Plura idem postea lucubravit de Concilio oecumenico ad confirmanda quae dixerat in tr. de libertat. Eccl. gallicanae circa authoritatem Synodi Basileenſis, edita ex autographo an. 1720.

His insuper exceperunt *Emmanuel Schelstratus*, Vaticanae Bibliothecae Praefectus an. 1686. ac fere sub idem tempus Cardinalis *Coelestinus Sfondratus* Ord. Bened. tum Abbas San-Gallenſis duplici commentario, quorum priorem inscripsit *Gallium vandicatam*, alterum vero *Regale Sacerdotium*; in utroque tamen suppresso Authoris digno nomine: quibus adde sub ipsum an. *Anonymum* Italum monitis animadvertentem in errores Maimburgi, de quo mox redibit sermo.

In arenam praeterea prodierunt alii ad an. usque 1700. Videlicet an. 1689 *Thyrsus Gonzalez* Hiſpanus, Soc. Jesu tum recens Praepositus Generalis, an. circ. 1690. *Augustin Reding.* Helvetus, Benedictinus Abbas Einsidlenſis, an. 1695. *Franciſc. Leytam* Lusitanus, in Eborenſi Academia primarius Scholastices Antecessor, an. demum 1698. *Joan. Thomas Roccaberti* gente Catalanus, Ord. Praedic. Archiepiscopus Valentinus apud Hiſpanos, qui Biblioth. maximam Pontificiam xx. tomis in f. ablolutam aere suo adornandam curavit.

Ad extremum hoc nostro Seculo in eadem acie contra Gallicanam declarationem pro summa Romani Pontificis authoritate strenue dimicarunt plurimi; ut puta *Marcus Bataglinius* Nocerenſis Episcopus, *Bernard. Desirant* Augustinenſis, *Anonymus* in R. universitate Taurinenſi Juris utriusque Doctor, *Hieremias a Benettis* Capuccinus, *Franc. Anton. Zaccharias*, e Soc. Jesu, *Ballerinii Fratres*, alii propemodum innumeri.

Ex iis vero, quos elapso Seculo vulgatis commentariis citius arma capessiviſſe diximus, majori in pretio plerumque habiti sunt apud Gallos *Aguirrius*, *Charlasius*, *Schelstratus*, *Sfondratus*, *Gonzalezius*. At mea quidem opinione, primum inter omnes debet obtinere locum *Charlasius*; quippe qui in suo tractatu de liber-

ſpoliat, gravaminibus onerat, adimitque penes non pauca nude ſpiritalia, ſeu eccleſiaſtica jus, cognitionem & uſum. Ac deinde acriter in-

libertatibus Eccleſiae gallicanae &c. prae ceteris, quos evolvimus & expendimus, univerſalius, diſtinctius, urgentius, ſubtilius, elegantius, nitidiuſque rem pro ſuo argumento confeciſſe videtur.

Quamvis enim ipſum, quem Anonymum adpellat laudandus mox *Boſſuetius* in ſuae defenſione declarationis ſaepenumero videatur deſpicere, parvi pendere, ac ſarcaſmis objurgare, nullum tamen alium ex ſuis antagoniſtis frequentius audit, ac luculentius, ſubtiliuſque perſtringere adnititur.

Ipſum quidem Charlaſii tractatum oppugnavit illico Anonymus Eccleſiaſticus Romanus epiſtola italice conſcripta ſub an. 1685., ſed eam Author citiſſimo, perdocto ac prolixiori reſponſo luculenter, more ſuo confutavit. Hactenus de literatis hoſtibus declarationis.

Jam vero pro cauſſa Gallicani conventus ſui etiam pugiles in arenam proſiluerunt, qui nec ſegniter rem egerint. Nimirum an. 1683. *Editor* vindiciarum doctrinae majorum Scholae Pariſienſis declarationem tuitus eſt adjectis Notis aliquorum Theologorum Pariſienſium in cenſuram Hungaricam mox laudatam, inter vindicias, quas in ſui defenſionem lucubraverat *Edmundus Richerius*, in tomo 1. ad calcem libri 2.

Ille autem liber editus eſt & pro Richerio & pro doctrina Cleri Gallicani. Quin & ipſa cenſura ſuppreſſa eſt a Senatu Pariſienſi una cum Inquiſitione theologica juridica mox relata, decreto lato 1683. 23. Jun. ap. *D'Argentraeum* in collect. judic. tom. 3. col. 139. ex Biblioth. Sorbonica v. 8. 9.

Sub idem tempus *Joan.* ille *Launojus* haud pauca conſcripſit in defenſionem declarationis, preſertim in epiſtolis editis ſparſim; ſed eum tamen Charlaſius oppugnavit.

An. 1684. *Ludovicus Maimburgus* ſuas evulgavit vindicias in tract. hiſtorico de inſtitutione ac praerogativis Eccleſiae Romanae, ejuſque Epiſcoporum.

Plures hic adverſarios paſſus eſt, e. c. *Gonzalezium*, *Sfondratum*, *Redingium*, *Anonymum Italum*, nuper adductum, qui eum primum adgreſſus eſt: ſed hic tamen falſis deceptus rumoribus indubitanter adſeruit, Maimburgi obitum longe praeceſſiſſe editionem ejus tractatus: & vero tractatus primum typis excuſus eſt 31. Octob. 1684. Author vero mortalitatem exuit an. 1686. menſe Auguſto.

Maimburgum excepit qui conventui gallicano interfuerat, *Gilbertus de Choyſeul du Pleſſy Praslain* Epiſcopus Tornacenſis cum documento paſtorali, ſubſcripto an. 1688. tum prolixa cum epiſtola, miſſa ad Martinum Steyaërtium, ſuper quam epiſtolam obſervationes exaraverat *Charlas*, quae poſtmodum ex authographo editae ſunt Romae 1720.

Nec ſiluit quidem *Ellies Dupinius*, jam tum variis operibus notus. Hic enim pluribus primum declarationem vindicare conatus eſt ſparſim in diſſertationibus hiſtoricis

de

tendunt demonſtrare, quod ſub larva ejuſmodi libertatum, laceſſunt paſſim Galli, laeduntque jura Eccleſiae univerſalis. 4.° pugnant acrius, Gal-

---

de antiqua Eccleſiae diſciplina, pervulgatis ante an. 1689. ac deinde in publicum emiſit completam, & ſatis adcuratam, modeſtamque probationem ſingulorum declarationis capitum, eaque a communibus, nec raro a peculiaribus objectis vindicavit. Eam prelo commiſſam reperio ſub an. 1711. in ſua Bibliotheca ubi de Secul. XVIII. par. 1. tom. 2.

Eadem declarationis capita ſub nomine gallicarum libertatum novo argumento confirmare viſus eſt *Anonymus Quesnellianus* an. 1716. edito commentario gallice conſcripto ſub hac epigraphe, *du reverſemant des Libertès de l'Egliſe gallicana dans l'affaire de la Conſtitution* UNIGENITUS.

Ceteri quique demum Scriptores Galli, cum Theologi, tum Juris canonici & civilis periti in editis poſthac commentariis, ubi locus eſt, Cleri ſui declarationem quoad capita ſuam tractationem concernentia pro virili vindicare pergunt, uti *Tournelyus* in tract. de Eccleſia, edito ante 1727. aliique quibus nuper adhaeſit, *Juſtinus ille Febronius*; quemadmodum viciſſim exteri ferme reliqui, praeſertim Romani, eadem perpetuo confutare ſatagunt.

Quid vero, inquies, in hac celeberrima palaeſtra nondum hucuſque prodiit, qui declarationem concinnavit ac fortaſſe Ludovico XIV. ſuggeſſerat, *Boſſuetius*? Anne turpiter obmutuit qui prae ceteris eam intelligere, exponere ac propugnare poterat? At minime gentium. *Boni omnes* (inquit *Editor* poſtremae editionis oper. Boſſuet. t. 17. p. x.) *una voce poſtularunt ut D. Benig. Boſſuet gallicanae doctrinae Advocatus & gallicanarum libertatum defenſor conſtitueretur*.

Itaque juſſu Regis adgreſſus eſt eximius ille doctrina Praeſul defenſionem declarationis adverſus antiquiores ejus adverſarios, eamque ſub an. 1688. ad umbilicum perduxerat; verum ipſi praeterea etiam atque etiam corrigendae, caſtigandae, limandae, perpoliendae diutius adlaboravit, uti diſcimus ex Epiſcopo Trecenſi *Benigno Boſſuetio*, eiuſdem nepote in docum. paſtor. 30. Sept. 1719. art. 14. pag. 37. Sed ea tandem adhuc in pluteis deliteſcente, obmortuus eſt *Boſſuetius* an. 1704. ac illa primum (neſcio quo fato) lucem adſpexit Lunemburgi anno 1730.

Haec quidem prima operis editio, nimium tamen mutila & manca, faediſque typographiae mendis deformata; immo, quidquid incognitus ejus Editor dicat in fronte illius lucubrationis eam *ſummo ſtudio ad fidem autographi codicis exactam a ſe fuiſſe*, nihilo tamen ſecius apud nonnullos ſapientes, nec levibus quidem argumentis ductos, ipſa illegitima eſt, & ſaltem maximam partem Boſſuetio ſuppoſita.

Ita porro ſentiunt e Gallis *Joan. Saleon* Ruthenorum Epiſcopus in docum. paſt. edito poſt 1730. par. 1. p. 375. & Cardin. *de Tencin* Arch. Lugdun. in docum. paſt. dat. 5. Auguſti 1733. pag. 17., ex Italis vero Marchio *Maffejus* in obſervation. litera-

Gallos immanem nobis centaurum obtrudere, dum Eccleſiam ſuam, cui libertates adſcribunt, confingere videntur eſſe corpus ex ordine eccleſiaſtico ſimul & laico compactum; quippe in tertio ex quatuor famoſis articulis adſertis a Clero Gallicano ſub an. 1682. per το' *valere etiam regulas, mores & inſtituta a Regno & Eccleſia Gallicana recepta*, eodem promiſcue ac indiſcriminatim titulo confirmari videntur mores, ac libertates in Regno Galliae, ac in Eccleſia Gallicana receptae. Quid? quod apud *Marcam* in concord. lib. 2. & paſſim, Eccleſia Gallicana civilem & eccleſiaſticam poteſtatem complectitur.

217 5.° Demum mirantur enormem confuſionem & varietatem in explicandis hiſce libertatibus apud Authores Gallos, qui de ipſis pertractant; quippe quae unus adſerit, confutat alius; & quae hic rejicit tanquam abuſum intolerabilem, tanquam legitimum uſum ille vindicat. Quin etiam circa permultas, quas dictitant, libertates, minime apud pleroſque convenit de ipſarum origine, indole, inſtitutione,

---

rerariis tom. 5. p. 4. edit. Veronenſis 1739. *Taurinenſis Doctor* ſupra memoratus l. 4. c. 5. edit. 1747. *Jo. Anton. Bianchius* in tr. de poteſt. & politia Eccleſiae tom. 1. in praefat. a p. VI. n. 6. ſqq. quibus adcedere videtur *Zaccharias* noſter in Anti-Febronio t. 1. introduct. c. 6. num. 10. Nec nos quidem eiſdem ferme penitus adhaerere abnuimus.

Opus iſtud, magnum Boſſuetii nomen praeferens, quo vel uno ſuffragio litem pro ſua cauſſa decretorie peremtam cenſent atque declamitant Galli, oppugnarunt acerrime duo Romani pugiles, nempe Card. *Joſ. Auguſtin. Orſius* O. P. tribus voluminibus, editis ab an. 1739. quoad terna declarationis gallicanae poſteriora capita, & quoad primum *Bianchius* pluribus tomis prelo excuſis ab an. 1744. Et iis quidem aperte commonſtratut, nondum viciſſe cauſſam, aut palmam retuliſſe praetenſum Boſſuetium. Ergo adhuc ſub judice lis eſt; eſto, quidquid de jure ſit, ſuis interea praetenſis libertatibus impune utatur Gallia.

Nuperam & poſtremam anno elapſo 1768. Boſſuetianae defenſionis editionem *Anonymus* alter procuravit, vulgavitque Leodici, inter cetera Boſſuetii opera, in tom. 17. & 18. correctiſſimam & caſtigatiſſimam, utpote ſummo ſtudio quoque exactam ad fidem autographi codicis poſtremo exarati & recogniti a Boſſuetio, quem ſibi commiſit Trecenſium Epiſcopus; nonnihil quidem immutato ordine, quem Author ſibi ſervandum conſtituetat, reliquis tamen omnibus fideliſſime juxta ac religioſiſſime relictis, aut ſuppletis, ut idem Anonymus in praefatione ſancte proteſtatur.

Num vero ipſi, ignoto etiam, potior quam primo Editori fides adhibenda? Viderint & expenderint Eruditi, quibus otium ſit. Nobis autem alio feſtinantibus haec de noſtra controverſia carptim percurriſſe ſufficiat; quae plane ab calamo elegantiore fuſius & explicatius ſi deinceps tradantur, lubenter excipiemus.

ne, vi; neque ſeriem earum omnium libertatum, quiſpiam in vulgus edidit, quo poſſis earum naturam diſcutere, ac genuinam a falſa ſecernere: immo nec omnes in unam eandemque, ut par erat, de ejuſmodi libertatum natura definitionem conſentiunt.

218 Ex quibus mirum non eſt, ipſos Galliae Antiſtites haud ſemel noviſſe ac declaraſſe, materiem de hiſce libertatibus mille obſcuritatum ſcopulis implexam atque involutam eſſe; quod & ipſi confeſſi ſunt in Codice Regi oblato poſt generalia regni comitia ſub an. 1615. (uti Author eſt *Continuator Tournelyi* proxime laudatus) Unde plane haud temere apud alias gentes ſuboriri poteſt ſuſpicio, anne quidquid lubeat, atque arbitrariae faveat libertati, ſit Gallis adreptum, ac ſpecioſo Gallicanae Eccleſiae libertatum nomine cohoneſtatum.

219 Haec autem omnia, pluraque id genus Gallis opponi ſolita, copioſo iidem eruditionis adparatu utquumque ſolvere ac propulſare pro tuitione ſuarum legum connituntur.

§. V.

De Lege civili.

220 QUAESTIO I. Num Poteſtas ferendi leges civiles perſeveret in Eccleſia, poſſitque per eas chriſtianos in coſcientia obligare? ADFIRMO cum vulgatiſſima noſtratum opinione contra aliquos etiam ex noſtris: & id quidem apud nonnullos eſt ſaltem fidei proximum. Patet autem ex 1. *Reg.* 8. *Prov.* 8. 7. 15. *Luc.* 20. 25. *Rom.* 13. 2. & 5. & 1. *Petri* 2. 13. Ac etiam ratione; quia finis legum civilium per ſe bonus eſt, & chriſtianis neceſſarius; non poſſet enim ſine illis ſpiritalis ordo, & regimen protegi, & conſervari. *Deinde* haec poteſtas naturalis eſt, gratia vero naturam perficit, non deſtruit. Eam *tandem* Chriſtus non evertit, ſed adprobavit (*a*). Nullus tamen eſt, cui inſit poteſtas civilis ſuper univerſam Eccleſiam (*b*); quia minime conſtat de ea poteſtate.

OBJECTIONES.

221 Obj. *primo*. Hujuſmodi poteſtas ſacro Textui adverſatur. Nam 1.° ex Matth. 17. *ergo liberi ſunt filii*, id eſt chriſtiani a ſolvendo tributa Principi ſeculari. 2.° ex 1. Cor. 7. *pretio emti eſtis*, *nolite fieri ſervi hominum*: ergo chriſtiani ſub nulla ſunt lege 3.° ex Matth. 28. *docentes ſervare omnia quaecumque mandavi vobis*: non ergo mandata hominum.

222 R. N. *Adſ.* Quia ex *Matth.* 22. *reddite ergo quae ſunt Caeſaris, Caeſari*: id eſt illi tributa ſolvite, uti commentatur *Juſtin.* (*c*) & ex *Matth.* 17. juſſit Chriſtus pro ſe, & Petro tributum exactoribus ſolvi. Item ex *Tit.* 3. *admone illos Principibus, & Poteſtatibus ſubditos eſſe*. Ad 1. prob. ibi

(*a*) Conf. *Suar.* l. 3. c. 5. 21. 24. *Bec.* l. 3. c. 6. 7. 8. fr. 3. c. 6. q. 2. l. 3.

(*b*) Recolendus pro multis unus *Suar.*

(*c*) Apol. 2. pro chriſtian.

ibi loquitur Chriſtus potiſſimum de ſe ipſo , nullatenus de chriſtianis in ſenſu objectionis, qui in nullo Patre fundari poteſt . Ad 2. ibi eſt ſermo de ſervitute ſpiritali non de corporali , ut liquet ex contextu . Ad 3. ibi Chriſtus non excepit alia praecepta, dum illa commemoravit, quae jam tum erant ſtabilita .

223 Obj. *ſecundo* . Nequit lex civilis obligare ſubditos in conſcientia , ſeu ſub onere peccati . Nam 1.° forum conſcientiae eſt forum poli , ſeu Dei ; at nequit homo ligare in foro Dei , quum nequeat inferior ligare in foro Superioris : ergo nec in foro conſcientiae . 2.° a poteſtate temporali , unde eſt lex civilis , nequit procedere ſpiritale vinculum , quale eſt obligatio in conſcientia . 3.° lex civilis ſolum ordinatur ad externam politiam : ergo ſatis eſt , quod ea liget in foro exteriori . 4.° nemo poteſt ligare ad poenam , quam infligere nequit : ſiquidem nequit Judex ſecularis praecipere ſub poena excommunicationis ; at legislator civilis non poteſt obligare ſub poena inferni , aut purgatorii , quia illam nequit infligere : ergo nec in conſcientia , quod perinde eſt . 5.° nequit quis ligare in eo foro , in quo nequit ſolvere ; nam haec duo ſunt quaſi correlata , ex Cap. *Quod autem* (*d*) ; at homo ſecularis nequit ſolvere , aut remittere Dei offenſam in foro conſcientiae : ergo nec ſub ipſa ligare . 6.° ex Aug. (*e*) peccatum eſt factum contra legem Dei , non vero contra legem hominis : ergo lex iſta qua talis non premit ſub poena peccati . 7.° ex Matth. 19. ad obtinendam beatitatem ſatis eſt ſi ſerventur divina mandata : ergo non opus eſt humana ſervare . Igitur . &c.

224 R. *N. Adſ.* quia ex *Rom.* 13. *qui Poteſtati reſiſtit , Dei ordinationi reſiſtit ; qui autem reſiſtunt , ſibi ipſis damnationem adquirunt . . . . Dei enim Miniſter eſt* . Qui autem reſiſtit Miniſtro Dei qua tali , plane Deo reſiſtit : unde ex 1. *Reg.* 8. *non te abjecerunt , ſed me* . Ad prob. *N. Mi.* quia tunc homo agit ut Miniſter Dei , a quo excepit illam obligandi poteſtatem , juxta illud , *qui vos ſpernit , me ſpernit* . Ad 2. *D. A.* nequit procedere ſpiritale vinculum , id eſt nequit illa poteſtas ponere vinculum in materia per ſe ſpiritali , *C.* id eſt nequit obligare ad honeſtatem , repertam in materia temporali , *N.* Quid ? Quod illa poteſtas , quatenus eſt divinae poteſtatis participatio , poteſt includere vim quamdam , quae ſpiritum , & rationem obſtringat .

225 Ad 3. lex civilis intendit etiam honeſtatem morum in ſua materia , & in ordine ad ſuum finem : ſub qua ratione poteſt obligare hominem , quatenus hic dirigitur proxime per conſcientiam in ſuis actionibus . Ad 4. *D. Ma.* nemo poteſt ligare proxime , & directe ad poenam &c. *C.* ſic etenim ſolum ligat Deus prout graviter offenditur tranſgreſſione humanae legis : remote , indirecte , & ex conſequenti , *N.* quia ad ejuſmodi obligationem poenae ſufficit tantum directa , & proxima poteſtas , ſeu jus ad actum , cujus tranſgreſſionem conſequitur poena . Et *D. Mi.* reſpective , Et *N. Con.*

Ad 5.

(*d*) De poenit. & remiſ. (*e*) Lib. 22. contra Fauſt. c. 27.

226 Ad 5. *N.* ſimpliciter *Ma.* quia quum inferior obligat per poteſtatem a Superiore datam ſolum ad ligandum, poteſt ligare in eo foro, in quo nequit ipſe ſolvere, ſed ſuperior, nempe Deus, qui legislatore utitur tanquam miniſtro ad ligandum, non ad ſolvendum. Porro lex civilis non intendit per ſeſe primo ligare conſcientias, ſed bonum temporale Reipub; quia tamen ſuas fert leges, prout ſubeſt ordini divinae poteſtatis, & in virtute illius, prout praecipientis humanae legis obſervantiam, ideo haec in foro conſcientiae ligat, etſi non ſolvat. Ad 6.: tranſgrediens humanam legem, virtute divinam tranſgreditur, quum vis obligandi humanae legi indita nitatur in lege aeterna, quam ſcilicet ut cauſſam univerſalem in obligando determinat lex humana, cui proinde tanquam cauſſae particulari, & proximae tribuitur ejuſmodi obligationis effectum. Ad 7. *N. Con.* quia unum ex praeceptis divinis eſt, ut humana ſerventur (*f*).

227 QUAESTIO II. Num lex civilis poenalis liget conſcientiam ad actum, quem proxime intendit? ADSERO 1. Poteſt eſſe lex nude poenalis, obligans, non in conſcientia, ſed tantum ad poenam pro legis tranſgreſſione ſubeundam. Quia poteſt eſſe lex obligans in conſcientia, non ad poenam: ergo & e converſo (*g*). Ac re apſe quidem plures ſunt hujuſmodi, quae ex tenore legis tales judicandae ſunt. II. Lex poenalis hoc ipſo quod poenam ſtatuit, & non declarat ſufficienter proprium praeceptum obligans ad actum, vel ejus omiſſionem, cenſenda regulariter eſt nude poenalis: adeoque ad ſolam poenam obligans, non in conſcientia, niſi aliud conſtet de mente legislatoris (*h*). Lex quippe poenalis eſt odioſa: ergo interpretanda quam benigne poſſit. Ac inſuper legislator addens poenam temporalem, videtur aeternam excludere. Ita demum fere conſuetudo, & communis inter Doctores conſenſio (*i*).

OBJECTIONES.

228 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Commentitia eſt lex obligans tantum ad poenam, & non in conſcientia. Nam 1.° eſt lex injuſta, quae poenam infert ſine culpa. 2.° alias nulla eſſet ratio inferendi majorem, vel minorem poenam per ejuſmodi leges, quia poena infertur major, aut minor juxta proportionem cum culpa; at ubi nulla eſt culpa, nequit haec eſſe major, aut minor: ergo nec poena. 3.° ex poenae gravitate colligitur gravitas materiae praeceptae: ſic enim ex eo quod excommunicatio major cadat ſuper aliquam actionem prohibitam, liquido inferimus, hanc eſſe lethaliter pravam: ergo quia poena culpam proportionatam ſupponit.

229 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. A.* quae infert poenam propriam, id

(*f*) Conferantur *Suar.* lib. 3. c. 21. & 22. *D. Th.* q. 96. a. 4. *Sot.* heic lib. 1. q. 6. ar. 4.

(*g*) Nobiſcum contra alios ſentit *Suar.* l. 5. c. 4. n. 2. cum *Navar*, *Victor.* &c.

(*h*) Id ipſum cenſuit *Navar.* cum *Decio*, *Jaſon* &c. ap. & cum *Suar.* cit. c. 4. n. 8.

(*i*) Ap. *Navar.* cit.

id eſt reſpondentem culpae morali, ſine hac culpa, *C.* poenam latę ſumtam pro quocnmque ſupplicio, damno, coactione, aut incommodo, *N.* quia haec inferri poteſt ob juſtam cauſſam, ſine culpa, quae nimirum talis ſit contra Deum, quum ad eam poenam infligendam ſufficiat interdum culpa quaſi civilis, & humana. Dici poteſt lex pure poenalis obligare indirecte in conſcientia, aut ſub culpa, quatenus obligat moraliter tranſgreſſorem ad ſubſtinendam poenam ſibi impoſitam, ſaltem poſt judicis ſententiam.

230 Ad 2. *N. Sequelam*; quia ratio inferendi majorem, aut minorem poenam, non ſolum poteſt eſſe major, aut minor culpa moralis, ſed etiam major, aut minor cauſſa, vel neceſſitas inferendi majorem, vel minorem coactionem. Quod patet in Regula religioſa, quae infert inaequales poenas propter tranſgreſſiones regularum, quae ad culpam non ligant. Ad 3. *D. A.* in lege nude poenali, *N.* quia ad impoſitionem poenae quantumvis gravis, ſufficit culpa politica, & civilis contra bonum publicum: quod ſi quis vitare teneatur gravioris damni periculum, e. g. mortis, mutilationis &c. id a lege naturali provenit, non a civili: in lege mixta, cujus poena ſupponit culpam moralem, cujuſmodi eſt lex comminans excomunicationem majorem, quae ſupponit contumaciam contra praeceptum eccleſiaſticum, *C.* Et *N. Con.* de lege nude poenali, quae ut ſummum culpam civilem, aut politicam expoſcit (*k*).

231 Obj. *ſecundo* contra 11. Adſ. Lex poenalis ſive pura, ſive mixta ligat non ſolum ad poenam, ſed etiam ad culpam, niſi legislator contrarium expreſſerit. Nam 1.° obligatio in actu ſecundo ad culpam conſequitur legem per modum proprietatis, impedibilis tamen a legislatore: ergo. 2.° impoſitio poenae non tollit, ſed indicat obligationem ad culpam: unde Aug. (*l*) *omnis poena, ſi juſta eſt, peccati poena eſt, & ſupplicium nominatur.* 3.° ipſa impoſitio poenae gravis eſt praeceptum formaliter ligans ad culpam: ſic enim τό *in quacumque die comederis ex eo, morte morieris*, Gen. 2. fuit pro Adamo lex poenalis, illum ſimul ligans ad culpam abſque alio praecepto. 4.° qui ex ignorantia invincibili agit contra legem poenalem, non fit reus poenae; at non niſi quia ignorantia excuſat culpam: ergo tunc poena vel ſupponit, vel inducit obligationem ſub culpa. 5.° leges juſtae decernentes pretia rerum ſub comminatione poenae, hoc ipſo ligant conſcientiam, qualis eſt e. c. in Hiſpania lex decernens pretium tritici: ergo idem de quavis alia lege poenali dicendum.

232 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. A.* obligatio ad culpam, vel theologicam apud Deum, vel politicam apud homines, *C.* neceſſario theologicam, *N.* Ad 2. *D. A.* ſimiliter, & Auguſtini verba. Eſt exemplum in voto, quod non deſinit eſſe vere votum, eo quod ſolum ſub poena liget. Quid? quod per legem nude poenalem vera imponitur agendi

(*k*) Lege *Caſtrop.* heic tr. 3. d. 1. pu. 15. a num. 12.

(*l*) Lib. 1. Retract. c. 9.

gendi obligatio ; ſiquidem per poenam impoſitam coërcetur ea non agendi libertas, quae erat ante legem ; hac enim poſita non eadem remanet libertas agendi impune, licet maneat libertas agendi inculpate.

233 Ad 3. *N. A.* Immo ipſa impoſitio excludit ex natura rei praeceptum ligans ad culpam theologicam : quin etiam ut cenſeatur hoc idem ſimul exſiſtere, debet aperte conſtare de mente legislatoris, ſic aliunde praecipientis. Praeceptum obligans Adamum ad propriam culpam, conſtat ex prioribus verbis *Gen.* 2. 27. *de ligno autem ſcientiae boni, & mali ne comedas*. Ad 4. *N. Mi.* Sed quia ignorantia reddit actum involuntarium, qui nec eſt culpa, nec juſta cauſſa poenae, quae non imponitur, niſi ad cogendam voluntatem ad aliquid.

234 Ad 5. *N. A.* quoad *το hoc ipſo*: non enim ligant ad culpam theologicam, eo quod imponant poenam, ſed quia conſtat ex earum tenore ſimpliciter actionem praecipi. Porro per legem definientem pretium fit, ut merces non plus valeat ; adeoque ſi carius venditur, fit contra juſtitiam, ac inde oriri poteſt ratio culpae, quam praeſupponit, punitque poena in tranſgreſſore. Quamobrem nequit illa lex dici nude poenalis, uti aliae, quae nude poenam comminantur (*m*). Cetera ethicae Theologiae Magiſtri.

235 QUAESTIO III. Quid de lege tributaria, vel imponente tributum, propria ſolius Principis ſummi in ſuo ordine (*n*) ? ADSERO I. Si conſtet moraliter de juſtitia legis, haec obligat ex natura ſua ad ſolvendum tributum etiam non petitum. Quia teneris ſolvere juſtitiae debitum, etſi non petatur (*o*). Si vero dubitetur de juſtitia, non obligat. Quia in dubiis melior eſt conditio poſſidentis (*p*). II. Ut ſit juſtum tributum, plures requiruntur conditiones, e. g. quod imponatur ob bonum commnne, quod ejus quantitas cauſſae indigentiam, vel tempus non excedat &c. At minime requiritur conſenſus Regni, vel ne quidem in Hiſpania (*q*). Nec enim oppoſitum ullo jure probatur. III. Si lex imponat tributum ſub conditione poenali, quin praeceptum proprium adjiciat, non obligat in conſcientia, ſed ad poenam ex nuper adſertis. Quia eſt cenſenda ex mente legislatoris lex nude poenalis. Reliqua in Doctrina de moribus.

236 QUAESTIO IV. Super qua materia poſſit ſervari lex civilis ? ADSERO I. Poteſt honeſta praecipere in materia tum juſtitiae, tum ceterarum virtutum moralium civilium ; itemque vetare poteſt vitia contra omnes virtutes (*r*). Quia poteſtas legislatrix Reipub. nequit ſuum adſe-

(*m*) Legendus *Suar.* l. 5. a c. 3. ad 13. ubi de lege poenali.

(*n*) Ap. *Suar.* l. 5. c. 14.

(*o*) Vulgo Canoniſtae cum *Suar.* cit. c. 18. n. 11.

(*p*) Idem concludit adlegatus *Suar.* num. 14.

(*q*) Rurſum conſulendus laud. *Suar.* c. 14. & 17.

(*r*) *D. Th.* q. 96. a. 3. & *Suar.* l. 3. c. 12. n. 7. ubi adpoſite adpellatos videsis *Platonem*, *Ariſtotelem*, *Ulpianum*.

adſequi finem, niſi in materia virtutum omnium praecipiat. II. Nequit ferri de omnibus ſingularum virtutum actibus. Quia debet eſſe moderata, & de re moraliter poſſibili univerſae communitati pro majori parte. III. Neque de actibus mere internis ex directo, & ſecundum ſe. Quia nullo jure probatur haec ſpecialis poteſtas; nec ea indiget lex civilis, quae circa gubernium externarum actionum tota eſt (*s*).

OBJECTIONES.

237 Obj. *primo* contra I. Adſ. Finis legis civilis eſt bonus Reipub. ordo quoad ſtatum mere politicum; atqui ad hunc ordinem obtinendum debent ferri leges, quae aut veram praeferant honeſtatem, aut tantum ſimulatam, & adparentem, etiam diſſimulando illa, quae injuſta ſunt, ſi Reipub. temporali ſint utilia: ergo lex civilis ſaltem non debet ſemper verſari circa materiam honeſtam: immo nequit eſſe Rex verus, & ſtabilis, qui legibus virtutis adſtringitur, eiſque omnino ſubjicitur. Ita olim Nicol. *Macchiavellus* cum ſuffragio plurium. Heinc *ſecundo*. Leges civiles interdum ſubſtinent, foventque actus pravos, propter temporale commodum. Etenim per illas adprobantur plura, quae in foro animae ſubſiſtere nequeunt, uti actio fraudulenta, pactum contra leges, praeſcriptio cum mala fide, libellus repudii cum ſolutione conjugii, occiſio adulterae a marito, & id genus alia innumera (*t*). Atqui ejuſmodi leges ſunt verae, & proprie leges: ergo.

238 R. Ad *primum*. *N. Mi.* & *Con.* haereticas contra pſeudo-politicum Machiavellum, ejuſque adſeclas. Lex enim civilis pon poteſt eſſe de turpi, nec praevalere poteſt contra legem naturalem, quae eſt lex divina, & prohibet quidquid turpe eſt, quin ex ratione aliqua diſpenſationem ullam admittat: alioqui poſſet homo ſimul legibus contrariis obligari. Porro ſemper, ex *Act.* 5. *obedire oportet Deo magis, quam hominibus*: quare nunquam lex contraria verae Religioni, juſta eſt; adeoque nec lex eſt. Immo nihil aptius ad conſervandam pacem, & politicam Reipub. felicitatem, quam honeſtas naturalis, ſimulque integritas fidei, & Religionis, teſte experientia.

239 Ad *ſecundum*. Si leges illae ejuſmodi ſunt, ut legi divinae naturali adverſentur, ſolum imaginem quamdam, ſpeciem, & nomen legis habent, non vim, quum injuſtae ſint: atque adeo illarum perplurimae a Jure canonico vel abrogatae, vel correctae ſunt (*u*). Plane nequeunt leges civiles iniqua praecipere, ſecus tamen indifferentia ad bonum finem: immo interdum mala jure non puniunt, ſed permittunt, ac tolerant ad pejora mala vitanda. Et hoc ſenſu exponunt aliqui leges illas, & alias nobis tacite objectas (*x*).

(*s*) Pluribus Adſertum illuſtrat *Suar.* c. 13.

(*t*) Quae congerit *Azor* t. 1. l. 5. c. 20. 21. itemque *Covarr.* in reg. *poſſeſſor.* p. 2. §. 9. n. 6. & in Reg. *peccatum.* p. 2. §. 6. n. 3. & 4. ac deinceps.

(*u*) Ap. *Azorium* cit.

(*x*) Ab eis quam ſolide ſeſe expedit adlegatus proxime *Suar.* l. 3. c. 12.

240 Obj. *tertio*. Lex civilis ſolum ferri poteſt in materia juſtitiae. Nam 1.° finis poteſtatis civilis eſt humanae Reipub. pax, & felicitas; atqui ad has conſervandas ſufficit ferri leges in materia juſtitiae, utpote ſine qua *nullo pacto eſſe poteſt vinculum incolumitatis in omni Repub.* (*y*): ergo. 2.° ad bonum commune civile, quod leges intendunt, ſolum faciunt actus honeſti, qui ſunt ad alium, cujus generis ſunt actus juſtitiae: quid enim conferant ad bonum commune virtutes ad ſe, e. g. quod civis ſit ſibi prudens, fortis, ſobrius? Heinc leges civiles ſemper verſantur in materia juſtitiae, nec de aliis diſponunt niſi in ordine ad aequitatem inter cives ſervandam, & ad vitandas injuriarum occaſiones, argum. l. *hac lege*. (*z*). 3.° alioqui titulo boni communis, poſſent leges civiles praecipere actus ſupernaturales, puta fidei, vel actus Religionis, e. c. auditionem Sacri, aut actus heroicos aliarum virtutum, quorum uſus ex ſeſe carentiam obligationis poſtulat, ac potius eſt conſilii, quam neceſſitatis; haec autem perridicula dixeris: ergo.

241 R. *N. Adſ.* Quia leges civiles intendunt cives facere bonos viros, ut bonos efficiant cives, qui nempe bonum faciant, & malum vitent: hoc autem nequit obtineri per ſolam juſtitiam particularem, ſed per generalem, quae amplectatur actus reliquarum virtutum moralium, opportunis temporibus exercendos. Ad 1. prob. *N. Mi.* quia non eſſet integra felicitas civibus, quibus ineſſet juſtitia, deeſſent tamen ceterae virtutes: immo ſi iſtae deeſſent penitus, juſtitia ex integro nequiret conſiſtere.

242 Ad 2. *N. Adſ.* Nam virtutes omnes ſunt inter ſe connexae, & aliae multum conferunt ad perfectam juſtitiam, perfectamque Reipub. incolumitatem. Frequentius verſantur leges circa juſtitiam, quia haec magis obvia eſt, frequentiuſque neceſſaria. At etiam circa alias verſantur, aut verſari poſſunt; nam ex *Ariſt.* (*a*) *ipſae autem leges de omnibus dictant, conjectantes communem utilitatem*.

243 Ad 3.: Jus civile nequit actus ſupernos praecipere, quia ſunt extra ſuam ſphaeram, ſecus actus naturales ad Deum ut Authorem naturae ſpectantes, utpote plurimum inſervientes Reipub. incolumitati: poteſt item actus externos ſupernae Religionis praecipere, vel ex quadam tacita Eccleſiae adprobatione, vel quia ſuppoſito ſtatu chriſtiano Reipub., peccata contraria eam multum perturbarent. Praecipit aliquando actus heroicos, e. g. ne miles deſerat ſtationem, etiam cum mortis periculo, ne conjux conſentiat in adulterium, etiam innumeris periculis tentata: poteſt igitur ſimilia praecipere pro aliis caſibus, etſi raro obventuris (*b*).

244 QUAESTIO V. Quid generatim de hac lege, prout eam univerſe comprehendit corpus Juris civilis? ADSERO. En rei ſummam.

(*y*) Ex *Tullio* ap. *Aug.* 2. de civ. c. 21.
(*z*) Cap. de pact. convent.
(*a*) L. 5. Ethic. c. 5.
(*b*) Conf. *D. Th.* q. 96. a. 3. & *Suar.* l. 3. c. 12. a n. 7.

mam. *Principio* hoc jus definitur, *Jus cives dirigens ad politicam Reipub. incolumitatem*. Dicitur Jus *Romanum*, quia profert ex majori parte leges adceptas a Romanis, eas nimirum, quas Roma adceperat a prioribus legislatoribus: ſcilicet Graecorum Phoroneo Rege; Aegyptiorum vulgato Mercurio Triſmegiſto; Athenienſium Solone; Lacedemonum Lycurgo; eiſque legibus perquam univerſalibus, & prudentiſſimis, rexerunt Romani Principes multas Orbis provincias, quas ſubegerant, etiam translato Romano Imperio ab Occidente ad Orientem, id eſt ab Italia ad Graeciam.

245 Dicitur etiam Jus Caeſareum, Imperatorium, Iuſtinianeum, quoniam Juſtinianus, Salonae urbis Dalmatiae natus, ex Aniciorum familia, & chriſtianae Religionis cultor ad Romanum Imperium evectus Caeſar an. Chriſti 527. id perfecit, quod diu in animum praeſtare induxerant Pompejus, M. Iulius Caeſar, aliique: videlicet omne Jus civile Romanum maxime diffuſum, & inordinatum ad unum corpus ordinate redegit (c) opera, & ſtudio virorum ſui Seculi peritiſſimorum, quibus praeerat Tribonianus, Juſtiniani Quaeſitor, ſeu Cancellarius.

246 Dicitur denum Ius *commune*, tum quia ad omnes pene caſus, qui inter homines ſuboriri poſſunt, ſeſe extendit; tum quia omnium gentium ſuffragia meruit, adeo ut in omnibus Academiis praelegatur, & exponatur, habeatque clariſſimos ex omni gente Interpretes; tum quia quum deficiunt, ut ſaepe uſu evenit, peculiares Regnorum leges, aut conſuetudines, ex decantato axiomate, *ad Jus commune, & Romanum confugimus*, non quidem ut ad legem neceſſariam, ſed ut ad normam aequi, & recti.

247 *Deinde* Jus ipſum conſtat quinque partibus, ſeu collectionibus. 1.ª eſt *Inſtitutiones*, continentes ſub quatuor libris univerſi Juris epitomen, in gratiam adoleſcentium Juris ſtudioſorum. Eas collegit Juſtinianus ex variis commentariis, & collectionibus, quas pridem viri ſapientiſſimi ediderant, puta Ulpianus, Julianus, Paullus, Cajus, Calliſtratus, Florentinus, Martianus, ac etiam plura ipſis adjecta ſunt ex libris Digeſtorum ejuſdem Imperatoris, cujus authoritate duplex facta fuit editio earundem Inſtitutionum.

248 2.ª Eſt *Digeſtum*, ſeu *Pandectae*, ſic nuncupatae, quia recto ordine digeſtas complectuntur omnes fere Veterum leges, itemque plurimas reſponſiones, ac deciſiones celebriorum aliquot Juriſperitorum, e. g. Ulpiani, Papiniani, Hermogeniani &c. quibus heic vim legum indidit Juſtinianus. Tres ſunt partes, aut tituli Pandectarum, nempe *Digeſtum vetus*, ſic forte dictum, quod illud verſetur in iis, quae a jure vetuſtiori, id eſt naturali, ſeu Gentium, ſumſerunt originem, prout ſunt contractus fere omnes; *Digeſtum Infortiatum* hoc forte barbaro nomine inſcriptum, quod praebeat fortiores, aut difficiliores materias, & quaeſtiones legales, prout eſt materia teſtamentorum, &

(c) Fere ab an. 538. uſque ad an. 566. quo obiit, aetatis 82. & Imperii 39.

ſubſtitutionum; ac *Digeſtum novum*, ſic adpellatum, quia maximam partem agit de iis, quae ſunt Juris recentioris, nempe Juris civilis Praetorii. Tres iſtae partes 50. libris abſolvuntur.

249 3.ª Eſt *Codex Juſtiniani*, ſic dictus, quia ex tribus codicibus Gregoriano, Hermogeniano, Theodoſiano, amputata prolixitate, ejus juſſu compilatus eſt, antinomiis illorum codicum conciliatis, & ſuperadditis neceſſariis. Vocatur etiam *Codex repetitae praelectionis*, quia prima ejus editio in multis, ipſo Principe praecipiente, emendata eſt: & ideo hoc utuntur ubique Juriſtae, priore ſuppreſſo. Dividitur in 12. libros, ad exemplum legis 12. Tabularum, & in illis praeferuntur reſcripta, id eſt ordinationes, & Conſtitutiones Imperatorum Romanorum.

250 4.ª Eſt *Novellae Conſtitutiones* Juſtiniani, id eſt novae, & poſt codicem repetitae praelectionis promulgatae. Sunt numero 165. Hoc opus dicitur *Authenticon*, ſeu *Liber Authenticorum*, id eſt ſummo gaudens valore reſpectu habito ad cetera volumina legalia, quoniam iſtud ex integro confecit, adprobavit, & promulgavit Juſtinianus, qui in ceteris voluminibus multa de aliis Authoribus adtexerat. Hae Novellae jus omne noviſſimum continent, per quod multa ex volumine Codicis, & Digeſtorum innovata ſunt, multa abrogata: unde dici poſſent ultimum teſtamentum Imperatoris, & Codicis Juſtinianei ſupplementum. Quae tamen vocantur *Authenticae*, ſunt notae, ſeu ſummaria quaedam e Novellis ex Irnerio, ſeu Vernerio Germano (*d*) excerpta, ex variis Codicis legibus, ad quas quomodolibet referuntur, adnexa.

251 5.ª Eſt *Extravagantes* Conſtitutiones Juris civilis ad exemplum extravagantium Juris canonici; quae videlicet inſcribuntur, Tres poſteriores libri Codicis Juſtinianei, Edicta XIII. Iuſtiniani, Liber Feudorum, Conſtitutiones Henrici VII. Imperatoris, Liber de pace Conſtantiae. Habent ipſae vim legalem, quum emanarint ab illis, quibus inerat jus condendae legis. Verum nec praelegi, nec exponi ſolent in publicis Academiis.

252 *Demum* Hoc Jus eo voluminum Corpore contentum ſolum habet ex ſeſe vim legis erga ſubditos Romani Caeſaris, aut Imperatoris Germanici; nequit enim lex ferri in non ſubditum, uti nuper adſeruimus. Potèſt tamen habere vim legis, puta ſi legislator aliquis illud adſumat ceu proprium, praecipiatque a ſuis obſervari ſubditis tanquam legem (*e*).

§. VI.

(*d*) An. 1130.

(*e*) Plura in hanc rem hiſtorice dabunt laud. *Azor* l. 5. c. 30. partis 1. *Suar.* cit. l. 3. c. 8. *Joſ. de Ferriere* in Hiſtor. Jur. Romani, *Payen* in Juriſprudentiae propylaeo par. 1. *Jacob. Gothofredus* in hiſtor. ſeu progreſſu Juris civilis Romani ap. Frideric. Contelmannum in theſauro juris civilis p. 263. ſqq. edit. Lauſannenſ. 1763. cit. *Schmier* l. 1. tr. 1. c. 7. ſect. 1. §. 3. in tom. 1. p. 130. ſq. queis omnibus praemittendum *Jus* ipſum *Civile* ad tit. ff. de origine Juris.

§. VI.

De lege privilegiari, seu de Privilegio.

253 QUAESTIO I. Quid, & quotuplex est? ADSERO I. Est lex privata, peculiare beneficium ad plures actus concedens (*f*). Dicitur *lex*, quatenus dum durat, alios obligat, ne privilegiato ejus usum impediant. *Privata*, ut distinguatur ab aliis legibus communibus: ac in idem recidit τὸ *peculiare beneficium*; excluduntur que a ratione Privilegii omnes leges poenales, quae per se non concedunt beneficium. *Ad plures actus*, ut distinguatur a gratia, quae ad unum, vel pauciores actus indulgeri consuevit, itemque a dispensatione, quae semper respicit legem, a qua eximit.

254 II. Dividitur 1.° in personale, quod datur personae ratione ipsius; & reale, quod datur personae ratione rei ab ipsa distinctae. 2.° in perpetuum, quod perpetuo manet, nisi a concedente aut alio superiore revocetur; & temporaneum, quod suapte natura tempore limitato finitur. 3. in gratiosum, quod nullum respicit meritum, qua tale; & remuneratorium, quod in praemium meriti confertur. 4.° in conventionale, quod ex conventione, & pacto tribuitur; & purum, quod omni conventione, & pacto caret. 5.° in favorabile, quod favorem continet, quin alteri creet incommodum; & odiosum, quod ita favet privilegiato, ut simul alteri noceat. Ad has species revocantur aliae, adsignatae ab *AA.* (*g*).

OBJECTIONES.

255 Obj. *primo* contra 1. *Adv.* Perperam nobis definitum est Privilegium. Nam 1.° est de essentia metaphysica Privilegii, quod favor ab ipso concessus sit aliquid contra commune jus: nam alioqui erit unice beneficium Principis. 2.° non omne Privilegium videtur aliquid peculiare concedere, quod sit aut contra, aut praeter jus commune, ut liquet ex Privilegiis concessis Universitati Parisiensi, ex Cap. *Quia*. (*h*) & cauſſis Religiosis, ex cap. *Etsi Christus*. (*i*) ac ejusmodi sunt multa variis religiosis coetibus concessa: ergo Privilegium non est lex privata, id est contra aut preter alias leges communes.

256 R. *N. Adv* Ad 1. prob. *N. A.* Nam ex cap. *Abbate*. (*k*) ad rationem Privilegii solum requiritur, ut sit aliquid speciale: quare ibidem vocatur Privilegium indulgentia, libertas, gratia. Satis autem est ad Privilegium, ut sit citra, seu praeter jus, quod satis denotatur, dum dicitur, Privilegium aliquid speciale concedere. Ad 2. *N. A.* quia Privilegia ibi citata sunt quaedam declarationes juris communis, aut natu-

(*f*) Consentiunt vulgo *AA.* cum *Azor* par. 1. l. 5. c. 22. *Suar.* l. 8. c. 1. *Pal.* cit. de Privil. d. 4. pu. 1. n. 1. *Arsdek.* heic c. 6.

(*g*) Lege *Azor* cit. *Suar.* c. 7. *Pal* cit. pu. 2. §. 1. *Gibalin.* l. 7. c. 7. q. 2. *Schmier.* cit. t. 1. a p. 152.

(*h*) De procur.

(*i*) De jur. jur.

(*k*) De verb. sign.

naturalis, vel peculiares admonitiones, ut jura ſerventur, vel ut actiones fiant majore robore, & authoritate. Id vero plane eſt citra, praeter, vel ultra jus; & aliunde eſt ſine dubio beneficium, quum ipſa juris declaratio reddat certum actionis valorem, liberetque a remorſu conſcientiae. Idem dicito de ſimilibus religioſorum coetuum Privilegiis, quae dummodo ſint citra jus commune, propria privilegia ſunt.

257 Obj. *ſecundo* contra 11. Adſ. Privilegium conventionale non eſt ſimpliciter Privilegium. Nam 1.° quod offertur ex conventione, aut pacto, eſt debitum; at Privilegium eſt gratia, quae debito opponitur: 2.° ejuſmodi Privilegium non poſſet eſſe perſonale, id eſt perſonae privilegiatae illigatum, ſed deberet eſſe reale, id eſt ſuapte natura tranſiens ad heredes, ac ſubceſſores, adeoque perpetuum, incapax ab ipſo concedente revocari; etenim fundatur non in perſona, ſed in pacto: quod quidem eſt contra vulgarem ſententiam.

258 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. Ma.* eſt debitum, ſimulque eſt gratia, quatenus eſt facultas conceſſa alicui citra id, quod a jure habet, *C.* ſecus, *N.* quia nihil refert ad rationem Privilegii, quod ejuſmodi facultas concedatur ex debito, vel ex liberalitate. Quo ſenſu *N. Mi.* Ad 2. *N. Adſ.* quia privilegium conventionale fundatur in pacto, tanquam in occaſione, & cauſſa, ob quiam conceditur, non tanquam in fundamento, cui adnectatur conceſſio, cui nempe pactum eſt occaſio, non materia (*l*).

259 QUAESTIO II. Quis poſſit concedere, quis recipere Privilegium? ADSERO 1. Poteſt ſolus concedere, qui poteſt legem ferre, Quia Privilegium eſt peculiaris conceſſio contra, ſeu citra legem univerſaſem: ergo ad illud exhibendum requiritur juriſdictio legiſlatrix. Heinc ſummi Principes ſpiritales poſſunt privilegia erogare in rebus ſpiritalibus, & temporales in temporalibus. 11. Solus poteſt recipere qui ſit alteri ſubditus, vel aliquo modo inferior. Quia dare, & recipere quaſi correlata ſunt, & reciproca: ergo ſi Superior duntaxat poſſit dare, poteſt duntaxat ejuſdem ſubditus recipere. Deinde licet Privilegium generatim non requirat ſubjectionem, tamen ſemper ſupponit privilegiatum aliquatenus inferiorem hoc ipſo quod privilegium adceperit. Heinc legislator nequit ſibi proprie Privilegium concedere, quia non eſt ſibi ſubditus, nec poteſt eximi a lege, qua non tenetur (*m*).

OBJECTIONES.

260 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Ad concedendum Privilegium ſufficit poteſtas legislatoris impropria. Nam 1.°. Privilegium tantum eſt lex impropria, ſcilicet privata: ergo non requirit poteſtatem ſimpliciter legislatricem, qualis eſt ſuprema gubernatrix. 2. Privilegium prout concedit aliquid contra legem, aquiparatur diſpenſationi; at multi, qui nequeunt legem ferre, poſſunt diſpenſare: ergo & privilegia con-

(*l*) Conf. *Suar.* l. 8. c. 4. n. 9. 10. & *Salmanticenſ.* tr. 18. cap. 1.

(*m*) Conferendi *Suar.* c. 8. 9. & *Gibalin.* cit. q. 3.

conferre . 3.° Privilegium prout dat aliquid praeter legem, ſaepe conceditur a Principe privato, qui potis non eſt jus dicere, e. g. donando alicui Privilegium honoris in domo ſua, & a Civitate etiam non ſuprema, e. c. exemtio civis a tributis (*n*) ergo.

261 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* quia eſt vera lex; etenim qua alios obligat, ne noceat privilegiato, communitatem reſpicit: hoc ergo pacto poteſtatem ſimpliciter legislatricem expoſcit. Quod ſi Privilegium non ſit juri communi contrarium, ſed municipali, tunc exiget cum proportione poteſtatem legislatricem municipalem. Ad 2. *D. Ma.* in aliquibus comparatur diſpenſationi, *C.* in omnibus, *N.* nam diſpenſatio intelligitur ex ſe ſe tranſiens pro uno, vel altero facto, at Privilegium ex ſe ſe permanens. Et *D. Mi.* multi poſſunt diſpenſare proprie, ſine facultate legislatoris, *N.* cum facultate, *C.* ſed cum iſta tamen poſſunt & ipſi privilegium donare. Ad 3. illi favores, aliique ſimiles ſunt Privilegia tantum analogice, uti ſunt analogice leges illae, quas pater in familia, & magiſter in ſchola ſtatuit: proprium vero Privilegium, etiam quum concedit aliquid praeter jus, tranſit in jus commune ab omnibus obſervandum, comparate ad privilegiarium, adeoque derivari debet ab habente poteſtatem jus commune condendi.

262 QUAESTIO III. Num Privilegium requirat ſcripturam, & promulgationem? ADSERO 1. Non ſcripturam. Quia ſufficit Principis poteſtas, & voluntas ſatis declarata verbo, vel alio ſigno, uti propria lex. (*o*) 11. Non promulgationem reſpectu habito ad privilegiatum, quia in iſto requiritur & ſufficit ſimpliciter notitia Privilegii, cui non reſiſtat: hanc enim tacitam conditionem cenſetur poſtulare Princeps pro recta gubernatione, quum illud erogat. Et aliunde Privilegiatum eſt quaedam donatio, quae abſque donatarii notitia, & conſenſione non exiſtimatur ſortiri effectum: ſecus reſpectu aliorum, quos tanquam lex obligat ad non impediendum uſum Privilegii. Nec iis denique promulgatio debet eſſe ſollemnis, niſi Privilegium ſit univerſali lege conſtitutum (*p*).

OBJECTIONES.

263 Obj. *primo* contra 1. *Adſ.* Privilegium requirit ſcripturam. Nam 1.° Privilegia ponuntur inter ea, quae in ſcriptis redigi debent, ex Cap. *Porro* (*q*). & ex Cap. *Contra morem* (*r*). 2.° Saepe per ſpecialem Pontificis gratiam conceſſum eſt, ut ſua vivae vocis oracula valerent ſaltem in conſcientia: ergo non ſcripta, per ſe ſe non valent. 3.° ex regulis Pontificiae Cancellariae (*s*) Pontificis Privilegium non ſcriptum nemini ſuffragatur, ac cenſetur gratia informis, & imperfecta. 4.° Saltem Privilegium, quod dicitur reſcriptum, aut quod in reſcri-

(*n*) Ex L. *Omnes populi*. ff. de juſt. & jure & ex pleriſque aliis.

(*o*) Conſentiunt vulgo TT. & *Juriſperiti* cum *Suar.* c. 2. n. 2. *Pal.* pu. 5. §. 2. n. 1. *Gibal.* c. 7. q. 7. *Salmant.* cit. c. 1. pu. 5.

(*p*) Adi ſis *Suar.* c. 25. n. 15. & *Pal.* cit. § 2. n. 13.

(*q*) De privil.

(*r*) Diſt. 100.

(*s*) Reg. 25. 50. & 53.

reſcripto habetur, dicit eſſentia ſua ſcripturam; nam reſcriptum idem eſt, ac ſcriptum iterum, iterumque; quin etiam ad reſcriptum non quaevis ſcriptura poſtulatur, ſed authentica originalis (*t*).

264 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: non debet ſcribi Privilegium, ut ſimpliciter valeat, ſed ut valeat in foro judiciali, ſicubi eum modum probationis jus poſitivum poſtulet; ſiquidem ex quo fiat Privilegium verbo tenus, jus impetranti adquiritur, ex Cap. *Si probe*. (*u*), niſi aliud exprimat erogans Privilegium. Ad 2. *N. Con.* quia liberum eſt Pontifici ſuum Privilegium hoc, vel alio modo concedere: ac illa quidem oracula valebant ſimpliciter, tametſi in foro judiciali nequirent per ſcripturam probari.

265 Ad 3. *D. A.* pro foro judiciali, *C.* quia ſic videntur illae regulae ſtatuere: ſimpliciter, & quoad ſuum effectum, *N.* Ad 4. reſcriptum vocatum eſt, quaſi reſponſum ſcriptum, & ita quaſi antonomaſtice adpellata ſunt Imperatorum reſponſa ad dubia juris, quae interrogantibus exponebant, & induebant vim legis (*x*). Inde nomen derivatum eſt Juri canonico, quod duplex diſtinguit Reſcriptum: ſcilicet juſtitiae, quod datur ad jus dicendum, aut explicandum; & gratiae, quo gratia confertur, ut puta beneficium eccleſiaſticum, dignitas &c. itaque ſi privilegium concedatur reſcripto gratiae inſertum, erit ſcriptum ex adcidenti, ſcilicet ratione reſcripti.

266 Obj. *ſecundo* contra 11. Adſ. In privilegiario non requiritur notitia Privilegii, ut hoc ſuum effectum ſortiatur. Nam 1.° voluntas Principis ex ſeſe efficax eſt, ac ſuperior, & independens a voluntate ſubditi ad ſuum effectum: ergo poteſt privilegiatum reddere ſubditum, etiam inſcium, & ſub ignorantiae conditione: ergo. 2.° Libertas teſtamento relicta, adquiritur ignoranti (*y*): pariter ergo Privilegii beneficium. 3.° Ex *Authent.* (*z*) Privilegium aequiparatur legato; hoc autem a morte teſtatoris adquiritur legatario (*a*): ergo pariter. 4.° Privilegium jam conceſſum, etiam inſcio privilegiario, nequit a concedente revocari, praeſertim ſi fuerit remuneratorium, ex Cap. *Si tibi abſenti* (*b*). ergo. 5.° Privilegium non expoſcit notitiam in eis, quibus eſt damno (*c*): ergo nec in eo, cui eſt bono. 6.° non requirit adceptationem in privilegiario: ergo nec notitiam. 7.° Privilegium eximens a lege e. g. matrimonium in tertio gradu, ſuum cito ſortitur effectum in privilegiario, etiam ignaro; adeo ut hic valide contrahat matrimonium, priuſquam noverit, Privilegium fuiſſe conceſſum: ergo.

267 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. Con.* ultimam. Quia nihilominus non cenſetur agere Princeps ex hac plenitudine poteſtatis. Ad 2. *D. A.* adquirit radicaliter, *C.* adaequate, & formaliter, *N. A.* & *Con.* ſub eodem

(*t*) Ex l. 3. cap. de diverſis reſcriptis.
(*u*) De reſcrip. in 6.
(*x*) Ex l. 1. ff. de appellat. & relat.
(*y*) Ex l. *Ejus qui in provincia.* §. ult. ff. *Si petatur*.
(*z*) De nupt. §. *Diſponat.* Collat. 4.
(*a*) L. *Cum pater.* §. *Surdo*. ff. de lege 2.
(*b*) De praeben. in 6.
(*c*) Ex cap. 1. de conceſ. praeben. in 6.

dem ſenſu. Ad 3. *D. Ma.* aequiparatur in eo, quod utrumque ſervandum ſit, *C.* in omnibus, *N.* quia diverſae ſunt utriuſque conditiones. Et *D. Mi.* adquiritur radicaliter, & dependenter a legatarii conſenſu, *C.* formaliter, & independenter, *N. Mi.* & *Con.* ſub hoc ſenſu. Legatum eſt quaedam donatio, ſicut Privilegium. Ad 4. *N. A.* quod nullo textu probatur. Privilegium eſt favor omnino liberalis: adeoque revocabilis. Textus ille loquitur, non de Privilegio proprie dicto, ſed de beneficii eccleſiaſtici collatione, quae quum debeat fieri, ideo eſt irrevocabilis ante diſſenſum beneficiarii.

268 Ad 5. *N. Con.* quia ſolum hujus eſt Privilegium, non autem illorum. Ad 6. *N. A.* Notitia a nobis adſerta non eſt cognitio uteumque Privilegii, ſed prout conjuncta cum conſenſu privilegiarii, in quo ſita eſt adceptatio: haec autem extra prodire debet, ut privilegium ſortiatur effectum, & quidem ex cordata mente Principis beneficium elargientis, ex vulgatiſſima Interpretum expoſitione. Ad 7. *N. A.* quia pro hoc, & pro omni Privilegio tenet ratio adducta pro Adſerto; niſi aliud conſtet de mente concedentis privilegium (*d*).

269 QUAESTIO IV. Num in conceſſione Privilegii cauſſa honeſta requiratur? ADFIRMO de conceſſione licita. Quia ut actus humanus ſit honeſtus, debet fieri ex cauſſa rationabili: alioqui ſiquidem argueretur Princeps de prodigalitate, ac vitio adceptionis perſonarum. NEGO de conceſſione valida. Quia Privilegium ſemper eſt de re, quae a ſola concedentis voluntate pendet; quando ſcilicet voluntarie concedit; nam ſi falſa cauſſa ei proponatur, conceſſio invalida eſt, deceptio enim impedit voluntarium (*e*).

270 QUAESTIO V. Num Privilegio uti tenearis? NEGO (*f*). Nam quod in alicujus favorem factum eſt, non debet in ejus gravamen detorqueri (*g*). Heinc generatim Privilegium non deperditur per non uſum, quantumcumque continuatum, niſi illud cedat in aliorum gravamen; quia tunc gravati adverſus privilegiatum praeſcribere poſſunt (*h*). Et pro hoc tantum eventu intelligendae ſunt leges, ſtatuentes, Privilegia amitti per non uſum, videlilicet vel decennio integro, vel tempore a prudentibus deſignando; cujuſmodi ſunt ex Jure communi *lex* 1. ff. *de nundinis* & ex Jure Hiſpanico *lex* 42. tit. 18. p. 3. & *lex.* 3. tit. 2. p. 5.

271 QUAESTIO VI. Quo tandem pacto Privilegium amittatur? ADSERO. Amittitur 1.° per renuntiationem expreſſam, & validam privilegiati. Et quidem externe manifeſtatam, & aliquo modo a Princi-

(*d*) Recole ſis *Suar.* & *Pal.* proxime citt.

(*e*) Nobiſcum eſt cit. *Suar.* c. 21. n. 2. & 6.

(*f*) Cum vulgari ſententia ex cap. *Si de terra*.

(*g*) Ex Reg. 61. de Reg. jur. in 6.

(*h*) Id quod opportune obſervavit laud. *Suar.* c. 34. n. 16.

pe adceptam. 2.° per abuſum Privilegii (*i*); ubi tamen adceſſerit Judicis ſententia (*k*). 3.° Per uſum contrarium, ſi hic ſit voluntarius, & ſuapte natura repugnans exemtioni conceſſae per privilegium, cum voluntate ſe adſtringendi obligationi, a qua Privilegium eximebat: tunc enim adeſt tacita renuntiatio ſaltem pro eo actu. 4.° per validam revocationem concedentis Privilegium, vel Subceſſoris, ſcilicet quando juſta adeſt cauſſa tum pro privilegiarii non ſubdito, tum pro ſubdito; nimirum ad revocandum Privilegium & mere gratuitum, & remuneratorium, & quodvis aliud oneroſum (*l*).

§. VII.

De lege non ſcripta, ſeu de Conſuetudine.

272 QUAESTIO I. Quid, & quotuplex eſt? ADSERO I. Eſt jus moribus inſtitutum, quod vim legis adſequitur (*m*) II. Quum ſit proprie lex, eaſdem patitur diviſiones, ac lex. Heinc eſt canonica, quae videlicet ex perfrequenti Clericorum uſu eſt introducta, & civilis, quae ex uſu laicorum. Tum communis, quae eſt in tota Eccleſia, vel in Regno aliquo; nationaliis, aut provincialis, quae natione aliqua ſeu provincia; municipalis, quae in una civitate. Sollemnior diviſio amplectitur eam, quae eſt juxta legem, quae praeter legem, & quae contra legem (*n*).

273 QUAESTIO II, Quaenam conditiones requirantur ad conſuetudinem, ut habeat vim legis? ADSERO. Requiritur 1.° quod ſit rationalis, id eſt de re honeſta, & utili Reipub. Quia pro lege ſuſcipitur: ergo eandem habere debet cum lege aequitatem (*o*). 2.° Quod ſit praeſcripta, id eſt continuata per decennium, quod ſufficit etiam in materia canonica, quae eſt praeter jus (*p*). Quia jura ſolum requirunt ad inducendam conſuetudinem longum tempus; at decennium eſt longum tempus, & infra illud non reputatur (*q*).

274 3.° Quod contineat frequentiam actuum, qui publice, ac voluntarie fiant ex intentione introducendi conſuetudinem. Quippe conſuetudo pro lege ſuſcipitur: ergo ſicut ad rationem legis requiritur in legislatore intentio ferendi illam, ita ad conſuetudinem requiritur in iis, qui illam introducere poſſunt (puta major pars communitatis) in-

(*i*) Ex cap. *Ubi.* diſt. 74. cap. *Privilegium.* 11. q. 3. cap. *Ut privilegia.* de privil. &c.

(*k*) Ap. *Arſilek.* heic c. 6.

(*l*) Conſulendi *Suar.* l. 8. a c. 33. *Salmantic.* citt. c. 2. *Azor* cit. c. 23. *Gibalin.* cit. c. 7. q. 10. *Schmier* cit. p. 156. ſqq.

(*m*) Vulgo TT. & Juris utriuſque Interpretes cum cit. *Azorio* l. 5. c. 17. & *Suar.* lib. 7. c. 1. & 2. ex *D. Iſid.*

(*n*) De ſingulis luculenter ex more cit. *Suar.* l. 7. c. 4.

(*o*) Vulgaris haec ſententia eſt ap. *AA.* ap. & cum *Suar.* c. 6. *Pal.* heic d. 3. pu. 2. §. 1. n. 1. *Bec.* heic cap. 8. q. 4. n. 1. ex cap. fin. de *Conſuetud.*

(*p*) Ex *Suar.* cap. 15. n. 2. cum *Covar.* *Navar.* &c.

(*q*) *L.* ult. c. *De praeſcr. long. temp.* §. 1. *Inſtit.* de uſu cap.

intentio eam introducendi (r). Quot vero actuum? Prudentis arbitrio relinquendum est (s). Quia id pendet ab exigentia materiae; potest enim sufficere unicus actus in uno quoque anno, e. g. observatio talis festi, vel jejunii; modo possunt plures requiri, e. c. publica oratio saepius in anno fieri solita &c.

275 4.° Consensus legislatoris, quatenus hic satis exprimitur in c. fin. de *Consuet.* & *L. de quibus.* ff. de legibus, ubi diserte habetur, consuetudinem rationabilem, & praescriptam legitime, posse legi derogare: ergo ex Jure canonico, & civili non requiritur alter Principis consensus (t). Quamdiu vero consuetudo non praevalet adhuc vi praescriptionis, requiritur, & sufficit consensus, quem vocant interpretativum, quatenus eam scit Legislator & tolerat, vel non impedit. Quia consensus iste tacitus aequiparatur expresso.

OBJECTIONES.

276 Obj. *primo* contra 1. Adv. Nec justum justo, nec rationabile rationabili contrarium est; at lex Principis est justa, & rationabilis: ergo talis non est consuetudo legi contraria. *Secundo*. Consuetudo haec semper incipit cum peccato; nequit enim inchoari, nisi per justae legis transgressionem; at praescriptio, quae mala fide incepit, non est valida: ergo neque consuetudo, quae est contra legem.

277 R. Ad *primum*. *D. Mi.* lex Principis, quando viget, *C.* quando non viget ipsa, sed opposita consuetudo, *N.*; haec enim tunc est justa, & rationabilis, quia est rationi consonum, ac Reipub. expediens, ne culpa ultra progrediatur, neve cives ad observantiam rei perquam difficilis, ob inveteratam consuetudinem tanto tempore adstringantur. Ad *secundum N. Con.* Disparitas; quia privatae praescriptionis valor circa rem alienam, pendet simpliciter a bona fide ejus, qui praescribit, ne alioqui furta foveantur: atque adeo sine bona fide nulla est praescriptio: at valor consuetudinis non pendet a fide utentium ea, sed a consensu Principis, qui dum eam tolerat pro bono Reipub., hoc ipso suam legem penitus tollit, ac censetur dare consuetudini praescriptionem, simul cum adsensu communitatis.

278 Obj. *tertio* contra III. Adsert. Nulla communitas supremo legislatori subjecta, potest legem per statutum ferre: ergo nec potest per quamcumque actuum frequentiam inducere consuetudinem legalem, seu habentem vim legis.

279 R. *D. A.* nulla potest proxime illam legem ferre, *C.* quia nulli ad illam ferendam datus est supremi Principis consensus: remote, *N.* quia potest ad illam consensus Principis haberi. Et haec quidem potestas remota sufficit, ut simul cum tacito consensu Principis, actu patiente, & adprobante, possit quaevis perfecta communitas inducere legem non scriptam, seu consuetudinem. Sic enim laici inducunt sua

(r) Conf. *Suar.* c. 10. n. 1. & cap. 14. n. 6. *Pal.* §. 3. *Gibal.* cit. lib. 6. cap. 2. q. 2. *Salmantic.* tr. 11. cap. 6. pun. 3.

(s) Ex *Suar.* c. 10. n. 3. cum *Baldo* &c.

(t) Adcinunt, praeter alios, *Suar.* c. 13. n. 6. & *Pal.* §. 4. n. 3.

consuetudine legem ecclesiasticam, cujusmodi est lex jejunii, & festi observandi; quum solum habeant potentiam remotam ferendi ecclesiasticam legem per statutum. Quod vero latius quandoque extendatur communitatis facultas ad inducendum jus per consuetudinem, a Jure provenit, quod vim illam consuetudinis probat, ac saepe confirmat. Heinc *N. Con.* (*u*).

280 Obj. *quarto* contra IV. Adſ. Ob universalem doctrinam illius praecitati capitis nequit praesumi sufficiens Principis adprobatio in qualibet consuetudine. Nam 1.° non omnis consuetudo adprobatur a Principe, sed multae tantum permittuntur, aliae adprobantur. 2.° specialis consuetudo est lex specialis: ergo specialem legislatoris consensum praerequirit, qui esse nequit absque speciali consuetudinis scientia, & adprobatione.

281 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: textus ille loquitur de consuetudine rationabili, & legitime praescripta, quam Princeps, etiam permittens, adprobat, non de alia. Ad 2. *D. Conſ.* praerequirit specialem consensum, id est proprium, & manifestum, *C.* id est ita singularem, ut unicam consuetudinem comprehendat, *N.* quia unus, & specialis consensus potest pluribus consuetudinibus deservire, quum sub ratione universali particularia quaeque specifica, & individua continentur (*x*).

282 QUAESTIO III. Quas leges possit consuetudo abrogare? ADSERO I. Nequit abrogare legem divinam positivam, aut naturalem; etsi possit eam interpretari, idest indicando, & exponendo divini Legislatoris mentem (*y*). Quia nulla est potestas humana contra ipsam. II. Potest abrogare jus gentium. Quia quod tantum est contra jus gentium non est intrinsece malum, quum oppositum non sit de intrinseca obligatione naturalis legis, e. c. quod servitus amittatur, & pleraque id genus alia (*z*). III. Potest abrogare legem humanam, cum canonicam etiam quoad Sacramentalia, tum civilem (*a*); & quidem tametsi lex humana sit irritans, aut prohibens consuetudinem ipsi contrariam: quandoquidem legitima consuetudo vim legis habet. Adde consuetudinem, subsequuta adversa consuetudine posse abrogari, ob eandem rationem (*b*).

OBJECTIONES.

283 Obj. *primo* contra III. Adſ. Ex *L.* 2. cap. *Quae sit longa consuetudo*, & ex cap. *Consuetudinis*. dist. 11. non usque adeo valet consuetudo, ut aut rationem, aut legem vincat. *Secundo*. Nequit ipsa introduci sine Principis consensione; at nequit Princeps juste consentire in transgressionem suae legis, quae justa est: ergo. *Tertio*. Ex *L.* 3. §. *Divus*. ff. de

(*u*) Conf. *Suar.* c. 9. a n. 7. *Salman.* citt. pu. 3. § 2. *Gibal.* proxime adlegatus q. 2. num. 4.

(*x*) Consulendus cit. *Suar.* cap. 13. a num. 8.

(*y*) *Suar.* c. 17. n. 6.

(*z*) Nobiscum sentiunt *Suar.* c. 4. n. 6. *Pal.* §. 2. n. 13. contra plurimos secus opinantes.

(*a*) *Suar.* cap. 18. n. 2. & alii frequentissime.

(*b*) Lege sis *Suar.* c. 18 & 20. *Pal.* cit. pu. 5. §. 2. *Becan.* cit. c. 8. *Gibal.* cit. cap. 4. per tot. *Salmant.* citt. c. 6. pun. 4. §. 2.

de *ſepult. viol.* ſtatutum municipale factum poſt legem civilem, eique contrarium, ei non derogat : ergo idem dicendum de conſuetudine, quoniam ad paria judicantur.

284 R. Ad *primum*. Textus loquitur de conſuetudine debitis conditionibus non inſtructa, ſeu cui ſupervenit lex contraria, ipſam revocans. Aut intendit, quod ſua vi nequeat contra voluntatem Principis obtinere; cum quo tamen ſtat optime, ut talis eſſe poſſit, quae offendat, virtute alicujus legis aut voluntatem Principis, aut rationem eſſe mutatam. Ad *ſecundum*. Princeps adſenſu ſuo adprobat abrogationem ſuae legis, quae proinde ex tunc non ultra ligat, adeoque nec patet tranſgreſſioni, cui ipſe conſentiat. Ad *tertium N. Con.* & paritatem; quia aliud diſponit Jus ſuper conſuetudine: & merito; lex enim adcommodanda eſt moribus eorum, pro quibus fertur, quorum propterea rationabili conſuetudini deferre debent legislatores; quae tamen ratio non militat in ſtatutis municipalibus, quae fiunt per poteſtates inferiores, quae non niſi ex ſpeciali conceſſione valent quidquam ſtatuere contra leges (*c*).

285 QUAESTIO IV. Quo tandem pacto conſuetudo revocetur? ADSERO. Per poſteriorem legem contrariam, ſi addatur clauſula, *non obſtante conſuetudine*. Quod ſi haec non addatur, talis debet eſſe repugnantia inter legem, & conſuetudinem, ut non poſſit utraque obſervari. Ac inſuper requiritur voluntas, adeoque ſcientia conſuetudinis in Principe, per quem fit revocatio, de qua voluntate, ac ſcientia conſtet. Ut vero conſuetudo immemorialis, ut ajunt, cenſeatur revocata, non ſufficit, quod in lege adponatur particula diſtributiva, *non obſtante quacumque conſuetudine in contrarium*; ſed addendum eſt, *etiam immemoriali*, vel quid aequivalens. Quia talis conſuetudo valde ſpecialis in Jure reputatur, multaque ſpecialia importat privilegia quo circa ſub generali regula non comprehenditur (*d*).

OBJECTIO.

286 Obj. Ex *L.* unic. de feudi cognit. *legum Romanarum non eſt vilis authoritas, ſed non adeo vim ſuam extendunt, ut uſum vincant, aut mores* : ergo nequit lex poſterior conſuetudinem anteriorem abrogare. R. *N. Con.* univerſim adceptam. Nam textus loquitur de conſuetudine praeſcriptionis, in qua maxime ſolent feuda fundari; huic quippe non praejudicant romanae leges, non enim tollunt jura, & dominia per conſuetudinem praeſcriptam comparata (*e*).

Cetera de conſuetudine, immo de reliquis legum materiem ſpectantibus cumulatiſſime *Authores*, quos hoc libro adlegavimus, & tanquam duces ſequuti ſumus. Ac prae ceteris Eximius noſter *Suarezius*.

L I-

(*c*) Recole *Suar.* c. 18. a n. 21.

(*d*) Adcinit laud. *Suar.* c. 20. num. 18. cum *Covar. Tiraq.* aliiſque Juris peritis.

(*e*) Conferuntor *Suar.* c. 20. num. 4. *Azor* heic l. 5. cap. 18. q. 4. *Sot.* heic lib. 1. q. 7. a. 2. *Pal.* cit. pu. 5. §. 1. n. 5. *Vazq.* heic d. 177. c. 7. a n. 63.

LIBER TERTIUS

De primario Hominis Lapſu.

587 COmplectimur ſub titulo ſtatum naturae lapſae in bina capita diſtinctum; videlicet Peccatum, quod fuit perſonale, & primum in Adamo, originale vero in ſuis poſteris, quatenus ab Adamo, tanquam ab origine, vel prima cauſſa derivatum eſt: quare de ipſo agimus, tum qua Adamum, tum qua poſteros concernit; praemiſſo tamen, de more, prooemii loco, plurium de hoc argumento Erronum cenſu. Sit igitur

PROLUSIO POLEMICA
HISTORICO-CRITICA

De Erronibus erga peccatum Originis.

HISTORIA POLEMICA.

588 MUltifarie in ejuſmodi peccati originis, maxime quidem arcani prout ad omnes homines Adami poſteros penetravit, exſiſtentiam, indolem, conditiones, effecta jam a primaevis uſque chriſtianae Eccleſiae Seculis erratum eſt; cum Heterodoxis hominibus, tum catholicis Doctoribus. Anne itidem ſapientibus Ethnicis? Quum ii penitus eam noxam neſcierint, ipſam ſubinde penitus praeteriiſſe deprehendantur, oportet.

Porro ipſis ſummae erant admirationi effecta labis originalis; nimirum tot hominis, alias divina quadam mente praediti, paſſiones, rebelliones, aerumnae; quaſi hominem, non mater, ſed noverca natura procreaſſet, uti amare conqueritur *Tullius*, inſtar plurium audiendus, in haec verba: (*f*) *dixerim, non a matre ſed a noverca natura editum eſſe hominem in vitam, corpore nudo, fragili & infirmo; animo anxio ad moleſtias, humili ad terrores, molli ad labores, prono ad libidines, in quo tamen velut obrutus ineſſet ignis quidam divinus mentis.* Haec ille, iiſque ſimilia e Scholis Paganorum plurimi. Et vero quum illorum cauſſam, divina tantum revelatione cognitam, ii omnes neſcierint, & noxae originalis notionem, indolemque ignoraſſe quis dubitet? Itaque

Ex Hebraeis

I. *Rabbini* agnoſcunt quidem quod materiale culpae originalis dicunt, dum concupiſcentiam, fomitem, pravoſque adfectus fatentur; radicem vero, privationem ſcilicet originalis juſtitiae, non agnoſcunt. Pravos autem adfectus, qui ab labe originis procedunt, oriri putant a fomite malo, quem *Jétzer haraa*, latine *figmentum malum* nuncupant, atque implantatum a Deo credunt in corde hominis in ipſo nativitatis momento.

Iis autem Rabbinis, ſancti dogmatis ignaris, ſingillatim adcenſe-

tur

(*f*) De repub. l. 3.

tur *Rabbenu Hakadosc*, qui quum primum noviſſet, animam antequam in lucem prodeat, in materno utero inquinari peccato, vano motus argumento, ſibi ab Antonino Imperatore, quem Philoſophum dixerunt, objecto, quod nempe viſcera materna dilaceraret peccatum, ſi hoc animae implantatum ſit in ipſo utero, falſam Antonini ſententiam amplexus eſt, quodvis animae denegans peccatum in materno utero conſtitutae: quod & idem illico confirmavit ex verbis illis Geneſeos 8. 21. quae ſic legebat, *quoniam figmentum cordis hominis malum a pueritia ſua*, videlicet (*R. Jodan* interprete) *ab ea hora, qua ipſe excutitur a viſceribus matris* (*).

Ex

ADNOTATIO.

(*) HAec totidem fere verbis ſaepe nobis laud. *Bartolocc.* in bibl. magn. rabbin. tom. 2. in diſſ. de pecc. origin. p. 44. . Ergo ne ignoratio haec, vel error in peccatum originis toti univerſim Judaicae Synagogae adſcribendus?

Profecto idem *Bartolocc.* propendere videtur, adſeritque ſimpliciter *Serryus* in praelectionibus tom 1. diſp. 3. praelect. 1. p. m. 298. ubi ait ſeſe bellum indicere pro ſancto dogmate Hebraeis, quippe *qui nihil pro eo ex antiquo Foedere, cujus unius ſuffragio niſuntur, extundi poſſe ſibi putant.*

Et vero rem aliter ſe habere, haud ineſficaciter cuiquam probari videatur. Primum enim Authores aliqui anti-judaici, qui hujuſce gentis anti-dogmata e documentis ejuſdem excerpta literis commendarunt, confutaruntque, ubi de ſancto dogmate differunt, praetenſum errorem Judaicum omnino reticent. e. c. celebratiſſimus ille Catalanus *Raymundus Martinius* in pugione fidei par. 3. diſt. 2. c. 6. & 7. ibique ejus illuſtrator *Joſ. de Voiſin* in obſervationibus, quae capita illa excipiunt; tum *Galatin.* de Arcan. l. 6. c. 5. & 6., quae, ut plura alia, ex laudatis Martinii capitibus mutuatus eſt; *Paull.* denique *Bergerus* in Cabbaliſmo judaico-chriſtiano detecto c. 3. §. 13. 14.

Feruntur itidem ex Hebraeis Interpretibus, qui textus aliquos Sacri Codicis exponunt de peccato originis, e. c. Author libri *Neve Scialom*, *David Kimchius*, doctores alii *Rabbini* ap. cit. Bartolocc. pag. 52. ſqq. tum *R. Moſeh haddarſchan*, *R. Salomoh*, *R. Samuel*, cum pleriſque aliis ap. citt. Martin. Galatin. Voiſinium: quin immo iidem ipſi laudatos Hebraeos, alioſque propemodum innumeros in ſcenam producunt, ceu aperte interpretantes gravitatem, gravitatemque peccati originis ſub varia nominum intelligentia; quod videlicet adpellitant figmentum malum, concupiſcentiam, plaſma, fermentum, fomitem pravum, malum quoslibet etiam ſanctiſſimos pervadens; quibus tamen, me judice, potius effecta peccati originis exponere forſan intenderunt Judaei, quam idem peccatum ab Adamo propagatum. Confer in hanc rem Hebraeorum effata ap. laudatos *Scriptores*.

Inſuper in *Talmude* ſaepe adſeritur diſertis verbis peccatum originis; ſic enim e. c. in tract. *Sanhedrin*, cap. 11. haec habentur „ quum peccatum ſit privatio gratiae, poſteri Adami naſcentes privati gratia, peccatores etiam naſcuntur „ quibus adcinit *R. Menachem Rakanatenſis*, ſect. *Bereſchit* ex Midraſch Tehilim, inquiens „ quo die creatus „ eſt Adam .... quando ille peccavit, totus mundus peccavit, cujus peccatum nos „ portamus & patimur.

Tum in eodem *Talmude* tract. *Beracot*, hoc eſt de benedictionibus, cap. 1. ſic ſcribitur „ finis hominis eſt ad mortem: cauſſa „ quoque eſt, quia peccavit ſpecies humana, id eſt natura ex qua quiſque conſtat, „ ſive peccatum Adami & Evae „ Hinc ad *Geneſ.* 3. 20. ubi dicitur Adamus ſtatim poſt peccatum uxorem nuncupaſſe Evam, quia ipſa fuit mater omnis viventis, hoc nomen, ipſamque nominis rationem ita exponunt *Interpretes Hebraei* in lib. *Tzeror hammor*, ſect. *Bereſchit* „ quia ipſa fuit cauſſa, cur poſteri „ cum peccato conciperentur „ Lege cit. *Voiſinium* in obſervat. ad laud. cap. 6. Martinii, p. m. 471.

Jam vero quis cordatiſſime non colligat, ſaltem Talmudiſtas Hebraeos, ſuo Talmudi religioſiſſime juxta ac tenaciſſime addictos, in eandem iviſſe ſententiam?

Ad

Ex Heterodoxis

I. *Everſores* generatim peccati originis notandi veniunt qui cum *Car-*

Ad extremum Hebraei *Cabbaliſtae*, quantumvis multa fabulentur in modum, quo peccatum ad poſteros propagatum eſt ab Adamo, at iſtam tamen propagationem uti certam acerrime tenuerunt. Conſtat ex *R. Loria* in tract. de revolut. animar. cap. 15. §. 7. ap. *Berger.* proxime cit. pag. m. 104. Laudatum Loriae tractatum habes ap. *Morum* in cabbala denudata. par. 3. tr. 2. a p. 244.

Neque vero ad vulgare illud recurrimus argumentum, quod huc quiſpiam fortaſſe repeteret ab judaica Circumciſione, qua nempe populus Hebraeus a macula originali mundabatur, ad ſenſum Scholaſticorum ferme omnium, poſt *Auguſtin.* l. 3. cont. Julian. cap. 18. & alias ſaepe numero, quem e latinis Patribus plurimi ſequuti ſunt: quidni ergo hunc articulum iidem Hebraei ſine dubio noverint, ac tenuerint? Mihi tamen haec opinio, ex quo primus ejus author aſſeri poteſt Auguſtinus, abſque ullo antiquiorum Rabbinorum ſuffragio, vel certe falſa, vel nimium ſuſpecta eſt.

Antiquiores ſiquidem Patres in circumciſione deſignationem ſacram peculiarem, qua Dei populus ab aliis ſecerneretur, ac typum chriſtiani baptiſmi uno adſenſu noverunt; minime vero labis originalis remedium.

Sic enim *Juſtin.* in dial. cum Tryph. aliquantulum a principio, *Iren.* l. 4. c. 30. *Cypr.* epiſt. 59. ad Fidum, *Tertull.* l. cont. Judae. c. 2. 3. & alias, *Athan.* orat. in illud *omnia mihi tradita ſunt a Patre meo*, tum *Euſeb.* de praep. evang. l. 1. c. 10. & hiſt. l. 1. c. 1. *Cyril.* l. 1. in Joan. c. 21. & cont. Julian. lib. 2. ſub fin. *Chryſoſt.* hom. 27. in Geneſ. *Epiphan.* haer. 8. & 30. *Hieron.* l. 1. in epiſt. ad Galat. c. 3. & alias, *Ambroſ.* l. 1. de Abraham c. 4. ac ſaepeſaepius. Non itaque ex traditione Patrum ſuam hauſit ſententiam Auguſtinus, quum illi ubique oppoſitam explicarint, aut ſaltem auguſtinianam vel ne quidem innuerint uſpiam.

Quod deinde ad Hebraeos Doctores attinet, diſertiſſimus *Philo* in l. de circumcis. p. m. 810. ſq. edit. Francofurt. 1691. quatuor expoſitis de inſtitutione circumciſionis cauſſis, quas, ait, eſſe *traditas per manus a divinis viris noſtris majoribus, qui Moſis placita diligenter explicarunt ſuis interpretationibus*, binas quidem ſubjicit, nuſquam vero praetenſae purgationis ab culpa originis meminit: eamque reticet *Joſephus* l. 1. antiquit. c. olim 18. & 20. ſub fin. modo c. 12. n. 2. ex poſtrema editione Sigeberti Havercampi, ubi de inſtitutione & praxi circumciſionis diſſerit.

Idem porro obſervaveris ſilentium de abolitione peccati originis per circumciſionem apud pleroſque ex iis Authoribus, qui de rebus, ritibuſque judaicis pertractarunt; cujuſmodi ſunt e. c. *Bartolocc.* in bibl. rabbin. *Spencer.* de legib. Hebraeor. *Vitringa* in obſervat. ſacris. *Morus* in cabbala denudata.

Nec Rabbini praeterea poſteriores quam Philo & Joſephus tacuerant, poſſunt traditione Majorum confirmare ſententiam: immo nec iſtam eorum ullus, mea opinione, diſerte literis conſignavit, exemplo *Majemonidis*, eorum omnium doctiſſimi, qui illam omnino praeteriit ubi praecipuum de circumciſione ſermonem inſtituit in libris de legibus miſchnicis Hebraeorum, ex editione *Suremiſii*, e. g. tom. 3. de votis pag. 115. & tom. 5. de aeſtimationibus rerum votarum p. 195. Et quidem, ſi mea non fallat memoria, nullum pro ea opinione protulit in ampliſſima bibliotheca *Bartoloccius*.

Porro Hebraei Theologi recentiores circumciſionis virtuti plurimum deferunt cum *Majo* ſin. Theol. Jud. l. 16. & *Lent* de mod. Theol. Jud. cap. 16., qua nempe cenſent, circumciſum quolibet purgari crimine, Deo gratum effici, coeloque dignum: (Lege *Baſnag.* in hiſt. Judeor. t. 3. l. 5. c. 8. num. 58. p. m. 614. ſq.) edocti fortaſſe a perantiquo *R. Nachman*, de quo haec in *Talmude* tr. *Sanhedrin* cap. 11.

„ Quaeritur quando infans prrticeps eſſe „ poſſit futuri ſeculi &c. R. Nachman fi„ lius Iſaaci reſpondet, ſtatim atque cir„ cumciſus eſt, juxta illud Pſal. 88. adfli„ ctus ego ſum & moribundus ab adole„ ſcentia mea, portavi terrores tuos, time„ bo„ Ceterum de iis ita diſſerentibus idem omnino putandum, quod nuper de Auguſtino ſuiſque adſcelis dictum eſt; videlicet novam procudiſſe opinionem, antiquioris Synagogae (cui potiſſimum, aut unice deferendum eſt) traditioni minime conſentaneam, atque adeo falſitatis magnopere ſuſpectam. (Hanc quaeſtionem percrudite diſputat *Suarezius* in 3. p. tom. 3. diſp. 5. ſect. 1.)

Habe-

Carpocratianis (*g*) ajebant, nihil natura malum esse, atque adeo nec peccatum, hoc enim ab hominibus duntaxat pravum censeri. Qui deinde contra cum priscis illis profanisque *Philosophis* confinxerunt, voluntates omnes, quae male agunt, suapte natura malas esse, & ad malum determinatas. Tum qui cum *Stoicis* fatali duntaxat necessitati mala, seu peccata quaeque adtribuebant. Insuper qui cum *Gnosticis* mali, vel peccati cujuslibet originem in malum Deum aut principium retulerunt. Qui demum cum *Basilide* (*h*) & *Origene* (*i*) tenuerunt praeexsistentiam animarum, earumque insimul peccatorum, quin iis aliud in mundo enatum principium adscripserint.

Ii quippe ad unum omnes, uti enucleate rem expendenti notum est, indirecta saltem acie, peccatum originis ab Adamo profectum e medio sustulerunt, satis aperte indicantes, ob praevaricationem Adae peccato infectum & obnoxium damnationi nasci neminem (*).

Habemus itaque, (praetermisso etiam eo argumento tanquam infirmo) & Talmudicos, & Cabbalistas saltem veteres, & numerosam celebriorum apud gentem suam Rabbinorum catervam, perspectam habuisse peccati originis notionem; haustamque ex antiquo Foedere disertissime confirmasse. Quo profecto corruit penitus, & *Bartoloccii* suspicio ceu nimium tenuis, & adsertio *Serryana* ceu apertissime falsa. Nequit ergo Judaicae genti saltem veteri jure praefatus error aut crassa ignorantio adjudicari.

(*g*) Ap. *Clem. Alex.* strom. l. 3. & *Epiph.* haer. 27.

(*h*) Ap. *Clem. Al.* strom. 4. p. m. 506. sq.

(*i*) Lib. 1. de princip. c. 7. n. 4. & alias.

ADNOTATIO.

(*) ANne vero Adamantius ipse Origenes reapse ac directa fronte peccati traducem impetiverit, haud leviore quidem marte controverti posset; sunt enim qui ejusmodi erroris eum graviter incusare videntur cum *Jansenio Iprensi* lib. 6. de haeresi pelagiana cap. 17. & Cardin. *Norisio* de haer. pelag. l. 1. c. 1., & qui deinceps solerter vindicant cum *Huetio* in Origenian. l. 2. cap. 2. quaest. 7. §. 24. & *De Rubeis* in tr. de pecc. orig. c. 23. § 1. sqq.

Quod si illos audieris, prima origo Pelagianismi Origenes exstitit, is quippe totum errorem Pelagianum praeformavit, & omnibus sacri codicis corruptelis ac depravationibus, quibus Pelagiani caliginem offudere sacri dogmatis veritati, latissimam primus portam aperuit: quocirca jure dicitur *Hieronymus* l. 3. dialog. contra Pelagian. eum adpellasse Pelagianorum *Amassum*, & in lib. 2. dial. ἀρχεῖον, id est libror. περὶ ἀρχῶν authorem eorum *Magistrum*; atque *Orosius* in apologet. de libert. arbitrii sub init. adposite enuntiare, Origenem apud se mortuum in Pelagianis vivere.

Et quidem sese reum videtur Adamantius prodere in commentariis in cap. 5. epistolae ad Roman. cujus plane capitis doctrinam, quae ex sensu Tridentinae Synodi sess. 5. can. 4. peccatum originis disertissime declarat, totam ipse ad peccatum actuale, & ad imitationem, non vero ad propagationem peccati detorquet; adeo ut in paginis illis origenianis ipsissima Pelagianorum commenta ad vivum expressa nemo non viderit. Eos omnes erroneos articulos collegit cit. Jansenius, exscripsitque de Rubeis.

Quibus itidem plures haud longe dissimiles congerere liceret, quos disperse Adamantius effutiit in tribus libris de principiis, ubi prae ceteris illud de praeexsistentia animarum, earumque criminum dogma stultissime constituit, quo posito, etsi millies in Baptismo tolli peccata, parvulosque nasci infectos & sordidos statuisset, haud inde, eo authore, peccatum originis habueris.

Qui

II. *Manichaei*, quos Auguſtinus inſectabatur, fabulati ſunt, Adami lapſum ſitum eſſe in uſu praepropero matrimonii, ſeu concubitu cum

Qui demum lib. 2. de princip. cap. 9. & l. 3. ſub init. ad propugnandas hujus vitae miſerias citra reprehenſionem divinae juſtitiae, ad peccata in vita ſuperiore admiſſa, quorum improbi in hocce adſpectabili mundo poenas darent, recurrit, minime cum orthodoxa Eccleſia ad demeritum noxae originalis; hanc porro noxam aut non noſſe, aut ſimpliciter rejicere jure optimo coarguitur.

Adde, Rufinum, qui commentarios, doctrinamque Adamantii prae cereris adprime calluit, tenuitque, peccatum originis e medio ſuſtuliſſe: liceat itaque abſque temeritate ſubinferre, ab eodem authore immanem errorem in ſuis operibus vel apertum, vel involutum didiciſſe.

Haec tamen omnia pluribus revincere ſtudent vindices. Et primo omnium loco nonnulla proferunt ex ſcriptis ejus, quae peccatum originis adhrmare contendunt. Siquidem in lib. 4. cont. Celſ. n. 4. ex editione Cl. V. *De Larue* habetur omnes in Adam mortuos fuiſſe & condemnatos, ac maledictionem ipſi inflictam, omnium eſſe communem: in l. 3. in cantic. cantic. quod ſerpens qui ſeduxit Evam, omnem poſteritatis ſobolem contagio praevaricationis infecit: in homil. 8. in Levit. n. 3. quod quaecumque anima in carne naſcitur, iniquitatis & peccati ſorde polluitur: ac eodem recidunt quae legimus in hom. 12. in Levit. n. 4. & hom. 14. in Luc. fere ſub fin. & tom. 15. in Matth. n. 23.

Nec praetercunda quidem quae ſcripſit in fragmento homiliae de libro ſancti Job ap. eundem *De Larue* in edit. Oper. orig. t. 2. p. 500. ſub init. videlicet „ tanta enim & „ tam admirabilis in nos miſericordiae Dei „ bonitas eſt, ut per quem in Adae offen„ ſa generoſitatem primae & beatae illius „ creationis amiſimus, per eum rurſum id „ quod amiſimus, obtinere mereamur. Tunc „ enim diabolus invidens nocuit, nunc au„ tem quum nocere nititur, vincitur.

In iis autem locis dogmatice atque adſerens loquutus eſt Author, qui tamen in aliis nuper objectis ab adverſariis hypothetice duntaxat & adlegorice diſſeruit. Et hos quidem hypotheticos & adlegoricos ſenſus, praetermiſſis dogmaticis atque ſimplicioribus, ſuos iniquo facinore Pelagiani fecerunt.

Quod deinde ſpectat abſurdos in epiſt. ad Romanos commentarios, horum abſurdi canones non tam Origeni, quam Pelagianorum duci Rufino adſcribendi ſunt, a quo nempe illi, uti probe norunt Eruditi, non tam interpretati ſunt, quam recuſi & interpolati.

Nemo inſuper neſcit, in libris de principiis pleraſque Authorem inſeruiſſe poſitiones problematicas, videlicet tanquam ſibi dubius, & inquiſitionis gratia, non autem ut certa dogmata & ex animo definita. Nec deſunt qui iis adnumerent commentum de praexiſtentia ejuſque conſectanea, tametſi ſecus ſentire videantur vulgatus *Pamphil.* in apol. pro Origene, *Halloixius* in Origene defenſo l. 4. q. 4. a p. m. 281. alii.

Hoc praeterea commentum cum conſectaneis ab Adamantio explicatis non pugnat ſimpliciter cum peccato originis; atque adeo potuit abſque inconſequentia illud Author ſibi confingere ac opinari, qui in iſtud diſerte negaret, ſed iis in locis duntaxat omitteret.

Multi denique diſcipuli magiſtrum & ignorantia & pravitate ſaepe numero ſuperant. Sic autem Rufinus ſupra Origenem fuit. Quod vero ab iſto ſunm errorem ebiberit, nuda ſuſpicio eſt, nec certo documento ſubnixa.

Ergo audita jam utraque litigantium parte, ſic ego cauſſam Origenianam definiendam duxero. Nimirum Adamantius expreſſe, aut directa fronte nec inficiatus eſt, nec adſeruit peccati traducem; atque adeo nec ejus certus ac indubius inficiator habendus eſt, nec adſertor.

Sicut enim teſtimonia, quae tulerunt adverſarii, Adamantium indubium inficiatorem non evincunt apud *Huetium*, qui ea emollit & in ſenſum ſaniorem flectere aditur; ita nec adſertorem quae vindices repoſuerunt; haec quippe, me judice, ea interpretatione donari poſſunt, qua oſtendantur perſpicuam peccati originis notionem non praeferre; immo etiam ibi, non dogmatice diſſeruiſſe Authorem, ſed hypothetice ac adlegorice, more ſuo: ne videlicet alioqui jure arguantur ſibi non conſtare ac pugnantia loqui & Adamantius & Rufinus, qui non minus commentarios ab vindicibus repoſitos, quam objectos ab adverſariis interpretatus eſt: quid vero hic alios dediſſet Ada-

man-

cum Eva, ad quem nempe quum ſancte viveret, nequiter declinavit, motione illectus (*k*). Addebant inſuper, carnalem concupiſcentiam, qua caro adverſus ſpititum concupiſcit, non ex vitiata in primo homine natura nobis ineſſe infirmitatem; immo potius ſubſtantiam eſſe contrariam, ſic nobis adhaerentem, ut quum liberamur atque purgamur, ſeparetur a nobis, & in ſua natura etiam ipſa immortaliter vivat (*l*). Ipſi tandem, ut innuere videtur *Auguſt.* (*m*) originalis noxae propagationem ſimpliciter repudiarunt (*).

III. *Protoparentes Pelagianiſmi*, quod culpam originis ſpectat, recenſentur *Theodorus* patria Antiochenus, & dignitate Mopſueſtenus Epi-

mantii nomine inſignitos dogmate, alios vero pelagiano anti-dogmate derurpatos?

Ad extremum, quod Origenes in ſanctum dogma diſertis verbis non deliquerit, invicto mihi argumento eſt altum ejus hoſtium ſilentium. Porro viris eruditis probe perſpectum eſt, quot ille, quantorumque errorum criminationibus, ab ſcriptis ejuſdem petitis, qua ſuperſtes, qua vita functus impetitus ſit a Theophilo Alexandrino, Epiphanio, Hieronymo, Cyrillo Alexandrino, Juſtiniano Imperatore; ut fileam binas Synodos Alexandrinas in Aegypto, Conſtantienſem in Cypro, Conſtantinopolitanam in Thracia, quae illum de multis incuſatum judicarunt, procripſeruntque.

Errores quidem numero plures, varios, immaneſque Patres illi Origeni adſcripſerunt, ipſorumque errorum integri ſyllabi proſtant apud pleroſque adcuratos Hiſtoriographos ac Haereſeologos, ipſiuſque vindices.

Ceterum (niſi egregie fallor) nec in ſcriptis, quae exſtant, adlegatorum Patrum adverſus Origenis doctrinam, nec apud recentiores indicatos ſyllabos reperire eſt Origenem diſerte peccatum originis abnegaſſe. Ergo ne graviſſimus hic error praeterierit tot, tamque oculatos rigidoſque origenianorum dogmatum cenſores? Maneat itaque, minime Origenem in ſcriptis ſuis directa fronte in traducem peccati egiſſe.

(*k*) Ex *Auguſt.* de morib. Manichaeor. cap. 19.

(*l*) Haec ipſi ſecundum fabuloſum ſuum ſyſtema, eodem referente *Auguſt.* de haereſ. cap. 46.

(*m*) De dono perſeverant. c. 11. n. 26.

ADNOTATIO.

(*) PLacitum illud Manichaicum, quod primo loco poſuimus, aperte pugnat cum adſenſu communi Eccleſiae, ipſiuſque Patrum, qui omnes lapſum Adami unice ſiſtunt in tranſgreſſione praecepti, quod ei Deus injunxit ex *Gen.* 2. 17. in ea verba, *de ligno autem ſcientiae boni & mali ne comedas; in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris.*

Nihilo tamen ſecius illis proluſit *Clemens Alex.* poſtmodum, quum erit locus, recitandus; tum inſuper in eadem fuit ſententia *Rabb. Zehira*, laudatus ab *Eliezer* ap. *Beauſobr.* in hiſt. Manich. tom. 2. l. 7. c. 3. n. 13. p. m. 461. ſq. ille quippe Zehira ſub adductis Geneſeos verbis, ſua opinione adlegorice poſitis, interpretatur injunctum Adae mandatum, ne tangeret Evam, ſeu cum illa coiret; & conſequenter in tranſgreſſione hujuſmodi mandati Adami lapſum conſtituit. Conf. cit. *Beauſobr.* a n. 11.

Neque vero, mea quidem opinione, nimium ab eadem ſententia abhorrerent alii priſcorum temporum haeretici, qui conjugium quodlibet tanquam quid prorſus illicitum atque nefandum repudiarunt: e. c. *Tatianus*, cui nuptiae merum adulterium erant & corruptela, ap. *Epiph.* haer. 46. nu. 2. & fortaſſe propterea, quod Adam primus omnium uſus fuerit matrimonio, eum ſalutis ſtatum in patria obtinuiſſe negavit; tum ejuſdem furculi *Encratitae*, quibus nuptiarum author diabolus exſtitit ap. ipſum *Epiph.* haer. 47. n. 1. eo forſan quod coitum Adae ſuaſerit; alii demum inſani eiuſdem furfuris homines: quippe omnes eo Adami exemplo ſub falſa opinione propoſito egregium ſuo confirmando errori teſtimonium obtinerent.

ſcopus (& hic quidem omnium primus, videlicet Paulli Samoſateni diſcipulus, & ſubſequentium magiſter) tum *Ruſinus*, vel ille Syrus fuerit, ut vehementer ſuſpicatur *Garnerius* (*n*) vel Aquilejenſis ille Presbyter, famoſus Hieronymi antagoniſta, ut vulgo cenſent Eruditi (*o*); *Pelagius* inſuper, Britannus monachus, alias adpellatus; *Caeleſtius* demum, vel ex Scotia, vel ex provincia Latini nominis oriundus (*p*) Pelagii diſcipulus. Hi ergo primores architecti Haereſeos, quae *Pelagiana* audiit, deducto nomine a Pelagio, qui primus eam palam adſeruit; itemque *Caeleſtiana* ob Caeleſtium, qui eam diutiſſime per fas nefaſque ardenti animo propugnavit. Neque vero ii omnes, qui haereſim aliquam ſuo donant nomine, ipſamque ſollemnius adſerunt, proteguntque, primi ejuſdem Authores ac Inventores jure dicendi (*q*).

Adductis itaque nefandae haereſeos primipilis capitale dogma, & veluti ceterorum omnium, quae Pelagiana factio ſubinde profeſſa eſt, radix iſtud erat: *humani generis progenitor Adam haud quemquam poſterorum ſua divini mandati tranſgreſſione laeſit; ſed ſibi tantum nocuit, ſeque praecepti reum apud Deum conſtituit, alterum penitus nullum* (*).

IV. *Pela-*

(*n*) In *Mar. Mercator.* diſ. 1. cap. 2. p. 130. ex eodem Mercatore, qui Ruſinum ipſum adpellavit *Syrum*.

(*o*) At in hanc rem conſulendus *Bernard. de Rubeis* in tr. de pecc. orig. cap. 5.

(*p*) De quo argumento legendus ibidem *Garner.* cap. 5.

(*q*) Adcuratam horum haereſeos principum, immo totius Pelagianiſmi Hiſtoriam tradiderunt plurimi e recentioribus criticis, quos conſulere liceat: e. c. *Janſenius Iprenſis*, *Dion. Petavius*, *Jacob. Uſſerius*, laud. *Jo. Garnerius*, *Joan. Gerard. Voſſius*, Cardin. *Noriſius*, *Nat. Alexander*, *Laurent. Berti*, *Bern. de Rubeis Laurent. Alticotius*.

ADNOTATIO.

(*) PRofecto id eos ſingulos quoſque decretum impium ſtatuiſſe, documenta ſatis explorata comprobant. Videlicet 1.° *Theodorus* in lib. 4. adverſus S. Auguſtin. ap. *M. Mercatorem* in excerptis ex libris Theodori, & ex eodem Mario, in praefat. ſubnotationum ſub init. (Habes opera, quae exſtant, Marii ap. cit. *Garner.* cum ejuſdem notis ac diſſert. & ap. *Bibl. PP.* Lugd. tom. 27. p. 129. ſqq. cum notis Rigberii.)

Ubi animadvertas, velim, eoſdem quinque libros & contra S. Auguſtinum, propugnantem peccatum originis, exaraſſe Theodorum, & inſimul contra dialogos, conſcriptos a S. Hieronymo adverſus illud ac cetera Pelagianorum dogmata, uti diſcimus ex *Photio* cod. 177. p. m. 395. qui tamen Photius ibi turpiter ignorare aut diſſimulare mihi videtur, Sectam illam Occidentalium a Theodoro, prout refert, impugnatam haud eſſe aliquam haereticorum factionem, ſed catholicam ipſam Eccleſiam, quae contra Theodori ſenſum peccati originis propagationem in univerſos Adae poſteros ſemper agnovit. Conſule ſis in hanc rem *Noriſ.* hiſt. pelag. l. 1. c. 9. *Pag.* in crit. Baron. ad an. 423. n. 19. *Beauſobr.* hiſt. Manichaeor. t. 2. l. 7. c. 3. n. 18. ſqq. *Aſſeman.* bibl. orient. t. 1. p. 402. ſq.

2.° *Ruſinus* ex geſtis eccleſ. Carthaginenſ. ap. Auguſt. lib. 2. de peccato originali contra Pelagium & Caeleſtium cap. 3. ubi haec habentur a Caeleſtio recitata, *Ruſinus Romae, qui manſit cum ſancto Pammachio: ego audivi illum dicentem, quia tradux peccati non eſt*. Et hic fortaſſe ille fuit *Ruſinus* provinciae Palaeſtinae Presbyter, ſub cujus nomine *Sirmond.* in t. 1. oper. col. 273. ſqq. librum e graeco latine verſum de fide edidit, ubi nempe Author propagationem peccati Protoparentum in poſteros tanquam abſurdam pluribus confutat §. 39. ſqq. In hanc ſententiam etiam ariolando deſcendunt *Patres Maurini* ad citatum Auguſtini locum t. 10. col. 254. nota *b*. *Garnerius* vero cit. diſſ. 5.

p. 286.

IV. *Pelagiana factio* ex iis, quae ſui parentes & privatis ſermonibus docuerant, & literis mandata reliquerant, & publicis diſputationibus propugnaverant, hocce impie digeſtum ſyſtema ſibi ſubſtinendum duxerunt. 1.° Peccatum Adae ipſi duntaxat nocuit, minime poſteris: nec enim per mortem Adae univerſum hominum genus moritur, quemadmodum nec totum idem genus per Reſurrectionem Chriſti, quae potentior eſt atque efficacior Adami noxa, ſeu morte, reſurgit. 2.° illi duntaxat rei ſunt, & Adae praevaricationi obnoxii tenentur, qui eum in praevaricandis Dei mandatis voluerint imitari; propterea Adam noxio tantum exemplo genus humanum laeſit.

Tum 3.° mors & reliquae humanae vitae miſeriae non ſunt peccati poena, ſed quaedam conditionis humanae conſectaria. 4.° ignorantia & difficultas, ſine quibus nullus homo naſcitur, primordia naturae ſunt, non ſupplicia. 5°. oblivio & quaelibet ignorantia peccato non ſubjacent, quoniam non ſecundum voluntatem eveniunt, ſed ſecundum neceſſitatem.

Item 6.° Infantes dum naſcuntur, in eo ſtatu ſunt conſtituti, in quo Adam ante praevaricationem inventus eſt. 7.° Baptiſmo quidem egent Infantes, non ut a peccato ſolvantur, ſed ut fiant Dei filii per adoptionem. 8.° qui abſque baptiſmo decedunt infantes, aeterna quadam

pag. 286. probabiliter, ſua opinione, adfirmando in prooemio ad ipſum librum, quem notis illuſtrat.

3.° *Pelagius*, quem praelaudatus Rufinus Romae nequam placitum docuit, in commentariis praeſertim in Paullinas epiſtolas libris 13. ap. *Mar. Mercat.* in commonit. cap. 2. & in praefat. ſubnotation. tum ap. *Auguſt* ſaepius ubi agit contra Pelagianos ac de geſtis Pelagianorum, ac l. 3. de peccat. mer. & rem. cap. 1. 5. 12; & ſignanter in expoſitione epiſtolae ad Rom. c. 5. 12. ap. *Praedeſtinat. Sirmondian.* haer. 88.: hoc autem fragmentum exſtat integrum ap. cit. *Mercat.* & *Garner.* in adpend. ad diſſ. 6. pag. 368. ſimul cum eo quod reperitur in codicibus emendatis a Caſſiodoro.

4.° *Caeleſtius*, Rufini primum, ac deinde Pelagii diſcipulus atque ſtrenuus propugnator, in libello, quem Romae tradidit Zoſimo Papae, tum lib. adverſus peccatum originis, cujus meminerunt *Mercat.* & *Vinc. Lerinen.* in commonit. necnon *Praedeſtinatus Sirmondian.* haer. 88. & *Auguſt.* de peccat. merit. c 3. e quo libro fortaſſe excerpta ſunt ſex illa contra peccati traducem dogmata, quae Caeleſtio adtribuit *Mercat.* in common. c. 1. & ipſi primum Caeleſtio in judicio Carthaginenſi, ac deinde Pelagio in Dioſpolitano objecta ſunt. Eandem Caeleſtii haereſim ſaepe memorat *Auguſt.* lib. de peccato orig. a cap. 2.

Hactenus de probationibus, quae primores Pelagianae ſectae coriphaeos, uno omnium duce ac principe Theodoro Mopſueſteno, plane demonſtrant.

Nec iis tamen jure ſubnectendum duximus *Julianum* illum, natu Apulum, ac dignitate Epiſcopum Eclanenſem, tenaciores inter Pelagianos vulgo recenſitum. Licet enim ipſe in ſuis contra Auguſtinum libris, aliis ſex libris ab eodem *Auguſtino* confutatis in opere imperfecto contra ipſum Julianum, & alias perſaepe oppugnandum ſuſceperit ex mente Caeleſtii peccatum originis, uti late oſtendit ſparſim *Mar. Mercat.* in lib. ſubnotat. ad Juliani Pelagiani capitula; immo propterea, *Garnerio* interprete diſſ. 2. p. 219., anathemate percuſſus ſit in Synodo ſecundae Ciliciae ſub an. 423., quam unus, teſte *Harduino* in collect. CC. in indice ad t. r. ad an. 423. commemoravit *Mar. Mercat.* in praefat. ad Symbolum Theodori Mopſueſteni fere poſt med. (at conſulendae in eum locum notae laudati *Rigberti* num. 14.) minime tamen haec eum oſtendunt haereſeos inventorem aut pacto aliquo architectum, ſed mere obduratum adſectatorem & propagatorem, quales deinceps alios pleroſque novimus.

dam vita, eaque proprie beata, utpote qualibet macula, etiam originali immunes, perfruentur. 9.° Quaestio de peccato originis ad fidei dogma non pertinet. 10.° qui peccatum originale defendit, inter Manichaeos numerandus (r). En tibi Systema Pelagianum, seu potius philosophicum; quippe nihil eo concinnius & rerum naturis magis consonum optare possis in ethnico quopiam Philosopho, sacri codicis ignaro, ac fidei lumine destituto.

Porro virulentam expositae doctrinae pestem, vel in se ipsa, vel in sui adsectatoribus, pluribus extinguere ac dissipare tentatum est. Eam quippe illico condemnarunt Innocentius, Zosimus, Bonifacius, Coelestinus, Sixtus; pluresque Synodi, e. c. Africana, Constantinopolitana, Ephesina Oecumenica, Romana; proscripserunt Imperatores, puta Honorius, Constantius, Valentinianus III. Theodosius junior; oppugnaruntque strenui vindices, nempe Hieronymus, Orosius, Mar. Mercator, ac prae ceteris luculentius, ardentiusque Augustinus (s). At nondum haec satis quominus ea stirpitus convelleretur, nec subinde saepius deplorando christianae reipublicae damno repullularet: singulis quippe ferme Seculis usque modo Novatores subcesserunt, qui persimili confecto systemate adversus traducem Adami noxam sese Pelagianos demonstrarunt. Eorum jam vero censum describere pergimus.

V. *Seneca* quidam miserabilis senex, non modo totius eruditionis alienus, sed ipsius quoque intelligentiae communis prorsus extraneus, in Picena Provincia sub Secul. v. dedecorosissimis erectis sodalitatibus, Pelagiana placita non ita pridem pene sepulta ab inferis excitavit, & haec plebem suam, etiam ex rudioribus Episcopis constitutam, edocuit. 1.° injustum est ut creatura Dei sine ullis propriis actionibus cuiquam peccato gignatur obstricta; ac injustus quidem Deus esset, si rei efficiantur antequam nati. 2.° parvuli sine baptismo decedentes, regno quidem coelorum excluduntur, at minime tamen perpetua damnatione puniuntur (*). VI. *Ar-*

(r) Legito *Augustin.* epist. ad Paullin. 186. olim 106. & l. 2. cont. Julian. c. 5. *Jansen.* de haer. pelag. lib. 1. versus fin. §. *Sed jam. Nat. Alex. Bert.* ceteros Pelagianismi Historiographos, ubi agunt de errorib. sectae, ac prae ceteris laud. *Garner.* quo, me judice, de erroribus, ceterisque ad sectam spectantibus nullus fecundior & adcuratior.

(s) Lege epist. *Gelasii* P. ad Honorium Dalmatiae Episc. & *Nat. Alex.* ad Sec. v. cap. 3. art. 4. 5. 6.

ADNOTATIONES.

(*) I. HAec excipimus ex Epistola 5. *Gelasii* P. ad universos Episcopos per Picenum directa sub an. 493. 1. Nov. quam ex vetusto codice Vaticano edidit post Baronium Card. Carafa, teste *Coquelineſio* in suo Bullar. Rom. Pont. t. 1. in Gelasio p. 56. Legendi in eam commentarii laud. *Baronii* ad an. 493. n. xxx. sqq.

In hac autem epistola Gelasius, praeter alia, proposita placita perspicue narrat, docte perstringit, severe reprobat, delirumque illum Presbyterum, ejusque in errore socios, nisi resipuerint, ecclesiastico anathemate configit.

Jam vero quum ad eam, quam secundo loco posuimus thesim proscribendam adcedit num. 3. haec loquitur Pontifex „ nihil „ est ergo quod dicant, quod non renati „ infantes, tantummodo in regnum coelo„ rum ire non valeant, non autem perpe-

„ tua

VI. *Armeni* comparate ad peccatum originis haec tenuisse incu. santur. 1.° ex lapsu Protoparentum nullum potteri contraxerunt peccatum. 2.° in punitionem gravissimi Protoparentum lapsus omnes posteri in gehennam abducti sunt, donec Christus sua passione peccatum illud exitiale delevit funditus. 3.° decedentes absque baptismo, qui ad habendam vitam aeternam simpliciter necessarius est, si filii sint fidelium, in paradisum terrestrem commigrant; sin autem infidelium, ad inferos, cum suis parentibus commoraturi, descendunt (*).

VII. *Al-*

„ tua damnatione puniantur..... Dicant „ igitur in morte perpetua constituti, si „ non aestimentur esse damnati: tollant ergo de medio nescio quem ipsi tertium, „ quem decipiendis (fortasse *recipiendis*) „ parvulis faciunt locum. Et quia non nisi „ dextram partem legimus & sinistram, non „ illos faciant in sinistra regione sine baptismate remanere, sed baptizatos sinant ad „ dextram salutarem sacra regeneratione „ transferri. „

His autem, inquies, aperte damnat S. Pontifex praefatam thesim tanquam e Pelagiana officina depromtam, definitque dogmatice, pueros sine baptismo decedentes esse morte aeterna damnatos, hoc est in inferno; diserte etenim reprobare videtur tertium quemdam locum, ab coelo atque inferno diversum, quem Pelagiani illis adsignabant.

Ceterum si haec Gelasiani oraculi interpretatio verum teneat, tanquam erronea, immo haeretica rejicienda sit, oportet sententia tot, tantorumque Doctorum, qui post Gelasium ejusmodi locum illis pueris adtribuendum duxerunt: quod quidem nemo prudens, cordatulque adserere ausit.

Pontifex ergo dum haec protulit, id unum dogmatice definiit, quod nempe infantes illi sint *in morte perpetua constituti*, hoc est cum perpetua privatione gratiae sanctificantis, quae est vera animae vita; id quod subobscure difficeri cuiquam videatur adlatum, damnatumque senis placitum.

Quin immo per τὸ *Si non aestimentur esse damnati* fert, ac substinet, ejusmodi infantes in inferno cum daemonibus, & animabus reprobis damnatos non aestimari. Hoc itaque opinamentum haud reprobat Gelasius.

Quod si nec coelum possit illis infantibus adcenseri, quoniam gratia non ornantur, nec item probabiliter infernus, quia personali peccato immunes sunt; restat profecto ut tertius eis locus deputetur, quem, non definiens, sed obiter tantum & ex privata sententia loquens rejecit Pontifex; atque adeo illum in sua qualicumque probabilitate ad futuras Scholae velitationes relinquens.

II. Discimus pariter ex eodem *Gelasio* in ep. 3. tom. 1. epist. Rom. Pont. ad haec eadem tempora Pelagianos errores in Dalmatia proseminatos fuisse. Sic ille in epist. ad Honorium in Dalmatia Episcopum sub an. 493. v. Kal. Aug.

„ Nunciatum est enim in regionibus „ Dalmatiarum quosdam recidiva Pelagia„ nae pestis zizania seminasse, tantamque „ illic eorum praevalere blasphemiam, ut „ simplices quosque mortiferi furoris insi„ nuatione decipiant „.

Hanc epistolam, e Codice Vaticano exscriptam, & collatam cum vetustissimo codice, petito e Monasterio S. Petri in Avellana in Umbria sito, recitavit ex parte *Baron* ad eum an. 493. n. XXIV. ipsamque deinceps integram tradiderunt in suis collect. CC. ubi de Gelasio, *Labbeus*, *Binius*, *Harduinus*; eam tamen, nescio quo fato, in novissimo Bullario *Cocquelinesio*, Romae edito, plane desidero, uti & plurimas.

Jam vero quum multa fuerint Pelagianae hydrae capita, nec in epistola Gelasiana singillatim habeamus, eos Pelagianos Dalmatas errores peccati Adami traducem concernentes disseminasse; ideo ipsis certam hoc in nostro censu adscribere sedem non licet.

ADNOTATIO.

(*) Haec *Guido Carmelitanus* in summa de haeresib. ubi de haeres. Armenorum cap. 3. & 5. ipsumque absque ullo examinne exscripserunt juniores Haereseologi, ut puta *Castrus* art. *peccatum*. haer. 1. *Coccius* in thesaur. t. 2. l. 2. art. 2. in recen-

VII. *Albanenſes* peccatum originis non agnoverunt ; atque adeo ex hoc capite, nimirum pro eluenda illius peccati macula baptiſmum tanquam ſupervacaneum rejecerunt (*t*) (*).

VIII. *Be-*

cenſione haereſum ad an. 600. *Prateol.* in Armenis, *Gaulter.* ad Sec. VII. in collat. error. cap. 8. n. 8 *Thom. a Jeſu* de converſione omnium gentium procuranda l. 7. c. 17. *Roſcius* art. *peccatum.* denique *Sianda* in Lexico polem. art. *Armeni*; quibus adhaeſerunt *Vazquezius* in 1. 2. t. 1. diſp. 130. n. 2. & *Suar.* in 1. 2. diſp. 9. de pecc. orig. c. 1.

Eos tamen errores ab adcuratioribus Haereſeologis adfictos Armenis non video. Nec idem Guido, nec unus aliquis ex ſuis, quos modo recitavimus, exſcriptoribus, pro

re adſerta documentum ullum protulit. Nec eos inſuper inter ceteros illius gentis errores, eorum ſcientiſſimus *Galanus* in ſua conciliat. Eccleſiae Armenae cum Romana vel leviter quidem indicavit. Quis autem hac in re tam antiqua & obſcura ſine teſte loquentibus fidem praeſtiterit; ubi praeſertim in eiſdem criticam adcurationem plerumque deſideres? Recolenda quae diximus de erroribus generatim Armenis imputatis in To. II. p. 475. ſqq.

(*t*) Ap. *S. Antoninum* in ſumma theologica par. 4. tit. 11. c. 7. §. 6. col. m. 586. ſq. edit. Veronenſ. 1740. quem exſcripſerunt *Caſtrus* art. *peccatum*, & *Prateol.* in Albanenſibus, ac iſtos deinde *Gaulter.* ad Sec. VIII. in collat. error. c. 8. *Sianda* art. *Albanenſes*.

ADNOTATIO.

(*) OCcurrit huc quaeſtio de ſecta Albanenſi: perdifficilis illa quidem & implicata ob inopiam documentorum, ſed nobis tandem pro noſtro inſtituto definienda. Et praecipue quidem quantum ad illud caput, num eadem cum Albigenſi fuerit, num diverſa. Brevem itaque quaeſtionis anatomen, quae definitioni viam ſternat, adgredimur. Et in primis noſtrates audio Haereſeologos, in hunc modum diſferentes.

Gaulterius ad Sec. VIII. in collat. errorum, *Sianda*, *Pluchius*, *Stockman* in Albanenſibus hos ab Albigenſibus omnino ſecernunt, & Albanenſes in Seculo VIII. deſinente collocant atque Albigenſes in XII.

Lutzemburgus lib. 2. lit. A. poſtquam egerat de Albigenſibus, cum Baiolenſibus, qui poſtea emerſerunt, Albanenſes confundit, citato S. Antonino (Hic autem mox adlegandus cum Albigenſibus confundit Albanenſes, non vero cum Bagnolenſibus.)

Prateolus, laudato etiam Antonino, alteram factionem ab altera diſtinguit, & ſuos utrique errores adfigit; adnotat vero Albigenſes cuncta fere placita Albanenſium cooptaſſe, iiſque nova adjunxiſſe.

Caſtrus videtur Albanenſes ab Albigenſibus tanquam toto coelo diverſos diſcriminare; e. c. art. *Deus*. col. 328. & ſaepe alias.

Ex iis itaque (quibuſcum e Scholaſticis ſentiunt *Tournel.* tr. de pecc. orig. cap. 1. ſub init. & *Moſchein* t. 3. tr. 3. n. 207. poſt *Vazquezium* in 1. 2. t. 1. diſp. 130. n. 3. & *Suarez.* 1. 2. diſp. 9. de pecc. orig. ſect. 1.) perſpicuam haberemus utriuſque ſectae diſtinctionem quantum ad epochas temporum, ac utriuslibet duces ac ſectatores. Sed audiamus tamen alios, qui ſecus habent.

Rainerus Sachonus Placentinus, ex Haereſiarcha & Epiſcopo Catharorum, ad Chriſti fidem converſus, Ordinis Praedicatorum Sacerdos & Catharo-maſtix, qui fl. an. 1254. primus eſt aut vetuſtior, apud quem reperi *Albanenſium* haereticorum nomen in ſumma de Catharis ap. *Marten.* in theſ. ancedot. t. 5. col. 1761. & alias, ac in fuſiore ejuſdem tract. contra VValdenſes, edito a *Gretſero*, cap. 6. ap. Bibl. PP. Lugd. t. 25. p. 269.

Hic autem in locis citatis *Albanenſes* vocat quamdam Catharorum factionem ſub nomine de *Donzenacho*, *eo quod*, inquit, *errant in pluribus quam ceteri*, qui ſua aetate in Inſubria debacchabantur. Quo plane eos Albanenſes ab iis diſcriminat, quos Authores mox laudati retulerant, & fortaſſe cum Albigenſibus poſterioribus confundit, ob ſummam inter utroſque conſenſionem errorum. Lege Cl. *Ricchin.* in edit. Ven. Monetae diſſ. 1. c. 2. §. x. p. xvi.

Guido Perpinianenſis in ſumma pag. m. 130.

VIII. *Beguardi* alias adducti exinde arguuntur in peccatum originis peccasse, quod tenuerint, intelligentem quamlibet naturam in se

m. 130. errores *Albanensium* recitat: suus tamen Editor *Jo. Seinerus* ad marginem ejus capitis primi haec adnotat ex mente Guidonis, *Albanenses vel Albigenses anno 1176.*

Quin etiam Albanenses iidem, de quibus heic Guido, peccatum originis admittebant ibi ad cap. 10. p. 135. contra id quod de suis Albanensibus adfirmarant mox laudati *Prateol. Gault. Sian.* ac de suis Albigensibus *Antoninus*. Cui autem potior adhibenda fides? Problema esto, quod modo nobis praetermittendum ducimus.

S. Antoninus in sum. theol. par. 4. tit. 11. c. 7. §. 6. haereseologum agens, postquam retulit, *fuerunt etiam tres sectae haereticorum, scilicet Albanensium, Bagnolensium, Concordensium* .... eorum recitatis erroribus, mox subdit, *nota quod isti Albanenses sunt Albigenses*, quorum nempe historiae breviculum e vestigio narrandum suscipit.

Sanderus in Monarch. visib. nec errones Albanenses, nec Albigenses ex professo advocat, sed ubi de Catharis, aut Patarenis sermonem instituit ad an. 1159. haer. 147. inquit, istos non propriam haeresim condidisse, at *forte eosdem omnino* fuisse *cum Albigensibus*: nec ultra.

Coccius proxime citatus, Antonino laudato, *Albigenses* dixit erasse in peccatum originis, quin Albanenses memoret.

Honorius Augustodunenses, qui claruit an. 1080. in libello de haeresibus nullam de Albanensibus mentionem injicit, quemadmodum nec eo posteriores Haereseologi, puta *Nat. Alexander*, *Bernius*, *Gravesonius* ad Seculum VII., quum tamen ii juniores ad Sec. XII. haud perfunctorie differant de factione Albigensium; ut ceteros minoris notae id genus Scriptores haud invitus praeteream.

Idemque omnino pariter, ni mea me fallit memoria, animadvertere licet apud graviores historicos, cum *Baronio*, *Fleuri*, *Du Mesnil &c.* ubi pertractant de haereticis Seculi VIII. & XII.

Ex iis autem secundae classis Authoribus plane confici videtur aut Albanenses, quos memorant priores, nullos fuisse, aut cum Albigensibus, seu Catharis, quos Rainerus Albanenses nuncupavit, eosdem fuisse.

Porro haud majoris mihi sunt fidei quos secundae classis diximus, ac quos primo loco recitavimus, Haereseologi, Prateolo vetustiores, si Rainerum demeris, quem tanquam oculatum testem audire soleo; quoniam satis notum est eos valde indiligenter, absque ullo examine aut critice suas de haeresibus historias tradidisse ut plurimum. Lege Tom. I. in praefat. generali p. XVI.

Nihilo tamen secius horum secundae classis Authorum de Albanensibus Seculi VII. silentium, adjecto de ipsis haereticis altissimo silentio penes adcuratiores Haereseologos atque historicos, quos postremo loco recensuimus, vehementissimam injicit suspicionem, immo indubium argumentum de fabula illorum Albanensium, donec pro ipsis clariora eluceant documenta. Id quod nobis tandem definitum maneat; quidquid alias in Tom. II. p. 11. 91. re minus explorata, eos ad falsum Prateoli, aliorumque sensum adduxerimus.

Falso igitur ejusmodi nomen, una cum certis haeresibus illis Albanensibus plane ignotis imponitur; immo potius haec Albigensibus incunctanter adtribuenda. Nomen videlicet, desumtum ab Albio, gallicana Tolosatis regione, in qua quum primum emerserunt Albigenses, potissimum grassabantur, inde enim quoque etymon nomenclaturam *Albigensium* mihi persuadeo depromsisse; ac insuper certae haereses, & eae quidem admodum portentosae, quoniam ejusmodi recensentur apud historicos impiissimorum hominum haereses. Quamobrem procul dubio iidem Albigenses Rainero, Guidoni, Antonino, synonimo Albanensium cognomine adpellati sunt.

Neque vero quidquam negotii facessunt testimonia Doctorum, quos pro altera parte posuimus, sunt enim sine teste legitimo, quem ejusmodi causae deposcunt. Praeterea itidem, ut ceteros brevitatis causa taceam, Prateoli & Siandae testimonia minus apte sarta videri possint.

Prateolus enim Albanenses, quos emergentes revocat ad an. 796. synchronos facit Bagnolensium & Concordensium, de quibus sermo est ap. cit. Antoninum. Sed hi tamen haeretici ad aetatem, quam mox adserui. mus, Raineri spectant: in ea saltem aetate ipsi vigebant; quod autem natales a suis parentibus adceperint ab an. 796. mera erit hariolatio, nullo subnixa fundamento.

Dein-

ipsa naturaliter esse beatam (*u*). Et quidem si ita beata sit nullam contraxit ex Adamo peccati maculam. Sed apage insana deliria.

IX. *Anonymus* e secta Lolhardorum sub Sec. XIV. haec Oxonii, praeter alia, prava dogmata disseminavit. 1.° Quilibet viator, etiam in utero materno defunctus, habebit claram visionem Dei ante mortem suam. Immunis igitur quilibet est a peccato originis, quocum nempe clara Dei visio conjungi nequit..... 2.° Fieri nequit de lege communi, pro solo originali peccato damnari aliquem.

Hos cum aliis 28. erroribus hujusce nebulonis damnavit *Simon Langham*, Archiepiscopus Cantuariensis sub an. 1368. 9. Novemb. (*x*).

X. *Neo-Pelagiani* apud Britanniam in Eboracensi dioecesi haec sub Seculum XIV. palam edocebant. 1.° peccatum originis culpa non est, ex eo subinde nullus culpandus.... 2.° poena damni, in carentia visionis beatae sita, non est alicui debita propter originalem culpam. Heinc.... 3.° Originali macula in parvulis deleta, beata visio non est eis debita.

Haec proscripsit, ac stirpitus convellenda praecepit *Innocentius* P. VI. literis datis ad Eboracensem Archiepiscopum an. 1355. XV. Cal. Sept. (*y*).

XI. *Joan. Ruchardus VVessalienſis*, aliis *VVesiphalus*, jam productus, docere non dubitavit inter catholicos, peccatum originis nullum esse, atque adeo non contrahi ipsius ullam labem a parvulis recens natis, aut etiam conceptis (*z*).

XII. *Jacobus Faber* Stapulensis, secta Lutheranus, sub an. circ. 1535. tenuit, nihil homines ex Adamo trahere, nisi obligationem ad mortem (*a*). Fabro praeluserant alii e primoribus *Pelagianis*, qui idem tenuerunt (*b*). Alias vero idem Faber adseruit, mortem & alias passiones corporales non obvenire baptizatis fidelibus ex obligatione, sed ex imitatione Christi (*c*).

XIII. *Zvvinglius* censuit, illud quod dicitur peccatum originis, re apse peccatum non esse, sed naturae morbum, qui nec culpandus est,

Deinde ex effato Siandae, sui pervetusti Albanenses censentur Ariani, quod Arianorum dogmatum impietatem palam profiteri non erubescerent. Ceterum nec vestigium quidem reperio Arianismi in erroribus, quos illis Sianda idem adtribuit cum Prateolo: immo potius Manichaeismum expressi errores referunt: unde sui patroni, si fictitii non essent, Manichaei meliori jure censendi essent, quales mihi habentur Albigenses.

Quod si loquamur de Albanensibus a Rainero citatis in summa ap. Marten. p. 1768. ii quidem Ariani fuerunt, ac impii Trinitatis hostes. Adtamen in istos Siandae sermo minime fertur.

(*u*) Ex *Prateol. Saud-Gault. Sian.* ubi de Beguardis; & constat ex *Clement.* Ad nostram. de haer.

(*x*) Lege *D'Argentr.* in collect. judic. ad eum an. t. 1. p. 588. sq. errore 1. & 8.

(*y*) Apud *Raynald.* ad eum an. num. XXVIII.

(*z*) Lege *Lutzemb.* l. 2. lit. I. & *Trithem.* cum *Spondano* ad an. 1479.

(*a*) Ad cap. 5. epist. ad Rom. & in apol. pro suis commentariis.

(*b*) Ap. *August.* contra duas epistolas Pelagianorum cap. 2. & 4.

(*c*) Ap. *Tapper*, in explicat. artic. t. 1. art. 2. p. m. 55.

eſt, nec damnationis poenam inferre poteſt (*d*). Additque (*e*). infantium, qui a fidelibus ſunt, nullam eſſe poſſe labem; originalis enim per Chriſtum expiata eſt (*).

XIV. *Jo. Oecolampadius* Zvvinglii veſtigia calcans haec pronuntiat (*f*) „ Originalis iſta contagio non tale peccatum eſt, quod culpam ſibi con„ junctam habeat, ſed morbus potius, qui propter peccatum ab Ada„ mo commiſſum nobis adhaerere ſolet. Nec tamen obſtamus, quomi„ nus peccati nomen hic morbus adcipiat. „

XV. *Anaptiſtae* ſic differunt, adſeruntque. Peccatum Adae ipſi duntaxat nocuit, non poſteris; ii ſiquidem nec peccatum originis, nec mortem, aut alias aerumnas ex Adamo contraxerunt, ſed in puris naturalibus, ut vocant, hoc eſt ſine virtute ac vitio naſcuntur: quod autem poſtea moriantur, aut aliis ſubſint calamitatibus, non ex poena peccati provenit, ſed ex cauſſis naturalibus. En tibi purum putum Pelagianiſmum (*g*). Iidem Acatholici in Collegio Francothano (*h*) peccatum originis *Auguſtini figmentum* vocarunt; quod nempe nomen primus omnium inter diſputandum contra Pelagianos Auguſtinus invexerit.

Anabaptiſtis aliqua ex parte adhaeſiſſe feruntur *Remonſtrantes* (*i*) cum *Curcellaeo* (*k*) & *Placaeo* Profeſſore Salmurienſi (*l*) Eos refert & oppugnat *Franc. Turrettinus* Genevenſis Proteſtantium Paſtor (*m*).

XVI. *Pelagiani recentiores*, qui, neſcio quo duce, ſub an. circ. 1524. eruperant, haec effutire auſi ſunt, parentum ſuorum veſtigiis inherentes. 1.° peccatum originis eſt naturae morbus, morte non damnandus.

(*d*) In tract. 3. de baptiſm. fol. 89. 6. digreſſ. de pecc. originali, & in declaratione de peccato originali ad Urbanum Rhegium.

(*e*) De provid. Dei cap. 6. con. 3. fol. 372.

ADNOTATIO.

(*) ZWinglium ab naevo Pelagiani erroris enixis viribus purgare contenderunt *Hemic. Bullingerus* in ſerm. 10. decade 3. *Martin. Buzerus* in cap. 5. epiſt. ad Roman. *Rudolph. Gualterus* in apolog. de Zvvinglio. Nec hilum tamen ipſi proficiunt, quum Pelagianiſmus apertiſſime ſeſe prodat in adlatis Haereſiarchae commentariis; in quibus nempe ſententias, quas nos protulimus, totidem fere verbis ipſe recitat, pluribuſque diſperſe confirmat, quidquid in mitiorem ſenſum ejus perſpicuam orationem violentiſſimo commentario detorquere nitatur.

Neque vero juvat in hac diſputatione ulterius immorari, poſtquam hoc noſtrum adſertum adverſus Zvvinglianos vindices fuſe ac pene ad evidentiam demonſtravit *Bellarminus* noſter l. 4. de amiſſione gratiae & natura peccati cap. 2. n. 13. ſqq. Ipſe conſulitor.

(*f*) In reſponſ. ad confeſſionem Lutheri ap. cit. *Coccium* ad an. 1536.

(*g*) Hocce Anabaptiſticum ſyſtema nobis profert *Gaſpar Ulenbergius* cauſſa 9. & praeter alios, *Petr. Martyr* ad cap. 5. epiſt. ad Roman. §. *Primo loco*. p. m. 274. ſqq.

(*h*) Actione 2. art. 4.

(*i*) In *Apolog.* cap. 7.

(*k*) Lib. de jure Dei.

(*l*) In theſibus Salmurienſibus & alias.

(*m*) In inſtitut. Theologiae elencticae, loco 9. quaeſt. 9. §. 3. ſqq.

2.° boni ac Dei heredes naſcimur omnes. 3.° parvuli, qui fidelium enaſcuntur filii, coelorum regnum adſequi poſſunt (*).

XVII. *Deſiderius Eraſmus*, alias vocatus, in ſuſpicionem Pelagianae haereſeos incidit, ubi in commentariis epiſtolae ad Rom. ad cap. 5. 14. *in quo omnes peccaverunt*, vel ut ipſe e graeco legit, *quatenus omnes peccaverunt*, textum in eum expoſuit ſenſum, quod omnes in Adam peccarint imitatione, non generatione, aut culpa originali ex lapſu Adamitico contracta: quemadmodum & idem Pelagius locum ipſum expoſuerat (*n*).

Adcedit, quod commendat tanquam virum valde doctum, authorem commentariorum in epiſtolas Paulli, qui falſo tribuuntur Hieronymo: ille vero vir Pelagianus fuit, & ſpeciatim verba, *in quo omnes peccaverunt* de peccato per imitationem interpretatus eſt. Ad haec denique monet idem Eraſmus, providendum nobis eſſe, ne nimis Pelagianos oderimus (*o*) (**).

XVIII. *Pe-*

ADNOTATIO.

(*) HAec diſcimus ex uno *Joſ. de Turre*, alias laudato, ubi de Pelagianis novis. At nullum exhibet teſtem, quem plane optarem, ex quo ſcilicet comparare fortaſſe fas eſſet iſtorum dogmatizantium genus, authorem, patriam, ac praeceteris ſenſum, quem imbibit illud placitum, quod tertio loco poſuimus. Putaverim interea illos parvulis fidelium genitis, etiam baptiſmo non renatis adſequutionem beatitudinis adſeruiſſe: ceteroqui nullum ſub eo placito latentem errorem adſequor.

Idem praeterea Author hos errones, quaſi peculiari eis adoptato cognomine, *Cacangelicos* nuncupavit. Quo tamen conſilio ſeu authore, plane neſcio. Hunc porro turpiſſimum titulum primus omnium, quod ſciam, adſcripſit Clariſſ. *Hoſius* Cardinalis in tract. de Juſtitia, qua juſti ſumus, cap. 72. fol. m. 135. edit. Antuerp. 1572., non alicui quidem ſectae peculiari, ſed omnibus univerſim Lutheranis, ceteriſque haereticis, ſua aetate per Germaniam graſſantibus, qui nempe abjecta orthodoxae Eccleſiae doctrina, ſibi quoddam Evangelium novum & quintum, quod idem *Hoſius* cap. 65. p. 124. *Cacangelium* adpellavit, ſervandum, praedicandumque duxerunt.

Cum Hoſio deinde *Stanislaus Reſcius* in centuriis Evangelicarum ſectarum p. m. 314. *Cacangelicos* vocavit „ omnes, qui cum catholicis non ſentiunt & Evangelicorum „ ſibi nomen uſurpant, quamcumque tan„ dem illi ſectam ſequantur, ſunt enim in „ omnibus ſuis ſtudiis non boni, quod E„ vangelii proprium eſt, ſed mali ominis „ & nuntii pleniſſimi „ Sic ille.

Damianus tandem *Roſcius* in tr. de haereſ. agnoſcendis fol. 17. Reſcium exſcripſit; atque eos generatim omnes ſub eodem ſenſu *Cacangelicos* dixit, quos Paullus 1. Cor. 11. Pſeudo apoſtolos nuncupavit. Quo vero titulo Pelagianos iſtos ejuſmodi nomenclatura, tanquam ipſorum dogmatis primis adcommodata, Deturrius inſignierit, nondum adſequor.

(*n*) In XIII. brevioribus commentariis, ſeu libris in Epiſtolas Paulli, quas *Auguſtin.* ſaepe adlegavit, e. c. l. 3. de peccat. mer. & rem. capp. 1. 5. 12.

(*o*) Haec cit. *Coccius* ad an. 1530. quem deinceps aemulatus eſt *Bellarm.* proxime laudatus l. 4. c. 2. n. 7. ſqq.

ADNOTATIO.

(**) POrro Eraſmus in altera ejuſdem commentarii editione purgare ſe ſtuduit ab hac Pelagianae haereſeos ſuſpicione; in ea quippe „ negavit ſe eſſe Pela„ gianum & peccatum originis agnoſcere „ ſe diſertis verbis teſtatus eſt. Ceterum in

„ tam

XVIII. *Pelagiani noviſſimi* peccatum originis e medio funditus ſuſtulerunt, innovantes Pelagii patris impietatem. Ejuſmodi ſunt *Libertini* illi,

„ tam longa diſputatione nunquam dicit aliquid, unde intelligi poſſit eum credidiſſe peccatum originis non imitatione, ſed generatione trahi. Hoc autem dicere debuit, ſi vere purgari cupiebat, quum id eſſet quod ei potiſſimum objiciebatur„ Ita *Coccius*, totidemque deinde verbis *Bellarm.* qui pluribus ſuſpicionem de Pelagianiſmo Eraſmi vehementiorem reddit ex iiſdem Eraſmianis vindiciis.

Quin etiam *Salmeronius* noſter to. 13. diſp. 39. p. m. 416. ſqq. in praefatam Eraſmi interpretationem acerrime invehitur, ejuſque authorem tanquam Pelagianiſmi ſuſcitatorem atque defenſorem exagitat.

Quod vero Scriptor ille, quem ſequitur, ac impenſe laudat Deſiderius, infenſus ſit Pelagianus, adeo veriſimile eſt, ut nonnullis haud contemnendo argumento idem ipſe ſit Pelagius Haereſiarches. Lege *Vallarſium* in edit. Veronen. S. Hieronymi t. 11. in admonitione ad commentarios in epiſtolas S. Paulli col. 835.

Quod praeterea jubeat Eraſmus ne plus ſatis Pelagianos oderimus, diſertis verbis id habetur in ejuſdem adnotationibus ad verſ. 17. laudati capitis, uti legimus in tom. 6. noviſſimae edit. de an. 1705. col. m. 591. Ergone adquieſcendum nobis horum perinſignium virorum cenſurae? At liceat primum audire reum.

Is autem principio in apologia ſuam expoſitionem ut veroſimiliorem plurib. vindicare pergit: videlicet ex contextu literali tam graeco, quam latino ejuſdem Paullini capitis, & ex teſtimoniis, quae multa coacervat, priſcorum Authorum ſibi faventium, in quorum nempe cenſum adducit praefatum Pſeudo-Hieronymum, Origenem, Chryſoſtom. Ambroſ. Theophilactum: unde concludit „ falſum eſt igitur quod jactat quidam, Veteres omnes tum Graecos tum Latinos magno conſenſu hunc locum ieterpretatos de peccato originis.„

Pergit inde „ Supereſt illa rixa, quod opituler Pelagianis, exarmans Eccleſiam, nimirum extorto hoc telo omnium, ut ajunt, validiſſimo. Primum alia eſſe do. cui validiora: deinde qui facio pro Pelagianis, quorum ſententiam aperte detegor? Sed indico utramque lectionem conſiſtere (*videlicet quod Paulli textus intelligatur vel de peccato originis, vel de perſonali*) Hoc vel tacente me res ipſa clamitat, Scripturam commodius adcipi de peccato ſingulorum.„

His ſubdit. „ Sufficiebat unus ſcripturae locus adverſus Pelagium, & tuta erat Eccleſia etiam hoc telo deſtituta. Sed tota Eccleſia ſic hunc locum interpretatur. An tota Eccleſia ſunt tres aut quatuor Doctores? Tota Eccleſia docet omnes Adae poſteres naſci poenae obnoxios ob peccatum Adae: ſed hunc locum non poſſe adcipi niſi de peccato originis, nuſquam docet univerſalis Eccleſia. Atqui hoc ſolum erat quod adnotavi.„

Haec ille in cit. commentar. col. 588. qui ſuperius col. 587. id candide praemonuerat „ haec non eo nobis dicuntur, ut in dubium vocem, an ſit aliquod peccatum originis, ſed ut declarem eos mentiri, qui dicunt me unum meminiſſe hujus interpretationis, mihique commentum hoc cum Pelagio eſſe peculiare. Pelagii ſententiam damno, neque me fugit veterum hac de re conſenſus.„

Ac rurſum aliquibus interjectis, col. 589. „ ego demonſtrans hunc locum ad revincendos Pelagianos non eſſe ſatis efficacem, relego diſputantem ad alia loca hoc certiora. Hoc non eſt eripere telum Eccleſiae, ſed indicare tela certiora pro parum certo, nec eſt aperire rimam hoſtibus, ſed admonere ne heic urgeamus hoſtem, ubi poſſit elabi. „ Et inſuper inferius col. 590. „ nobis ſufficit unicum Scripturae teſtimonium, interdum & ſine Scripturis authoritas Eccleſiae.„

Praeterea quo validius ſeſe purget ab objecto Pelagianiſmo, ſic fatur ad verſ. 17. ejuſdem capitis col. 591. „ Quin & illud nobis videndum, ne plus ſatis oderimus Pelagianos, non quod nolim eorum explodi ſententiam, qui negant ullum eſſe peccatum originale, ſed quod nolim illud per occaſionem adfectare admiſceri ubi non eſt opus.„

Sic denique ibidem ad finem commentarii „ Fruſtra vero quidam calumniantur, quod hac adnotatione videar labefactare peccatum originis, quum tot locis inſcriptis ingenue profitear & aſſeram. Verum hic locus mihi videtur mollius

„ ex-

illi, qui declamabant (*p*) praeceptum primis protoplaſtis a Deo injunctum ne de ligno ſcientiae boni & mali ederent, non fuiſſe legem, ſed duntaxat admonitionem, qualia dixeris praecepta medicorum, quum noxium quidquam prohibent. Quandoquidem, ajebant, illi juſti erant ac innocentes; lex autem ex 1. *Timoth.* 1. juſto non eſt poſita, ſed peccatori, atque adeo nec ipſi legem recipere, nec ullo pacto eam, quae lata non eſt, infringentes, in praevaricationem incidere potuerunt. Quo plane peccatum originis, quod in traaſgreſſione illius legis ſitum eſt, evertunt penitus. Hunc errorem exagitat acriter *Bellarminus* (*q*)

Tum *Jo. Somerus* ad an. 1570. (*r*)... *Franc. Puccius Felidinus* ſub an. 1592. (*s*)... *Sociniani* cum ſuo duce *Socino* (*t*) Is audiatur (*u*) „ In homine „ dum „ exponi de perſonalibus commiſſis poſte„ rorum Adae, ſic tamen ut nullius ſen„ tentiae praejudicem. „

Jam vero heinc inde auditis expenſiſque Coccii, Bellarmini, Salmeronii adcuſationibus, atque Eraſmianis vindiciis, ſi datum ſit ingenue Veritati litare, nobis haec brevi ſtatuenda duximus.

Primum quod unice conficere intendat Eraſmus, eum Paullinum locum poſſe intelligi vel de proprio peccato originis, vel de perſonali, immo commodius, molliuſque de iſto, quin tamen ullius ſententiae praejudicet, minime illum probat Pelagianiſmi ſuſcitatorem ac defenſorem, quidquid contra pugnet Salmeronius. Sic enim convincitur ipſe fateri verum peccatum originis, dum permittit illud ſub hoc textu poſſe intelligi; & rurſum dum addit, hoc clarius urgeri poſſe ex aliis Scripturis; immo, etiam Scripturis deficientibus, ex authoritate docentis Eccleſiae.

Deinde Pſeudo-Hieronymo, quem nonnulli Pelagium ipſum faciunt, ſolum quoad hanc ſuam expoſitionem ſectatus eſt; de opere vero haec addidit col. 586. „ docti „ tamen hominis eſſe, res ipſa clamitat. „ Quid vero inde criminis & conſenſionis cum Pelagiano dogmate rite deduxeris? Porro de ipſo commentarii Authore ajebat laud. *Vallarſ.* „ quum olim bonae frugis, nec „ paſſim indoctus videretur „ tum *Joannes* quidam presbyter *Manſionarius* apud ipſum adfirmavit „ in eo multa bene ac eleganter „ exponi „ Neque vero ullus, qui Origenem, Calvinum, Melanchthonem laudet tanquam viros doctos, ſubinde jure adcuſandus eorum errores amplecti.

Tum quo innocuo ſenſu jufſerit Eraſmus, ne plus ſatis Pelagianos oderimus, idem mox auditus ſatis ſuperque palam fecit.

Praeterea fateor, Eraſmum in apologia minus caute ac reverenter dixiſſe de SS. Hieronymo, Auguſtino & Ambroſio in diſceptationibus adverſus haereticos haud ſincere interpretatos eſſe Scripturas, eaſque ad victoriam detorſiſſe, uti vere objicitur a Bellarmino. Haec tamen irreverentia, me judice, impudentiae reum probat Eraſmum, non autem Pelagianiſmi.

Demum, aliis miſſis obſervationibus, ut finem faciam, effata illa Eraſmiana „ Pelagianorum ſententiam aperte deteſtor. „ Alia eſſe docui validiora tela adverſus Pelagianiſmum. Nobis ſufficit unicum Scripturae teſtimonium, interdum & ſine Scripturis Eccleſiae „ nempe ut ea docente fateamur verum peccatum originis. „ Pelagii „ ſententiam damno. Peccatum originis multis „ locis in ſcriptis ingenue profiteor & adſero „ haec inquam effata, ſi me omnia non fallunt, manifeſta confeſſio ſunt peccati originis, generatione contracti, quod negavit Pelagius, quodque in hac diſputatione peccato perſonali opponit Deſiderius.

Is ergo ſeſe plane purgavit, ſuique hac in re legitimus interpres & vindex (bona contra opinantium venia) reputandus. Et huic noſtrae ſententiae adſtipulatur Cl. *Auguſt. Gervaſius* in adpend. de pecc. orig. pag. 287.

(*p*) Author eſt *Lutherus* in comenrar. in cap. 1. Geneſ.

(*q*) De ſtatu peccati l. 3. cap. 1.

(*r*) In tract. de Juſtificat. ap *Coccium* ad eum an.

(*s*) In adſertione de efficacitate Chriſti Salvatoris in omnibus & ſingulis hominibus, quatenus homines ſunt, in Rationibus 11. 13. 34. 36. ap. ipſum *Coccium*.

(*t*) De ſtatu primi homin. cap. 10. p. 287. & in praelect. cap. 3. 4. & alias.

(*u*) Ad cit. cap. 4.

„ dum naſcitur propter lapſum Adae nulla ſive culpa, ſive poena locum „ habere poteſt ... concludimus igitur, nullum, improprie etiam loquendo, „ peccatum originale eſt„ Adcinit *Catechiſmus Racovienſis*, de hoc argumento in haec verba differens (*x*) „ peccatum originis nullum prorſus eſt, quare nec liberum arbitrium vitiare potuit, nec enim a ſcriptura id peccatum „ originis doceri poteſt; & lapſus Adami, quum unus actu fuerit, vim eam, „ quae depravare ipſam naturam Adami, multo minus vero poſterorum ipſius poſſit, habere non potuit„. Eos acriter profligarunt e grege Proteſtantium *Abraham Calovius* (*y*) & *Franc. Turrettinus* (*z*) ... *Veigeliani*, Authore *Valentino Veigelio* ſub Sec. XVII. (*a*) ... *Thom. Burnetus* Doctor Anglus, qui docuit, naturae humanae corruptionem & mortem poſt peccatum Protoparentis fuiſſe quemdam naturalem effectum fructus vetiti, quem edit ille. Haec tradit *Jo. Jac. Rouſſeau* (*b*) qui paullo ante (*c*) ſcripſerat, nullam eſſe in corde hominis originalem perverſitatem.

XIX. *Neo-Semipelagiani* mihi dicuntur qui traducem peccati Adamici non admiſerunt in omnibus ejus poſteris, ſed ab illo prorſus exceperunt Chriſtianorum filios; de quibus nempe temere adſerebant, etiam ſine baptiſmo membra Eccleſiae eſſe, ac ſanctos, non quidem ſanctitate inhaerente, oppoſita corruptioni originalis noxae, ſed eccleſiaſtica, quae jus confert ad participanda Eccleſiae ſacramenta prae paganis, atque adeo jus foederis externum; videlicet in vi foederis Dei cum Abrahamo initi ex Geneſ. 27. *ero Deus tuus & ſeminis tui*: nos enim, inquiunt, e fidelibus geniti per Chriſtum in Abrahae poſteritatem ſubceſſimus (*d*).

Ita olim philoſophati, vel potius fabulati ſunt *Pelagiani recentiores* mox advocati (*e*) ... *Calvinus* (*f*) ... *Martin. Buzerus* (*g*) .... *Petrus Martyr Vermilius*, Florentinus (*h*) qui haec addit: *priorum* (hoc eſt Chriſtianorum) *filii decedentes abſque baptiſmo, propter foedus, quod Deus cum parentibus percuſſit, poſſunt eſſe ſalvi, ſi alioquin ad praedeſtinatorum numerum pertinent*. Quaſi vero ullus decedens abſque aliquo baptiſmo, praedeſtinetur ad gloriam ... *Henricus Bullingerus* (*i*) ... *Anonymi* plures, eorundem adſectatores, ac, ferme dixerim, univerſus Calvinianorum grex (*).

Ex

(*x*) In titulo de lib. arb. cap. 18.

(*y*) In Anti-Socinianis tom. 2. ſect. 4. art. 2. p. m. 79 ſq.

(*z*) In inſtitutione Theolog. elencticae tom. 1. ubi de pecc. orig. loco 9. quaeſt. 10. p. m. 695. ſqq.

(*a*) Legito cit. *Deturr.* in Veigelianis.

(*b*) In epiſt. ad D. Chriſtoph. de Beaumont. p. m. 22.

(*c*) Pag. 18.

(*d*) Conſule ſis citt. *VValenburch.* de controv. fid. t. 2. tract. 1. cap. 23. p. 15.

(*e*) Art. XVI. p. 340.

(*f*) Inſtit. l. 4. cap. 16. ſect. 24. 25. & in antidoto ad cap. 5. ſeſſionis 6. C. Tridentini & *Tertium*. p. m. 240. in tom. 8. noviſſimae edit. Amſtelod. ejus operum.

(*g*) In cap. 3. Matthaei ap. *Bellarm.* de amiſſ. gratiae l. 4. c. 14. n. 4.

(*h*) In comment. in cap. 5. epiſt. ad Rom. p. m. 305. edit. Tigurinae 1559.

(*i*) In cap. 7. prioris ad Corinth. ap. laud. *Bellarmin.*

ADNOTATIONES.

(*) I. VIdeo, haud infrequenter alienos ſcriptores apud noſtrates manifeſti errotis inſimulari, quod novis conflictis opinationum ſyſtematis peccati traducis

Ex Doctoribus Orthodoxis

I. *Quintus Septimius Florens Tertullianus* Pelagianis inſcuſatur praeluſiſſe

ducis naturam intimam aut eſſentiam deſcribendam ſuſceperint.

Sic enim e. c. errotis incuſatur *Lutherus* opinans, quod peccatum originis ad ſubſtantiam hominis pertineat, ipſeque in utero factus peccatum ſit: *Matthias Flacius Illyricus*, Centuriatorum Magdeburgenſium compilator praecipuus, reponens eam labem in quadam diaboli imagine, quae loco imaginis Dei animae inſita eſt: *Martinus Kemnitius* cenſens illud conſtitui per concupiſcentiam, ac per molem carnis, immo per eam, quam embrionicam vocant: *Adeidentarii*, ſecta ſemilutherani, Authoribus *Tilmanno Heſuſio* & *Jacobo Andrea Smidelino*, tenentes peccati tradueem nihil aliud eſſe, quam reale quoddam adcidens, quo natura hominis corrupta eſt.

Ego vero, ſi quid adſequor, ſatius duxerim haec ſingularia & arbitraria opinamenta inter philoſophica paradoxa, ſi mavis, non autem inter dogmaticos errores percenſeri; ſiquidem nihilo ſancti Dogmatis veritati ea obſtare videntur.

Porro non minus incertum, quid ſit peccatum originis, quam certum eſt quod ipſum ſit: docuit pridem Eccleſia, quod ipſum eſt; quid vero ſit, nondum docuit. Quam ſit captu difficilis ejus notio, excogitatae de illa ſententiae propemodum infinitae in ſingulis quibuſque ſcholis, plane demonſtrant.

Illud noverunt cum Eccleſia veteres Patres, ac de ipſo interdum verba fecerunt Patres, puta *Juſtinus*, *Tertullianus*, *Irenaeus*, *Cyprianus* & alii; ſed omnes tamen parce ac ſobrie, abſque ulla lite. Nimirum ſimplici fide de exiſtentia ejus peccati gaudens tum quieſcebat Eccleſia, ulteriore quavis definitione ſuperſedens, donec eam Pelagiana factio ſummopere conturbavit.

Neque vero tum ipſa Eccleſia contra eam factionem, notionem oppugnati peccati traducis definivit, ſed ejus duntaxat exiſtentiam tanquam diu revelatam & adſertam ab hoſtibus vindicavit.

Nec inſuper Pelagius inde omnium primus illam definiendam ſuſcepit, uti nobis incaute tradidit *Franciſc. Buddeus* in dogmaticis inſtitutionibus l. 3. c. 2. §. 14. p. m. 569. haud enim peccatum originis definiendum adripuit, qui de peccato Adae id unum dixit, pervicaciterqde ſubſtinuit, quod nempe ſibi duntaxat, minime poſteris nocuiſſet.

Nec item, ut ibidem *Buddeus* proſequitur „ ne videretur Pelagius toti antiquitati „ contradicere, illa de effectibus coepit con„ cedere, dicebatque ſe fateri omnes filios „ Adami naſci extorres regno coelorum. „ Nuſquam enim eos ita extorres agnovit ob peccatum Adami, ſed ob abſentiam gratiae inhaerentis, qua ſimpliciter opus eſſe ad obtinendam coelorum beatitudinem exiſtimavit.

Primus ergo *Auguſtinus* hoc peccatum definiit, ac ſitum eſſe formaliter in concupiſcentia hominis dixit, ſaepiuſque in ſuis de hoc argumento concertationibus inculcavit.

Aliam deinceps poſt multa Secula definitionem tradidit *Anſelmus*, aliam *Hugo Victor.* alias ſine fine poſt *Magiſtrum* & *Thomam* Scholaſtici uſque modo; quin tamen ad unum omnes uni eidemque definitioni adquieſcere noverimus.

Jam verro quamcumque in medium protuleris peccati originis deſcriptionem, quae eccleſiaſticis de eo decretis non obſtet, eam inter errores huic peccato adverſantes, ego quidem adnumerare non auſim. Hoc ipſum argumentum mox retractare coget occaſio.

II. Quidquid antiquiores Proteſtantes, ſaltem Germani Lutherici, aut nimis dure, aut etiam haeretice de traduce peccati Adamitici diſſeruerint, jam integro vero ab inde Seculo catholice omnino nobiſcum ſentiunt.

Condocent nimirum univerſim ex lapſu Adami derivari per generationem in poſteros ejus veri nominis peccatum; tum hoc ipſum non tantum pertinere ad filios infidelium, ſed ad filios quoque fidelium, eſto velint iis illud, neſcio qua ratione, non imputari. De iis adpoſite monemur a laud. *VValenburch.* t. 2. tr. 1. c. 49. p. 39. edit. Colonienſ. 1671.

Iis plane conſonat *Auguſtana Confeſſio* in articulis fidei §. 2. ubi de peccato ſeu vitio originis, una cum Interpretibus Proteſtantibus Confeſſionis in idem caput: tum *Büddeanae*, quas nuper adlegavimus, inſtitutiones de peccato originis, ad eandem

Con-

luſiſſe ubi (*k*) agens de prolongando parvulis baptiſmum , haec adfert „ veniant ergo dum adoleſcunt , veniant dum diſcunt , dum quo „ veniant docentur , fiant Chriſtiani quum Chriſtum noſſe potuerint: „ quid feſtinat innocens aetas ad remiſſionem peccatorum ? „ (*)

II. *Clemens Alexandrinus* parum noviſſe de peccato originali videtur dum ſcribit lib. 3. Stromatum „ dicant nobis , ubi fornicatus eſt in- „ fans natus , vel quomodo ſub Adae cecidit exſecrationem ? „ (**)

Confeſſionem exactae , preloque commiſſae ſub an. 1741. Quid vero in hanc rem mollius ſenſerint veteſtiores poſt Calvinum ejus gregales , hodiernique ſentire pergant , nondum mihi ſatis exploratum .

(*k*) In lib. de baptiſmo cap. 18.

ADNOTATIO.

(*) PErſaepe alias Tertullianus primigeniam ex Adamo contractam labem ſingulis univerſim ejuſdem poſteris manifeſtiſſime adſeruit : e. c. in eodem lib. de bapt. cap. 12. & 13. tum in l. de reſurrect. carnis cap. 24. de teſtimonio animae cap. 3. & 40. de carne Chriſti cap. 16.

Heic autem ubi adlegatur quis prudenter dixerit , mutata ſententia ipſam in parvulis inficiari labem ? Eos quidem *innocentes* nuncupat , quos non oporteat *ad remiſſionem peccatorum feſtinare* , ſcilicet innocuo quodam luxuriantis ingenii acumine innocentes dixit , intenditque , non cujuſque peccati , ſed proprii duntaxat aut perſonalis expertes .

Rigide quidem minuſque caute idem cenſuit , nullo intercedente mortis periculo , procraſtinandum eſſe parvulis baptiſma uſque ad aetatem rationis compotem ; nuſquam vero eiſdem parvulis abolendae originali maculae neceſſitatem baptiſmatis imperite negavit . Legito *Pamel.* & *Lacerdam* in citat. cap. 18. libri de baptiſmo .

ADNOTATIO.

(**) TOtidem verbis eum erroris coarguit cit. *Coccius* ad an. 200. Et quidem textus Alexandrinus ad p. 468. ſub fin. ex edit. Lutetiana de an. 1641. ſic habet „ dicant ergo nobis , ubi fornicatus „ eſt infans natus ? vel quomodo ſub Adae „ cecidit exſecrationem qui nihil eſt ope- „ ratus ? „ pluraque ſubjungit , e quibus concludi videtur , hominem quidem eſſe in peccatis conceptum , non autem ipſum peccare , ſeu in peccato eſſe quum concipitur . Heinc vero non modo Coccius , ſed & alii , quum heterodoxi , tum Catholici homines contenderunt , Clementis opinionem de peccato originis minus orthodoxam eſſe .

His addunt nonnulli ex eodem ſtromatum lib. 3. p. 445. ſub fin. verba haec „ eo- „ rum , qui ſunt ſanctificati , ſanctum quo- „ que , ut puto , ſemen eſt „ quibus putaſſe videtur *Clemens* , ſanctorum ſaltem hominum , vel Chriſtianorum filios peccati traducis penitus immunes naſci .

Multum negotii faceſſunt haec ſtromata Clementis vindicibus , ut eum ab hac labe alienum oſtendant . Priora verba pluribus pium in ſenſum inflectere adnituntur *Bellarm.* de amiſſ. grat. l. 4. c. 9. n. 2. *Nat. Alexand.* ad Sec. II. diſſ. 8. n. 8. *Nourryus* in adpar. t. 1. ubi de oper. Clem. Alex. diſſ. 2. art. 4. col. 982. ſqq. ubi ſimiliter poſteriorem textum ſtrenue vindicare pergit .

Porro haud facile adquieſcunt Eruditi horum vindicum interpretationibus . Ceterum ut ut ſit de ſermone Clementis plane lubrico & ſubdifficili ; haud minus difficulter alias credi poteſt , negaſſe ex animo Clementem peccati originis propagationem , quam conſtans Alexandrinae Eccleſiae traditio profitebatur , uti compertum eſt ex *Origene* Clementis diſcipulo , & ex *Athanaſio* , qui illam manifeſtiſſime docuerunt ; nempe *Origenes* l. 3. cont. Celſ. n. 69. p. m. 493. edit. Car. De Larue , & hom. 8. in Levit. n. 3. p. 230. edit. ejuſdem Caroli ; *Athanaſius* vero de incarnat . Verbi Dei n. 4. in tom. 1 par. 1. edit. Maurinae & alias . Lege *Nat. Alexandr.* cit. & *De Rubeis* in tr. de pecc. orig. cap. 22.

III. *Optatus* Afer Milevitanus Antiſtes in patrocinium cauſſae ſuae advocatur a Pelagianis, hac in medium prolata ejus ſententia (*l*) „ Quam-„ vis ab ipſis (parentibus, aut primis traditoribus) ad vos videatur „ hereditaria macula eſſe tranſmiſſa, tamen in hoc titulo non poteſtis „ rei eſſe cum patribus veſtris, ſecundum judicium Dei, qui loquutus „ eſt per Ezechielem Prophetam dicens, *anima patris mea eſt, & ani-„ ma filii mea eſt, anima quae peccat, ſola punietur*. Quae res jam & „ antiquis Seculis, in ipſis natalibus mundi comprobata eſt; nam non „ pertinuit ad Seth filium Adae, patris admiſſum.„ Seth itaque, ad ſenium Optati, in Adamo patre non peccavit. (*)

IV. *Cyrillus* Hieroſolymitanus Epiſcopus Socinianis creditur ſui erroris patronus, quod haec pronuntiaverit (*m*) „ diſce hoc quoque, „ priuſquam in hunc mundum anima veniat, nihil peccaſſe; ſed quum „ abſque peccato venerimus, nunc ex animi voluntate, atque arbitrio „ peccamus.„ (**)

V. *Gre-*

(*l*) Ex lib. 7. de ſchiſmate Donatiſtar. adverſ Parmenian. c. 1. non procul ab initio.

ADNOTATIO.

(*) VAria eſt de hoc libro 7. apud recentiores Scriptores opinio, quum *S. Hieronymus* in ſuo catalogo ſex duntaxat libros huic Optati commentario adſcripſerit. Genuinus ipſe Optati foetus eſt *Bellarmino*, *Poſſevino*, *Balduino*; addititius *Riveto*, *Nat. Alexandro*, *Dupinio*; dubius *Caveo*, aliiſque. *Merius Caſaubonus*, cui legitimus idem eſt, ad productum locum haec obſervat „ ad Optati verba quod adtinet, „ non ego is jam, qui gravius quidquam de „ viro ſancto pronuntiaverim. Id tantum „ dicam, vereri me, ne imprudenti & in-„ cauto illi haec exciderint, quae ſeverio-„ris examinis acrimoniam aegre ſuſtineant. „ Quare hanc aliis provinciam relinquo li-„ bens.„

Mitius vero, & adpoſite quidem, alii, qui hanc provinciam ſuſceperunt cum *Nat. Alexand.* ad Sec. IV. cap. 6. art. 16. ac *De Rubeis* proxime laud. cap. 24. n. 2. ita hunc textum Authoris, quiſquis ille fuerit, interpretantur, ut is ex contextu totius capitis, in quo de ſceleſtis ſacrorum codicum Traditoribus ſermo eſt, loquatur de peccato Adae perſonali, quod quidem Sethum ejus filium, ceu piiſſimum omnibus dilaudatum, peccatorem aut criminis ejuſdem reum minime conſtituit: quo plane exemplo demonſtrat, nec eorum filios Traditorum ſuorum patrum traditionis reos eſſe habendos.

Adde pro vero Optato, ſapienter ambigi non poſſe, tenuiſſe illud orthodoxum de peccato originis dogma, quod Africana ejus Eccleſia cum Cypriano & Auguſtino conſtanter retinuit ac profeſſa eſt: ac praeterea ipſum dogma luculenter Optatum in eodem adſeruiſſe commentario l. 2. cap. 10. ſub init. ex interpretatione *Dupinii*, *Albaſpinaei*, *Caſaubonii*, & l. 4. cap. 6. ſub init. eodem interprete *Albaſpinaeo*, cum adductis ex Optato locis conferendo.

(*m*) In Catecheſi 4. n. 13.

ADNOTATIO.

(**) SUnt qui cum *Riveto* Pictavienſi, Theologiae apud Batavos Lugdunenſes olim Profeſſore non incelebri, citatam Catecheſim, una cum ceteris XVII. quae vulgo circumferuntur, Cyrillo abjudicant; aut ſi minus id obtineri poteſt, ajunt eſſe miſere interpolatas, nonnulla ab eis detracta, quaedam ipſis adſuta: quae ſi quis teneat, nullo plane negotio Socinianis hominibus patronum adimet, utpote qui objecta verba non protulerit, vel cui manus inimica & interpolatrix in genuina catecheſi adfuerit.

Apa-

V. *Gregorius Nyſſenus* haec differte protulit (*n*) „ puellus, infans; „ ſimplex, omniſque malitiae expers; nullo etiamnum oculorum animi morbo participationi lucis officiente, in eo quod naturale eſt, „ verſatur, ſanitate, quae per purgationem contingit non indigens: „ quippe nec ab initio quidem prorſus in animum morbum admiſit. „ (*)

VI. *Joan. Chryſoſtomus* in patrocinium advocari conſuevit a Pelagianis, tam vetuſtis cum *Juliano* Antiſtite Eclanenſi (*o*) quam recentioribus cum *Jacobo Fabro* (*p*) quod ſaepius in ſuis commentariis Adamici peccati traducem manifeſte inficiari repertus ſit: e. c. hom. 10. in epiſt. ad Romanos, hom. 17. in epiſt. 1. ad Corinthios, hom. 39. in

Apage vero nugas; nec cuiquam audiendus cum adſeclis Rivetus; luce quippe meridiana clarius eſt, ſingulas haſce Catecheſes ſuum ſatis ſuperque prodere authorem Cyrillum, ac primaeve Eccleſiae ſimplicitatem orationis contextu quam pulcre referre: id quod pluribus docuerunt & illuſtrarunt earum vindices *Caveus*, *Nat. Alexander*, *Milleſius*, *Toutteeus*, pro eodem argumento laudati ſuperius in Tom. II. p. 454. Adnotat. II.

Jam vero quod propoſitum Cyrillianae Catecheſeos effatum nihil habeat cum errore Socinianorum commune, ex ſenſu & ſcopo ejuſdem orationis, quae de peccato, quod actione libera committitur, non autem originali loquitur, manifeſtiſſime depromitur.

Videlicet agit heic Author de anima, adſeritque credendam veritatem illi adverſam errori, quo ducti Origeniſtae, aliique putabant, animas dudum antequam illigarentur corporibus exſiſtentes, in peccata voluntaria cecidiſſe, quamobrem in corpora haec terreſtria, ut poenas luerent, fuiſſe relegatas. Ut autem Cyrillus oppoſitum dogma tenendum doceat, ait animas ſine peccato actione commiſſo in mundum veniſſe, quin peccati originis, de quo nulla huc loci quaeſtio, meminerit.

Neque vero credendus Author heic ipſum peccatum inficiari, quod ſaepius adeſſe novit, diſertiſque verbis profeſſus eſt: e. c. Catech. 12. n. 6. & Catech. 13. n. 1. & alias, procatech. quam nempe *Cyrillus* dixit in prima Quadrageſimae Dominica, n. 16. Conferendus *Toutteeus* in edit. Cyrilliana diſſ. 3. c. 6. n. 37. ſqq.

(*n*) In otat. ad Hierium de infantibus, qui praemature abripiuntur p. 761. in to. 2. oper. Interprete Laur. Sifano, de an. 1615.

ADNOTATIO.

(*) NOn niſi per ſummam injuriam hoc loci Nyſſenus noſter a grege Sociniano Pelagianiſmi reus traducitur, quum tota ejus oratio verſetur circa parvulos, iam baptiſmo ablutos, ſed praematura tamen ante uſuram rationis morte ſublatos; uti cuiquam illam percurrenti ad evidentiam liquet. Quidni ergo eos nuncupet omnis voluntariae malitiae expertes, nulloque vel ab initio infectos morbo, quem in animum voluntarie admiſerint? Heinc diſſertiſſime in eadem oratione Gregorius a ſuis adſertis infantes excipit, qui materno in utero ſine baptiſmo decedunt.

Idem Author pro peccato originis, ejuſdemque remedio, quod Chriſtus adtulit, luculentiſſimum teſtimonium Socinianis paratum reliquit in lib. de vita Moſis. Lege *Bertium* de pecc. orig. l. 13. c. 2. & cit. *De Rub.* c. 23., at prae primis citatos Nyſſeni commentarios.

(*o*) In libro 4. contra Auguſtinum ſub fin. ubi objicit Auguſtino textum, deſumtum ex hom. *quam de baptizatis habuit*, hoc eſt ex hom. ad Neophytos.

(*p*) In apologia ſuorum commentariorum in Paullum.

eandem epiſtolam, hom. 24. in epiſt. ad Epheſios, hom. ad Neophytos. (*)

VII. *S. Ambroſius* negavit aperte peccati traducem in comment. in epiſt. ad Romanos ad cap. 5. 12. inquiens ſuper *τὸ in quo omnes peccaverunt*, „ eſt & alia mors, quae ſecunda dicitur in gehenna, quam non „ peccato Adae patimur, ſed ejus occaſione propriis peccatis adquiri„ tur, a qua boni immunes ſunt, tantum quod in inferno erant, ſed „ ſuperiori, quaſi in libera, qui ad coelos adſcendere non poterant; „ ſententia enim tenebatur data in Adam, quod chirographum in de„ cretis morte Chriſti deletum eſt. „ (**)

VIII. *Theo-*

ADNOTATIO.

(*) INdicata Chryſoſtomi loca dedit *Sixt. Senenſis* in bibl. ſancta l. 6. adnot. 236. eaque deinde excripſit *Bellarm.* de amiſſ. grat. l. 4. c. 9. n. 8. ſqq.

Et vero S. Doctorem adlatis ex eodem variis teſtimoniis pro Dogmate peccati originalis iidem Scriptores ſtrenue ibidem in verum ſenſum interpretantur, purgant & vindicant poſt *Auguſtinum*.

Hic autem & lib. 1. prioris commentarii contra Julianum cap. 6. n. 22. col. 510. & rurſum l. 1. operis imperf. contra eundem Julianum cap. 52. col. 896. in tom. 10. edit. Maurinae, poſtquam multos ex Oriente & Occidente pro traduce peccati laudavit Patres, iis denique adjunxit Chryſoſtomum, citato ejus textu ex hom. de Lazaro reſuſcitato, ac in ſenſum Catholicum luculenter expoſito textu alio, quem Julianus objecerat.

Ecquis autem tantis Vindicibus & patronis pro Viro alias de fide ſanctorum Dogmatum benemerentiſſimo facillime non adquieverit? Eos ubi citantur conſule. Nec in hanc rem praetereundus *Baſſuetius* in defenſione Traditionis & SS. Patrum lib. 9. cap. 1. ſqq. uſque ad 14. nec item cit. *De Rubeis* c. 25. n. 2. nec denique *Lequien.* in l. 2. Joan. Damaſceni c. 30. notâ poſtremâ.

Quid vero, reponis, ubi videmus Heterodoxos, aut dubiae religionis viros huc pro Dogmate, illuc vero contra Dogma verba facere, illico contra ipſos definimus, pugnantia loqui, ſimpliciter adverſari Dogmati, Errones eſſe, quin dignemur nlla eos benigna interpretatione donare; quum vero adparet Chryſoſtomus, aut ſimilis alter Eccleſiae Doctor, pugnantia pariter differens in ſpeciem, ſcilicet pro Dogmate & contra Dogma, nobis erro non eſt, immo potius pia ubi opus eſt interpretatione donatus, indubius Dogmatis adſertor pronuntiatur?

Ceterum ratio diſcriminis in promtu eſt. Quippe ex laudabili quadam praeſcriptione nobis indubium eſt, egregios illos viros, fidei Dogmata, quae ex vetuſtiſſima univerſae Eccleſiae traditione certo conſtant, tenuiſſe: quo circa ubi lapſi videntur, ſi alias Dogma docuerint, ſeu de lapſu ad evidentiam urgeri nequeant, aequum eſt, ac ratio expoſcit, ut eorum orationem in ſanum ſenſum, ac Dogmati conſonum deducamus. Contra vero concludendum in ſcripta hominum alterius generis ac ſubleſtae fidei quis non videat?

ADNOTATIO.

(**) HAec eſt in Ambroſium Mediolanenſem Antiſtitem criminatio *Michaelis Serveti* Anabaptiſtae in locis communibus ap. laud. *Sixt. Senenſ.* l. 6. adnot. 238. quo nempe illum in patrocinium erroris ſuae ſectae vel invitum pertraheret.

Porro famoſi *Serveti* commentarium *de locis communibus* nec ipſe vidi, nec citatum reperio apud *Athanaſium* in hiſt. Socinianiſmi ad par. 2. cap. 3. p. 225. ſqq. ubi catalogum Servetanorum ſcriptorum contexuit, aut apud alium ex Haereſeologis, qui de Serveti factis & dictis ſermonem inſtituunt. Apud unum *Nat. Alexandr.* ad Sec. XVI. cap. 2. art. 13. §. 1. video nonnunquam notatos libros 4. Serveti de regeneratione, ſeu de baptiſmo, ubi

VIII. *Theodoretus* Cyrenſis Epiſcopus nonnulla incuſatur differuiſſe adverſus propagationem peccati Adamici in poſteros : e. c. in expoſitione Pſalmi L. ℣. 7. (*q*) adfirmare videtur peccatum Adae non pervaſiſſe poſteros niſi ratione occaſionis & exempli , ita ut nihil aliud fuerit peccatum Adae in nos transfuſum , quam incitatio quaedam ad peccandum , quae nos veluti per certos gradus ad peccandum inducit. Idem aperte videtur intendere in expoſitione Epiſtolae ad Roman. cap. 5. ℣. 12.

ubi tanquam in ſede propria intrudiſſe credi poteſt ſuum in traducem peccati errorem , Ambroſiano teſtimonio ſuffultum .

Et vero ut ut ſit de ejuſmodi opere , ejuſque Authore , fidem (duce *Bellarmino* mox laudato l. 4. c. 9. n. 3.) adhibeo *Six. Senenſi* , alias veraci & ſatis adcurato : ac e veſtigio palam facio portentoſam hallucinationem , ne fraudem dixerim Servetanam .

Principio enim petperam tractatus ille Mediolanenſi Ambroſio adſcribitur . Id quod fugit quidem Senenſem , non vero Bellarmi. num . Plane illum ab veteſtis inde temporibus pro vero Ambroſiano agnoverunt , citaruntque cum laude plurimi : ut puta Ivo Carnotenſ. Petrus Lombardus , Raban. Maurus , Hincmarus Remenſ. Eccleſia Lugdunenſis , Concil. Aquiſgranenſe III. Amalarius, Haymo , Caelius Sedulius denique , qui inclaruit an. circ. 432. Quin etiam apud editiones operum Ambroſii tanquam legitimum foetum , eundem pene hucuſque legimus .

Ceterum ex ſtilo , materia , ordine , adſertionibus , dogmatibus laudati commentarii , in ſuſpicionem ipſe primum vocatus , communi tandem Criticorum adſenſu certo ſuppoſititius cujuſpiam Ambroſiaſtris perantiqui , ac forte Ambroſio Synchroni , foetus habitus eſt .

Ita olim jure cenſuerunt Eraſmus , Maldonatus , Turrianus , Bellarminus , Poſſevinus ; hodieque itidem cenſent quotquot Critici audiunt , cum Caveo , Nat. Alexand. Dupinio , Maurinis Editoribus operum S. Ambroſii , quos lege ſis in t. 2. in adpendice , in admonitione in eadem ſpuria commentaria in XIII. epiſtolas Divi Paulli , quae proferunt p. 26. ſqq.

Deinde non niſi per inſolentiſſimam audaciam , ſummumque nefas potuit Servetus pro ſuo errore adferre Ambroſium illum , qui toties peccati traducem una cum ejus effectis catholice adſeruit ; illum inquam Ambroſium , cujus conſpicua pro ſancto dogmate teſtimonia non ſemel cum laude ingeminavit *Auguſtinus* , agens contra Julianum Eclanenſem cum priori in opere l. 1. c. 3. n. 10. , tum in altero , quod dicunt opus imperfectum , l. 1. c. 52.

Illum denique Ambroſium , quem idem Serveti proavus *Pelagius* Haereſiarches in l. 3. pro libero arbitrio hocce elogio dignatus eſt , teſte *Auguſt.* de grat. Chriſti contra Pelag. & Caeleſt. cap. 43. n. 47. in t. 10. edit. Maurinae col. 249.

„ Beatus Ambroſius Epiſcopus (inquit „ ille) in cujus praecipue libris Romana „ elucet fides , qui ſcriptorum inter Latinos „ flos quidam ſpecioſus enituit , cujus fidem „ & puriſſimum in Scripturis ſenſum , ne „ inimicus quidem auſus eſt reprehendere. „ Et hunc tamen Ambroſium in dogma quod ſacra Scriptura perſpicue ſtabiliit , Erronem fecerit ?

Poſtremo quicumque ille fuerit objecti commentarii Author , & quidquid ipſe in praefatis verbis intenderit (quemadmodum ſatis apte in rectum ſenſum exponuntur a citatis *Senenſi* & *Bellarm.*) at ibidem tamen proxime ſic pro traduce peccati praefatus ille eſt .

„ Manifeſtum itaque eſt in Adam om„ nes peccaſſe quaſi in maſſa ; ipſa enim per „ peccatum corruptus , quos genuit , omnes „ nati ſunt ſub peccato . Ex eo igitur cun„ ti peccatores , quia ex eo ipſo ſumus „ omnes ; hic enim beneficium Dei perdi„ dit , dum praevaricavit , indignus factus „ edere de arbore vitae , ut moreretur . „ Quid ergo ſubſequentia faſtoſe protulit Servetus , haec vero tacuit ? Haec hominis fraus & hallucinatio , prudenti cuiquam minime ferenda . Addenda iis , quae verus *S. Ambroſius* in confirmationem ſacri dogmatis vere , diſerteque conſcripſit in l. de poenit. c. 3. n. 3. & l. 2. de fide reſurrect. l. 2. n. 6. in altera demum Apolog. Davidis c. 12. n. 71.

(*q*) Pag. 595. ſq. in t. 1. ejus oper. edit. Pariſ. 1642.

¶. 12. (r) Tum in Epitome divin. decretor. cap. 11. (s) docuit, multos fuiſſe viros ſanctos, qui in lege naturae ab initio conditae viventes, Adae peccato non fuerunt obnoxii Fateri demum videtur in dialogo 3. qui *Impatibilis* inſcribitur (t) mortem non niſi ex peccatis actione commiſſis, aut ex natura Adami facta mortali per peccatum, prodiiſſe, nec poſteros eſſe illius noxae participes. (*)

IX. *Arnobius* vulgo *junior*, qui Seculo v. inclaruit, in expoſitione Pſalmorum ad Pſ. 1. ¶. 7. (u) negaſſe videatur cuiquam Adamici peccati traducem in haec verba „ Non enim dixit, cum iniquitatibus, „ aut cum peccatis concepit me mater; dicendo enim matrem in ſuis „ iniquitatibus eum concepiſſe, & in peccatis ſeculi peperiſſe ſignavit, „ quia omne peccatum corde concipitur & ore conſummatur. Hic autem qui naſcitur ſententiam Adae habet, peccatum vero ſuum non „ habet. „ (**)

X. *Pſeu-*

(r) Ad p. 41. ſq. in t. 3. oper.
(s) Pag. 280. ſub fin. in t. 4. oper.
(t) Pag. 132. in t. 4. ejus oper.

ADNOTATIO.

(*) INdicatas Theodoreti poſitiones benignis adjectis interpretationibus noſtrates vulgo protegunt cum laudatis *Six. Senen.* adnot. 237. *Bellarm.* l. 4. c. 9. *Nat. Alex.* ad Sec. v. diſſ. 21. a p. m. 295. *Boſſuet.* lib. 9. cap. 18. *Garner.* in Mar. Mercat. diſſ. 3. c. 4. *De Rubeis* c. 26. Et ipſi quidem ſibi rem conficere gratulantur.

Ego tamen iis Doctorum commentationibus adjiciendos duxero textus alios, quibus idem Author peccati traducem diſertiſſimo ſermone cuiquam adſerere videatur. Videlicet haec ſcripſit in cit. epitome div. decr. p. 280. ſq. „ divina autem miſe„ ricordia, quum omnes homines eſſent ſub „ maledicto, & peccati laqueis eſſent ir„ retiti, per unius juſtitiam dedit omnibus „ ſalutem. „

Tum paucis interjectis „ quando unus „ peccavit, omnes condemnati ſunt; nunc „ autem quum omnes peccaverint, omni„ bus volentibus ſalus propoſita eſt per fi„ dem. „

Rurſus ibidem „ ſalvamur, non lege, „ ſed miſericordia Dei ſalutem adipiſcen„ tes. Lex enim juſtitiae omnes ad ſuppli„ cium ducebat, omnes enim peccatores „ conſtituti ſumus. „

Inſuper in cit. dial. 3. eadem p. 132. differens de poena mortis, quam Adae poſteri ob ejus noxam incurrerant, ſic dialogico ritu proſequitur „ *Orthodoxus*. A pec„ cato igitur oppugnabatur hominum natu„ ra. Hoc enim in ſervitutem redigens ob„ ſequentes, & ad peſſimum patrem addu„ cebat, & acerbiſſimae proli tranſmitte„ bat. „

Sub iis itaque poſitionibus nitida elucet Theodoreti fides de ſancto Dogmate, ex canone nuper tradito pag. 348. Adnot. * quidquid fortaſſe alias minus caute perſcripſerit, quemadmodum & laudat. *Boſſuet.* merito ſuſpicatur.

(u) Pag. m. 65. edit. Baſileenſ. 1522.

ADNOTATIONES.

(**) I. INde hic Author excuſari poſſe videtur, quod per τὸ „ peccatum ſuum non habet „ ſubintelligat *ſuum*, hoc eſt perſonale ipſius, qui naſcitur, peccatum. Quem in modum eum exponi poſſe non dubitarunt laudati *Senenſis* l. 6. adnot. 237. *Bellarm.* cap. 9. n. 7. *Nat. Alex.* Sec. v. diſſ. 21. p. 297.

Et vero quum ex aliis capitibus in eodem Pſalmorum commentario videatur Arnobius

X. *Pseudo Justinus* in quaestionibus & responsionibus ad Orthodoxos haec decernit (*x*) „ atque illud (ex *Job.* 14. 5.) *quis enim mundus* „ *erit*

nobius Pelagianis favere , erit fortasse qui hoc loci pariter suspicetur , ut eisdem adstipuletur, negare in eo qui nascitur , peccatum *suum* , hoc est Adami , seu ab Adamo profectum & propagatum .

Quod vero Pelagiani erroris fuligine alias adspersi sint ejus commentarii , haud obscure liquet. Namque in Psalm. 90. p. 121. adfirmat , quod in arbitrio sit hominis , ut credat prius , ut dum crediderit , gratiam consequatur . In Psalmum deinde 91. p. 122. fert , probari non posse , quod Deus per electionem personae unum velit, alium recuset .

Tum in Psalmum 108. p. 153. aperte negat ceu haereticum, Deum alios praedestinasse ad benedictionem , alios ad maledictionem . Praeterea in Psal. 120. p. 178. rursum docet , salutem a nostris viribus dependere . Idem denique , ut plura id genus missa faciam , disputat in Psalmum 126. p. 182. Ergo ne saltem in dubium revocari possit , an verbis recitatis intenderit Arnobius Pelagiano dogmati suffragari ?

Nisi forte dixeris , eos errores decursu temporis e Pelagiano quopiam calamo in commentarios irrepsisse . Quae tamen excusatio , mea quidem opinione , haud raro fallit .

II. Quod hujus Arnobii personam , patriamque spectat , inter Eruditos de iis omnino non convenit . Jure creditur adversus Erasmum & Laurent. de la Barre in editione eorundem commentariorum non esse Arnobium illum Lactantii Magistrum , & scriptorem septem librorum contra gentes , sed alium integro fere Seculo juniorem , cujus scripta fortasse tanquam *apocrypha* decreto suo de libris apocryphis Gelasius Papa in Romana synodo censorio stigmate confixit.

Cujas vero fuerit , diligentius disputatur . Gallis , cum *Oudino* in supplem. ad Bellarm. in Arnobio juniore , & *Nat. Alex.* ad Sec. v. c. 4. art. 26. ipse Gallus est , adsentiente *Caveo* ubi de Arnobio juniore , in hist. liter. quoniam , inquiunt , commentarios suos super Psalmos dedicavit *Laurentio* & *Rustico Episcopis* , uti habemus heic p. 1. , ac deinde sine haesitatione conjectant , illum Laurentium esse Leontium Arelatensem Episcopum , Rusticum vero Narbonensem , qui sedebant an. circ. 460.

Quo tamen isti jure pro *Laurentio* substituant *Leontium* , non adsequor . Anne vero , permissa etiam hac fraude , seu crassa inadvertentia , Hispanus vir , Brittannus , Afer , aut alterius gentis , illis Episcopis literarum commercio familiaris , non poterat quam optime secundum naturam rerum ipsis amicitiae , vel urbanitatis gratia commentarios inscribere , quorum nempe hortatu illos exaraverat ?

Verum esto , Gentilibus suis opus inscripserit Arnobius . At enim in Africana Ecclesia plures reperio sub Seculum v. eorundem nominum Episcopos . Exempli gratia interfuerunt Concilio Carthaginensi contra Pelagianos an. 416. *Rustici* duo ; Concilio Carthag. VII. an. 419. *Laurentius* Icositanus , provinciae Mauritaniae Caesareensis legatus ; Conventui Carthaginensi an. 484. *Rusticus* Tipasensis e provincia Numidiae , & *Rusticus* Tercitanus e provincia Byzacena. (Eos excepimus e collectione Harduiniana ad eos annos .)

Potuit ergo Arnobius Afer ex probabiliore conjectura laudatis Africanis *Laurentio* & *Rustico* sua aetate florentibus commentarios nuncupare .

Haud itaque immerito , saltem ex hoc capite , Arnobium hunc adpellarunt Afrum *Joan. Frobenius* citati operis , ab Erasmo prodiit & emendati , Editor an. 1522. & *Sixt. Sen.* l. 4. p. 325. in Arnobio .

Quod si Gallus cum *Oudino* in supplem. ad biblioth. Bellarmini in Arnobio juniore , insistat , velitque Episcopum *Leontium* pro *Laurentio* , etiam Leontios habuit Africa sub Seculum v. e. g. in Conv. Carthag an. 484. *Leontium* Burcensem e provincia Numidiae , ac *Leontium* Decorianensem e Byzacena .

Porro citatus proxime *Senens.* ut ostendat Arnobium fuisse Augustino Synchronum, advocat Concilium Carthaginense , cui una cum Augustino interfuisse ait *Rusticum* quemdam & *Laurentium* Icositanum . Ego vero solum lego (apud Harduin.) in C. Carth. an. 416.

(*x*) In responsione ad quaest. LXXXVIII. p. m. 475. ex editione Benedictini sodalis e congregat. S. Mauri 1742.

„ *erit a ſorde* ? *Nemo certe , etiamſi vel una dies ſit vita illius ſuper ter-*
„ *ram* , nullo modo convenit infanti : vita enim pro vitae inſtituto po-
„ ſita eſt ; infans autem ut vitae inſtituto caret , ita & vita . „ (*)

XI. *Joan. Erigena* & *Scotus* dictus , gente Britannus , de quo varia varii (y) vehementer erroris incuſatur quod adſeruerit , in Adamo non peccaſſe naturae generalitatem , ſed uniuſcujuſque individuam voluntatem . En tibi Authoris verba (z) .

„ Non igitur in illo (*Adamo*) peccavit , quod in illo Deus crea-
„ vit , *in quo* tamen *omnes peccaverunt* (Rom. 5. 11.) ac per hoc in
„ ipſo omnes moriuntur & conſequenter omnes puniuntur . Proinde
„ rectiſſime creditur , quemadmodum in illo Deus generalem humani
„ generis creare voluit ſubſtantiam , ita & omnium hominum pro-
„ priam ſubſtituit voluntatem . Si enim in uno communis omnium &
„ corporalis & ſpiritualis naturae humanae plenitudo ſit conſtituta ,
„ neceſſario ei inerat ſingulorum voluntas propria : non itaque in eo
„ peccavit naturae generalitas , ſed unius cujuſque individua volun-
„ tas . „ Haec ille . (**) XII. *Pe-*

an. 416. Ruſticum , non autem Auguſtinum , ac in C. VII. Carth. an. 419. Auguſtinum & Laurentium , non vero Ruſticum .

Scito demum , hunc Arnobium in expoſitione Pſalmi 105. p. m. 145. ſeſe inter Presbyteros collocare .

ADNOTATIO.

(*) SCio equidem , textum hunc poſſe utcumque interpretari cum *Bertio* mox cit. aliiſque , ad mentem Authoris , de peccato perſonali actione commiſſo ; tum pro ſancto dogmate adduci quadantenus poſſe cum eodem *Bert.* ac *De Rubeis* cap. 24. n. 3. reſponſum ad quaeſtionem CII. Ecquid autem vindicemus , ceu dogmati haud nocentem , ſeu potius faventem hujus authoritatem Scriptoris , quem medullitus Pelagianum ſuus idem demonſtrat commentarius ? Et nemo unus quidem , reor , id noſtrum pronuntiatum dixerit temere effuſum , qui ſingulas eas quaeſtiones una cum reſponſionibus ſerio expendat , & cum dogmatis , ſenſiſque Pelagianae factionis conferat .

Porro ſi audias laudatum proxime *Sanmauraeum* Editorem in admonitione tractatui praefixa , Scriptor hic ex illo Syrorum numero fuit , quos *Mar. Mercator* in commonitorio teſtatur ſententia conjunctos fuiſſe cum Theodoro Mopſueſteno , Pelagianorum protoparente ; ejuſque aetas collocari poteſt in Seculo v. intra illud tempus , quod ab ejectis Pelagianis Epiſcopis ex ſuis Eccleſiis , ad turbas Neſtorianae haereſeos effluxit . Neſtorius vero an. 428. ſuae tragaediae initium fecit .

Ita doctiſſimus Sanmauraeus differit , nec ſpernendis quidem conjecturis ductus . Eum conſulere ne pigeat . Ut ut vero ſit de hiſce geſtis hiſtoricis , alias ſane perobſcuris , nobis ſufficiat Pelagianiſmum in paginis commentarii diſſeminatum perſenſiſſe , ut ejus ſubinde architecti auctoritatem jure minimi curemus .

(y) Ap. & cum *Oudin.* in comment. de Scriptoribus ad Secul. IX. & in ſupplement. in Joan. Scoto , *Ant. Arnoldo* de perpetuitate fidei realitatis corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia lib. in 12. par. 3. cap. 3. *Nat. Alex.* ad Sec. IX. diſſ. 14. *Cave* hiſt. lit. ad an. 858.

(z) In lib. de div. praedeſt. cap. 16. n. 3. quem recitat *Mauguin.* in ſuis fragmentis de praedeſt. t. 1. p. 172.

ADNOTATIO.

(**) HAnc itaque theſim , quam Authoris poſtrema exhibent verba , tanquam vix non impiam & a fide catholica deſciſcentem , quaſi nempe negaret peccati traducem , *S. Prudentius* , Trecenſis Epiſcopus , perſtrinxit in correctione libri

XII. *Petrus Abaelardus* in ſacrum de peccato originis dogma peccaſſe videtur. Quippe in libro *Scito te ipſum* cap. 14. haec ſcripſit „ ſed „ quum parvulos originale peccatum dicimus habere, vel nos omnes „ ſecundum Apoſtolum in Adam peccaſſe, tale eſt ac ſi diceretur, a „ peccato illius originem noſtrae poenae vel damnationis ſententiam „ incurriſſe. „ (*a*) Et haec quidem innuiſſe videtur in Epiſtola CLXXXVIII. (*b*) ad Epiſcopos & Cardinales Curiae Romanae Clarae-

libri Joan. Scoti de Praedeſtinat. cap. 16. p. 452. ap. cit. *Mauguin.*, tum *Florus* Eccleſiae Lugdunenſis nomine inter erroneas diſinitiones repoſuit, acerbeque oppugnavit in lib. adverſus erroneas diſinitiones Joan. Scoti Erigenae, cap. 16. ap. laud. *Mauguin.* p. 693.

Nat. Alex. proxime cit. diſs. 14. §. 4. eam numero vigeſimam primam producit in catalogo propoſitionum, quas in Joanne Prudentius & Florus reprehenderunt. Nullam ex ipſis propoſitionibus quas enumerat 36. aperta inurit cenſura: verum ex titulo paragraphi & ex animo Natalis adverſus doctrinam Erigenae ceu omnino heteroclitam & falſam, eas omnes, arbitror, dicere voluit erroneas.

Ergone (miſſis ad loca opportuniora lubricis quaeſtionibus, perſonam & doctrinam aliam Erigenae concernentibus) nobis haec ſua theſis ceu *erronea* reputanda, quamobrem inter Errones cubare ſuus Author cogendus? At minime gentium; quippe medullitus probabilem, immo ſaniorem Theologiam continet.

Quid autem ſanius, certiuſque, quam quod non niſi cujuſque individua voluntas peccare poſſit aut peccato originis, aut perſonali? quidquid vero nomine *naturae* veniat, ſi ab eo voluntatem exceperis, peccat minime.

Profecto ex aſſertis in Tract. I. Lib III. Cap. I. n. 215. p. 159. fuit Adam conſtitutus caput quoad animos viventium hominum, quatenus ejus voluntati illigavit Deus poſterorum omnium voluntates, non vero corpora.

Tum ex poſtmodum adferendis in hocce Lib. III. nulla alia eſt cauſſa moraliter efficiens peccati originis, ac voluntas Adae & poſterorum prout contenta in Adae voluntate. Nec deinceps aliud eſt penes poſteros, quam tranſgreſſio divini praecepti Adamo injuncti, aequipollenter aut interpretative profecta ab voluntatibus eorundem, voluntati Adami moraliter ſubcluſis.

Haec qui teneas, catholice ſentis, & ne latum quidem unguem a regula fidei abſcedis. Quid ergo erravit Erigena, ubi haec omnia virtute pronuntiavit?

Quod ſi Canonem in Tom. I. p. 353. ſuper propoſitione theologice erronea non neglexeris, haec illa propoſitio eſt, quae adverſatur doctrinae apud omnes Catholicos communi ſenſu indubitanter receptae. Ecquis autem Catholicus Doctor non teneat indubitanter, voluntates individuas hominum, non vero quidpiam aliud, in Adamo peccaſſe? Contra igitur erronee cogitant quicumque hac in re ſecus ac Erigena cenſeant.

At in eo, inquis, erravit Scotus, quod praemiſit, *non itaque in Adamo peccavit naturae generalitas*. Neque vero id ipſum fateor; quoniam ſub iis vocibus adpoſite ipſe comprehendit quidquid ſub nomine *naturae* eſſe in homine intelligitur, videlicet & animam & corpus; hoc autem nullatenus peccante, reſtat ut non peccarit naturae generalitas, ſed ſpecialitas, nempe anima, ſeu animae voluntas.

Si demum in hac quaeſtione ſecus Erigena, vocibuſque ad ſaniorem hunc ſenſum minus adcommodis mentem ſuam explicuerit, ut ſummum erit de voce quaeſtio, ipſeque probabitur (eſto) erraſſe philoſophice quoad modum loquendi; nequaquam vero theologice adverſus Dogma de traduce peccati. Jure itaque ab albo Errorum noſtrorum expungendus, quidquid incaſſum reclament *Prudentius*, *Florus*, *Nat. Alexander*; nimio fortaſſe diſputationis aeſtu abrepti in hominem, quem cetera ceu haereticum, ac non niſi haereſes procudentem audiebant.

(*a*) Librum ſub hoc titulo, erutum a *Bened. Boneto* O. B. ex Codice Ms. Monaſterii S. Emmerammi Ratisbonenſ. ejuſdem Ordinis, edidit *Bernard. Pezius* in theſauro noviſſ. anecdot. tom. 3. par. 2. p. 627. ſqq.

(*b*) Ap edit. Mabillonianam oper. S. Bernardi tom. 1. col. 181. ſq.

vallenſis Abbas *S. Bernardus*, inquiens „ Legite & (Abaelardi librum) „ qui inſcribitur *Scito te ipſum*, & animadvertite, quanta & ipſi ſil- „ veſcant ſegete ſacrilegiorum atque errorum: quid ſentiat... de ori- „ ginali peccato. „

Haec rurſum Abaelardus adſeruiſſe fertur „ ſciendum eſt, quod „ quum dicitur originale peccatum eſt in parvis, hoc dicitur pro poe- „ na temporali & aeterna, quae debetur eis ex culpa primi parentis... „ Similiter dicitur, in quo omnes peccaverunt: ideo ſcilicet quia ſemi- „ narium omnium erat in illo, qui peccavit. Non tamen inde prove- „ nit, quod omnes peccaſſent qui non erant; & qui non eſt, non „ peccat. „ (*c*)

Et vero Abaelardus ubi feliciter reſipuit, errorem in haec verba revocavit: *Ex Adam, in quo omnes peccavimus, tam culpam, quam poenam nos contraxiſſe adſero; quia illius peccatum noſtrorum quoque peccatorum omnium origo exſtitit atque cauſſa.* (*d*)

XIII. *Anonymi* ſub Seculum XII. ſtatuerunt, peccatum originis non modo ſecundum carnem traduci, ſed etiam ſecundum animam; putantes utique, non carnem duntaxat, ſed & animam ex traduce eſſe; atque adeo ex anima peccatrice infecta corruptione originali peccatricem animam trahi. *Hoc autem fides catholica reſpuit* apud *Magiſtrum* ſentent. qui errorem refert & confutat. (*e*)

XIV. *Anonymi de Schola Doctores* ſub idem Seculum arbitrati ſunt, peccatum originis nihil aliud eſſe, quam poenae reatum pro delicto Adami, hoc eſt debitum aut obnoxietatem, qua addicti ſumus & obnoxii temporaneo atque ſempiterno ſupplicio pro perſonali Adae peccato. Et in hac quidem ſententia peccatum originis nec culpa, nec poena eſt, ſed reatus duntaxat, vel obnoxietas; atque ea ratione peccatum illud dicitur eſſe in parvulis, quoniam ii pro primo Adae peccato rei ſunt poenae, quemadmodum pro peccato iniqui parentis ſecundum juſtitiam fori exſulant quandoque filii. (*)

XV. *Am-*

(*c*) Haec habemus in cap. 8. inter capitula haereſum Petri Abaelardi, quae Joan. Durandus Roma miſit ex mendoſo Codice Vaticano ad Mabillonium, qui ea praemiſit laudatae epiſtolae 190. S. Bernardi.

(*d*) In Apologia, ſeu confeſſione fidei Abaelardiana, tom. 1. ejuſdem operum edit. 1616. poſt praefat. Apologet.

(*e*) Lib. 2. diſt. 31. lit. *A.* & *B.*

ADNOTATIONES.

(*) I. OPinionem iſtam retulit, ac ut falſam pluribus confutavit idem *Magiſter* ſentent. 2. diſt. 30. Ipſam in comment. in eandem diſt. *erroneam* dixit, ac reprobavit *S. Thomas*.

Durandus vero nunquam non acutiſſimus juxta ac audaciſſimus, in ſimili commentario quaeſt. 3. ſententiam ipſam iis depingit coloribus, iiſque interpretamentis exponit, ut eandem re faciat, etſi nominatione diverſam, cum illa, quam idem Durandus §. 14. amplectitur; quae videlicet peccati originis notionem ſiſtit in abſentia juſtitiae originalis cum debito habendi eam & dignitate carendi eadem.

Et mox ſubjungit „ quod dignitatem „ alii (*quos nempe exagitarunt Magiſter ac* „ *S. Thomas*) nominant reatum, concor- „ dantes

XV. *Ambrosius Politus Catharinus*, Episcopus Minorien sis, & *Albertus Pighius* Campensis, duo clarissima orthodoxae doctrinae lumina, pessime audiunt apud plerosque omnes Doctores catholicos, ceu indubii Errones, nec obscure Tridentinae Synodo (*f*) injurii; quod nempe, quasi eorum, quos proximo Articulo memoravimus, suscitato errore, docuerint, peccatum originis re ipsa in Adamo peccatum fuisse, in ceteris vero per imputationem: tum nihil esse in parvulis, quod veram habeat rationem peccati, sed duntaxat reatus vel obnoxietatis. (*g*) (*)

„ dantes in re significata, sed differentes in „ nominatione: teneamus ergo rem quae „ ab omnibus tenetur communiter, & ver„ bosi, sententiosi, calumniosi & malitio„ si homines disputent de nominibus. „

Quibus plane, ut nemo non videt, pro. pudiose nimis carpit Meldensis Episcopus Magistrum & S. Thomam, quod eam perstrinxerint Anonymorum opinionem, re ipsa, prout ab illis proposita, & a binis primoribus Scholae luminibus intellecta est, aperte falsam & erroneam; quasi & modus ipse loquendi in gravioribus disceptationibus Theologo minime curandus sit.

Sed hanc tamen insolentiam Durandi nec ferre, nec silentio praetermittere licuit *Ambrosio Catharino*; hic enim in commentario de peccato originali disp. 4. & 5. in eam tanquam nimis injuriam Angelico Doctori, quem unice impetitum putat, aut meminit, acerrime, ac jure quidem optimo invehitur.

II. Hujus erroneae opinionis, ut sibilis Scholasticos infectetur, meminit *Jo. Franc. Buddeus* in instit. dogm. l. 3. c. 2. §. 14. p. m. 570. nec non alias nostrarum adsimiles innuit, quas jactat suos depulisse majores in Confessione Augustana, ubi adcuratam peccati originis definitionem, ex Augustino & Anselmo collectam tradidere.

Eccur autem sodes non meministi, Buddee, errorum etiam atque haeresum, quas olim e tuo grege sodales effutierant, e. c. *Jacobus Faber* Stapulensis, *Buzerus*, & alii quos nuper indicavimus? Cur prope innumeros hominum ex aliis sectis, tuae agnationis errores ejusdem generis tacuisti? Cur systemata satis heteroclita tui *Lutheri*, tui *Flacii*, tui *Kemnitii* non memorasti?

Quod si Majores tui Confessionistae ab hac doctrina de peccato originis Scholasticorum *corruptelas*, ut ais, depulerunt, & tuorum pariter confratrum corruptelas alias longe insigniores depulisse & castigasse nostros poteras indicare.

Deinde qui in laudato Magistro eum Scholasticorum errorem perlegisti, poteras haec primum ejus verba serio animadvertere: „ de hoc enim, inquit, (nempe de di„ finitione peccati originis) Sancti Docto„ res sub obscuritate loquuti sunt, atque „ Scholastici lectores varia senserunt. „ quo plane innuere voluit sapientissimus Magister, in tanta obscuritate summe difficulter tum temporis efferri potuisse adcuratam de tradu ce peccati descriptionem.

Praeterea quum tradis pauciorum Scholasticorum errorem, cur praeteris aliorum e Schola Doctorum, ac prae primis Magistri ac Thomae confutationem erroris, ipsisque receptam & illustratam, quae tibi placuit, Augustinianam definitionem? Sed tuae tamen caritati non Scholam vindicare, sed exsibilare succurrit.

Nec ea demum Augustanae Confessionis, quam nimis fastose jactas, definitio, peccati traducem constituens in concupiscentia & justitiae originalis absentia, tanti habita est a sapientibus, ut omnium calculos sibi adsciverit; quin immo illam pleraeque Scholae ceu illegitimam abnuunt, validisque argumentis convellunt.

(*f*) Ad sess. 5. ubi de peccato originali.

(*g*) Ita quidem *Catharin.* in opusc. de lapsu hominis & pecc. originali cap. 6. nec non *Pighius* in suis controversiis tractatis in comitiis Ratisponensibus, controv. 1. de pecc. originis.

ADNOTATIO.

(*) PRae ceteris *Bellarminus* de amiss. grat. l. 5. c. 16. Catharinum & Pighium insectatus est tanquam errones, & cum Tridentina Synodo haud obscure pugnan-

XVI. *Michaël Bajus* haec adſeruit comparate ad dogma de peccato originis. 1.° „ Ad rationem & definitionem peccati non pertinet voluntarium, nec definitionis quaeſtio eſt, ſed cauſſae originis, utrum omne peccatum debeat eſſe voluntarium (*h*) ... 2.° Unde peccatum originis vere habet rationem peccati ſine ulla relatione ac reſpectu ad voluntatem, a qua originem habet (*i*) ... 3.° peccatum originis eſt habituali parvuli voluntate voluntarium & habitualiter dominatur parvulo, eo quod non gerat contrarium voluntatis arbitrium.„ (*k*)

Tum 4.° „ & ex habituali voluntate dominante fit ut parvulus decedens ſine regenerationis Sacramento quando uſum rationis conſequutus eſt, actualiter Deum odio habeat, Deum blaſphemet & legi Dei repugnet (*l*) ... 5.° omne ſcelus ejus eſt conditionis, ut ſuum authorem & omnes poſteros eo modo inficere poſſit, quo infecit prima tranſgreſſio (*m*)... 6.° quantum eſt ex vi tranſgreſſionis tantum meritorum malorum a generante contrahunt qui cum mi-

gnantes. Ceterum fortaſſe non ita urgent Bellarminiana tela, ut nequeant pluribus ſolide retundi.

Praeterea, me judice, utriuſque adcuſati Scriptoris hac de re plane intricatiſſima commentarii & adſertiones benignius recipi poſſent, aut exponi. Nec juvat quidem, nec vacat prolixiores huc adtexere vindicias. Perlegant adcurate, quaeſo utriuſque commentarii doctrinam, poſitiones, argumenta perdocti quique & critici Theologi, eaque ſimul cum aliis hac de re opinionibus in Schola fat frequentibus conferant; & ſperaverim confidenter, eos in meam ſententiam facile conceſſuros.

Quid? quod Catharinus, vita functus an. 1554., norat optime ſenſum decreti Tridentini, quippe cujus prioribus ſeſſionibus ſaepius cum laude interfuit; quin tamen de ſua ſententia, primum edita ſub an. 1542. & ſaepius recuſa, a multis & adprime doctis ac bene Catholicis, ut idem teſtatur, mirifice adprobata, vel ne uno quidem apice quidquam revocarit.

Audi, precor, cenſuram perinſignis Theologi & Interpretis *Salmeronis*, qui etiam Tridentino interfuit, in cap. 5. ep. ad Rom. diſp. 46. ſub finem „ nullus neque doctius, neque ſolidius de hoc articulo (*nempe de peccato originis*) diſſeruit, meo judicio, atque Ambroſius Catharinus.„

Pighius inſuper, denatus, ſi *Poſſevino* fides, an. 1562., permodeſte ſuam profert adſertionem, paratus eam primus abjicere quamprimum aliam quis tulerit probabiliorem, certioremque. Sic ipſe in laudata controv. §. *Quia tamen*. fol. verſo m. 27. edit. Pariſ. 1549.

Pighium a certo errore vindicare videtur, Theologus quoque Tridentinus, *Dominicus Sotus* in l. 1. de nat. & grat. c. 9. ac praeterea *Vazq.* in 1. 2. t. 1. diſp. 32. cap. 2. opinionem Pighii & Catharini inter minus probabiles recenſet, minime vero inter erroneas.

Heic demum non agitur apud eos Authores de propagatione peccati in omnes Adami poſteros, quam Catholice profitentur; ſed de eadem propagatione, quatenus clarius & expeditius in tanta ſententiarum varietate definiri queat. Satius itaque fuerit tantos Viros benigniore ſaltem interpretatione donare.

(*h*) Eſt in Bulla Piana Propoſitio xlvi. ferturque eruta ex lib. Baji de peccato originis cap. 7. quemadmodum & quae proxime ſubſequitur.

(*i*) Eſt Prop. xlvii. vel potius pars altera propoſitionis quadrageſimae ſextae.

(*k*) Eſt Prop. xlviii, eruta ex eodem cap. 7. & ap. *Ripald.* in comment. cont. Bajum & Bajan. diſp. 1. cap. 5., etiam ex cap. 10. ejuſdem libri.

(*l*) Eſt Prop. xlix. ex eodem capite, ut ferunt, excerpta.

(*m*) Eſt Prop. li. ex cap. 13. ipſius libri ap. cit. *Ripald.*

„ minoribus naſcuntur vitiis, quam qui cum majoribus (*n*) ... 7.° „ nemo praeter Chriſtum eſt ſine peccato originis: heinc B. Virgo „ mortua eſt propter peccatum ex Adam contractum, omneſque ejus „ adflictiones in hac vita, ſicut aliorum juſtorum, fuerunt ultiones „ peccati actualis, vel originalis.„ (*o*) (*)

XVII. *Ri-*

(*n*) Eſt Prop. LIII. depromta ex ipſo lib. c. 2.

(*o*) Eſt Prop. LXXIII.

ADNOTATIONES.

(*) I. QUid circa haec doctrinae capita, quin exorbites a ſenſu catholico ſuſtinere poſſis, paucis tradidit *Facultas Theologiae Lovanienſis* in brevi explicatione doctrinae, quam poſtulare viſa eſt damnatio articulorum Pianae Bullae, cap. 7. p. 171. ſq. ap. *Bajana*, quae cum ceteris Baji opuſculis famigeratus ille *Gabriel Gerberonius*, ut ſuae Janſenianae cauſſae ſuppetias ferret, edenda curavit Coloniae Agrippinae *1696.*, vel potius fictis Colonienſibus typis in Hollandia, ubi e Gallia profugus & apoſtata delitescebat, ut monet *Laderch.* ad an. 1567. p. 367., adjectis paſſim notis & animadverſionibus e *penu ſuo*.

Sed & ad ſingulos quoque articulos (ſicut & ad ceteros in eodem diplomate proſcriptos) ſubjectis adnotationibus ordine reſpondit *Bajus* in apologia miſſa ad *S. Pium V.* ſub an. 1569. 8. Jan. & brevius in Apologia altera conſcripta ad Cardinal. Simonetam ap. cit. *Bajana* a p. 80. & p. 131. ſqq.

Jam ubi reſpondet ad propoſita capita pagg. 105. 106. 108. eorum doctrinam tanquam a ſe intellectam in ſenſu catholico exponere adnititur, at graviter identidem conqueritur, ea ab adverſariis, a quibus ad ſummum Pontificem perſtringenda cenſuris delata ſunt, male collecta eſſe ex ſuo libro de peccato originis, ſiniſtreque adulterata.

Et hoc quidem (ut ut ſit de doctrina, quam ibi explicat Author, ne prolixiorem diſſertationem inſtituere cogamur) ultro fatendum eſt cuicumque perdiligenter evolventi expendentique citata Bajani libelli de peccato originis loca, e quibus excerpta vulgo feruntur haec capita, quae propterea non Bajo, ſed alii, vel aliis authoribus adpingi debeant.

Quod pertinet ad articulum 7.° loco poſitum, fatetur laudat. *Ripal.* eum in bajanis libris deſiderari, ac idem Bajus ingenue adfirmat in reſponſione ad p. 121. in *Bajanis*, ſe antehac eam quaeſtionem nunquam diſputaſſe.

Alias quidem hic idem articulus inter alios XVII. ipſi imputatus, hac ſub finem adjecta deductione „ unde Job paſſus eſt & „ omnes martyres propter ſua peccata „ a Facultate Theologica Pariſienſi an. 1560. 27. Jun. hac cenſura confixus eſt „ haec propoſitio pro omnibus ſuis partibus eſt haeretica, & B. Mariae ſanctiſque omnibus „ injurioſa „ ap. *Bajana* p. 6. & 26. (De cenſuris ejuſmodi decreti plura inferius in Proluſ. de grat. juſtificante Tom. V.) Bajus tamen illico hanc inter alias cenſuram ex eo etiam capite confutavit ex *Bajanis* p. 26. ſqq., quod propoſitio adſerens, B. Virginem peccati originis labe conceptam eſſe, minime ceu haeretica ſit damnanda. Ecquis autem propterea Bajum jure carpſerit?

Porro ubi diſputatur, an Ss. Deipara maculam peccati originis contraxerit, duplex adferri poſſet opinio e diametro adverſa. Prima quidem ſuſtinuit olim cum *Vincentio Bandello*, ſententiam negantem eſſe impiam, blaſphemam, haereticam. Altera vero contra docuit cum *Academicis Pariſienſibus* adverſus Joan. Maldonatum, cui praeiverat Bajus, adfirmantem ſententiam eſſe haereticam, utpote fidei orthodoxae prorſus adverſam.

Verum utraque plane fallit, quum in hanc controverſiam nihil hucuſque manifeſte definierit Eccleſia; eſto nonnulli ſummi Hierarchae Bandellianam opinionem vel aperte, vel virtute perſtrinxerint. Recole quae in hanc rem *ſuperius* diſſeruimus in Tom. I. p. 24. ſqq.

II. Sane propoſitiones univerſae, quas primum proſcripſerat Piana Bulla, cui initium *Ex omnibus*, vulgo adſcribuntur Bajo tanquam omnium authori, & nos quidem cum vulgo perfrequenter loquuti ſumus ubi de proſcriptis ejuſmodi articulis hucuſque inciderat ſermo.

Re ipſa tamen ex mox indicatis nec

omnes

XVII. *Ricardus Simonius*, natu Gallus, Oratorii Berullani alumnus, fato functus 1712. 11. April. septuagenario major, tanquam intemerarios, ex *Bajanis* p. 195; non autem ab uno exceptae Bajo, verum etiam a Joan. Hesselio, & a quibusdam regularibus Doctoribus, qui eas vel in libris editis, vel in codicibus in schola dictatis, vel voce tenus in publicis disputationibus effutierant, ut conjicere licet ex epist. Cardinalis Granvellani ad Philip. II. Hispan. Regem, quae exstat ap. *Duchesn.* in hist. Bajanismi, in append. n. 3. p. 6. qui & nobiscum sentit in l. 1. hist. §. 38. p. 87.

omnes protulerat Bajus, nec omnes in Bajo damnati sunt. Id quod praeterea comprobant apertissime Bullae verba, quae in exordio sic habent „ magno etenim moerore „ adficimur, quod plerique spectatae alio „ quin probitatis & doctrinae in varias sen„ tentias offensionis & periculi plenas tum „ verbo, tum scriptis prorumpunt, deque „ eis etiam in scholis invicem controver„ santur, cujusmodi sunt sequentes „ .... Ac dein sub finem Bullae loquitur Pontifex, non de uno, sed de pluribus earum, quas recitavit, thesium „ adsertoribus. „

Adde, quod permultae, praeter eas quas modo adtulimus, positiones in Bulla expressae nec quoad verbum, nec quoad sensum exstent inter opuscula Baji, quemadmodum hic idem in citatis apologiis ad Pium V. & ad Cardin. Simonetam saepius adseveranter, & merito quidem, reposuit.

Quin & ipse Author in sua confessione, seu errorum revocatione sub an. 1580. 24. Mart. ex *Bajanis* p. 152. fatetur „ plurimas „ ex damnatis a Pio sententiis tenuisse ac in lucem edidisse; at omnes si tenuisset, vel edidisset, plane „ omnes „ dixisset.

Docemur praeterea ex *Bajanis* p. 142. in Codice Ms. qui praefert explicationem articulorum a Pio V. damnatorum a Mich. Bajo Lovanii in Scholis Theologorum facta sub an. 1570. haec perscibi „ ad falsos „ articulos sic dicit, *haec sine dubio falsa* „ *sunt & recte damnantur, sed non sunt mea:* „ *haec nunquam cogitavi, nec in libris meis* „ *invenietis*. „

Ex iis vero minus caute *Ripalda* in cit. comment. disp. 1. sect. 1. n. C. p. 23. & *Laderch.* ad an. 1567. n. 24. p. 367. censuerunt cum vulgo, eos omnes articulos, utpote repertos in opusculis Baji, vel istorum doctrinae adprime consentaneos, in Bajo configi: ut ut enim id fuerit, praeadlata documenta judicio istorum Scriptorum apertissime refragantur.

Delatae quidem sunt circa an. 1564. a Judoco Tilerano collectae, opera cujusdam P. Godefridi Leodii Minoritae, ad Sedem Apostolicam, tanquam censura dignae propositiones illae, dum fervebant in Academia Lovaniensi contentiones circa doctrinam Baji, inter hunc ejusque adsectas, & alios adversariis publicis disputationibus effutierant, ut conjicere licet ex epist. Cardinalis Granvellani ad Philip. II. Hispan. Regem, quae exstat ap. *Duchesn.* in hist. Bajanismi, in append. n. 3. p. 6. qui & nobiscum sentit in l. 1. hist. §. 38. p. 87.

Diversis itaque authoribus ipsae jure adpingendae, quantumvis maximam partem, ut reor, Bajum spectent, seu doctrinam ab eo primitus evulgatam; quidquid contra suadere connitatur cit. *Gerberon.* in Bajanis p. 224. sqq. Indeque putaverim factum esse, ut universae Bullae theses Bajo vulgo adjudicentur proscriptae; eo maxime quod ab eo duntaxat Romanus Pontifex quaesierit ac obtinuerit proscriptarum thesium palinodiam.

Quod autem Bajus cum aliis novam Lovanii doctrinam sparserit, atque orthodoxis dogmatis parum consonam, ideoque a pluribus doctoribus enixis viribus oppugnatam, testatissimum faciunt *Andreas Fabritius* Ducis Bavariae apud Sedem Apostolicam Orator, & *Bellarminus* in quodam processu autographo ap. *Laderch* ad an. 1567. p. 365. sqq.

Audi *Fabritium*, juratum testem „ Anno 1551. Michaël Bajus, Theologiae Magister, una cum Joan. Hessels, quo tempore praecipui Theologi Academiae Lovaniensis ad secundam congregationem C. Tridentini profecti erant, coeperunt in vulgus spargere nova religionis dogmata & abstrusas quasdam opiniones, quibus Lutheranorum secta plurimum adjuvari videtur „ Enarrat insuper aliquos Bajanae doctrinae naevos a variis Academiis perstrictos & ab adversariis in publicis concertationibus confutatos.

Adcedit *Bellarmin.* haec adtestans „ Ante annos circ. 30. coepit Lovanii nova quaedam doctrina de gratia, justificatione, meritis operum, aliisque id genus argumentis. Author primus fuit Doctor Michaël Baji, qui etiam hodie supersit. Is adjunxit sibi Jo. a Lovanio, qui novam illam doctrinam mirabiliter auxit. Eos sequuti sunt Thomas Gozaeus, alii„ que nonnulli ex novis Magistris, ex qui„ bus

temperantioris critices homo pleriſque carpitur , quod (*p*) orthodoxam Eccleſiae fidem de peccato originis plurimum adtenuare , aut plane labefactare videatur , (*q*) Quippe traditionem interrumpit ; Patribus errores dogmati oppoſitos adfingit , puta Clem. Alexandrino , Chryſoſtomo , Theodoreto , aliis ; argumenta , quibus Auguſtinus contra Pelagianos pugnabat pro dogmate ceu non concludentia parvi facit ; celebrem illum textum ex Rom. 5. 14. *in quo omnes peccaverunt* , prout

„ bus unus .... Joan. Lenſaeus .... Oppoſue-
„ runt ſe novis illis opinionibus D. Ruar-
„ dus Tapper Decanus .... Judocus Tileta-
„ nus , Cunerus Petri .... Euthychius Leo-
„ dius Franciſcanus & ſi qui ſunt alii .... „

Habes ergo , adcepta a Bajo origine , novitatem theſium a ſancta Sede proſcriptarum ; quas propterea facile fieri potuit, ut, etiam nihil diſerte adſerente Bajo , ad eum ipſum omnes Sapientum exiſtimatio , vel ſuſpicio revocarit .

Ex hiſce praeterea graviſſimis documentis , quae in Bajinis porro deſiderantur , ſubverti funditus videntur ea molimina vindiciarum , quibus Gerberonius ille in adverſarios Baji , immo in Apoſtolicam Sedem , ceteroſque ſui delicii cenſores impudentiſſimus juxta ac ferociſſimus , Bajum ſanioris doctrinae magiſtrum , nullaque ferme erroris labe pollutum ſuo tamdiu proſcripto commentario commonſtrare conatur . Quo videlicet deperditam cauſſam ſuam Janſenianam infirmiori hoc ſuffulciat patrocinio .

Exploratum quippe eſt ex multis teſtibus , ſi fides *Ducheſnio* l. 4. §. 22. p. 301. , Janſenium commentarios theologicos primum praenotaſſe *Apologia Baji* , quod poſtea, ne odio eſſent Romanae curiae , in titulum illum *Auguſtinus* commutavit .

Nullum profecto non movet lapidem Gerberonius ut Heroem ſuum ad aſtra efferat . Inſignem ejus pietatem extollit , ingenium mirum in modum evehit , eruditionem percelebrat , merita erga Eccleſiam Chriſti commendat , doctrinae orthodoxiam illibatam deprаedicat .

Quid tum vero ? Et nos perplures dotes in Bajo amamus , ubi haec ingenue proferentem in autographo mox citato *Bellarminum* audimus „ Vir eſt praedictus Michaël „ magno ingenio praeditus , & in D. Au- „ guſtini lectione maxime verſatus (fertur „ univerſa ejus opera novies perlegiſſe) ad „ haec prudentiam , pietatem & humilita- „ tem ſingularem praeſefert „ Nec diſſimilia quidem de Bajo encomia protulerunt *Opmerus* in Chronolog. ad an. 1589. *Svvertius* in nomenclatore ſcriptor. infer. Germaniae , *Miraeus* in elogiis belgicis ubi de Mich. Bajo , *Valer. Andreas* in biblioth. belgica .

Novimus itidem , plauſuque collaudamus ejus in eccleſiam merita , praeter alia , ob erudita opuſcula , quibus orthodoxa dogmata peracriter ac feliciter propugnavit adverſus Calvinum , ejuſque adſeclam Philipp. Marnixium Sanctaldegondum .

Ceterum quantum ad orthodoxiam , eam ipſe humanitus olim temeratam fuiſſe proteſtatus eſt in ſincera errorum Confeſſione per haec verba „ Fateor inſuper pluri- „ mas ex iiſdem ſententiis (in Piana Bulla „ proſcriptis) in nonnullis libellis a me „ olim , & ante emanatam Sedis Apoſtoli- „ cae ſuper eis cenſuram , conſcriptis & in „ lucem editis contineri & defendi , etiam „ in eo ſenſu in quo reprobantur . Deni- „ que declaro me impraeſentiarum ab iis „ omnibus recedere , & damnationi a ſan- „ cta Sede factae adquieſcere , neque poſt- „ hac ullam earum docere aut defendere „ velle „ Ergo & ſuo Heroi adquieſcat Gerberonius .

Plura ſuperſunt in polemicam cauſſam Bajanam diſperſe diſſerenda ubi occurrerint alii referendi errores in Piano diplomate confixi . Conferendi interea , ſi vacat & licet , *Ripal.* cit. in prooem. diſp. 1. 2. *Ladereh.* cit. an. 1567. p. 364. ſqq. *Livin. Meyer* hiſt. controv. de auxil. l. 1. c. 16. a p. 49. & l. 6. c. 25. a p. 718. *De Camps* de haer. Janſ. l. 2. diſp. 1. c. 3. & diſp. 2. cap. 9. & 10. *Ducheſn.* cit. l. 1. & 2. *Pluchius* in hiſt. haer. art. *Bajus*. una cum Editore Italo *Contin.*

(*p*) In hiſtor. critica de praecipuis novi Teſtamenti Interpretibus cap. 7. & alias.

(*q*) Eum prae ceteris acerrime redarguit *Boſſuetus* in defenſione traditionis & SS. Patrum , in tom. 15. ejus operum noviſſimae editionis de an. 1767. lib. 5. c. 3. & l. 7. c. 7. 10. 11. ſqq. & l. 9. fere per tot. & alias .

prout habent Verſio vulgata & antiqua Itala, prae vocibus illis *in quo*, quae peccati traducem aperte evincunt, totus ille eſt ut inducat verſionem *quatenus*, *quia*, *eo quod*, utpote quae ad pelagianum ſenſum facilius detorqueri poteſt; & quod caput eſt, adoptare arguitur recentium Hypercriticorum, Grotio duce, ſententiam, quod nempe ex lapſu Adae peccatum non contraximus, ſed poenam duntaxat. (*)

At manum de tabula. Ad quaeſtiones theologicas diſcutiendas tempus eſt ut convertamur.

ADNOTATIONES.

(*) I. HAec omnia pluraque idem argumentum concernentia in laudato commentario adſerit & prolixa oratione inſectatur doctiſſimus Praeſul Meldenſis; ac Ricardum ſubinde tanquam Pelagianiſmi & Socinianiſmi fautorem certum, proclamat, indubiumque Erronem in dogma de peccato originis.

Profecto (niſi mea fallit memoria & diligentia) nuſquam Simonius in ſuo tractatu diſerte negavit peccatum originis, aut quidquam ex propria ſententia conſtituit contra veram rationem ejus peccati, ipſiuſque propagationem; nec uſquam in ſuo Boſſuetius vel unum decretorium adtulit textum ex Simonio, qui oppoſitum ad evidentiam concluderet; ſed ea duntaxat produxit argumenta, quae id ipſum, mea opinione, probabiliter utcumque ſuaderent, minime vero perſuaderent, ac manifeſte convincerent.

Eſto ſiquidem vera ſint quae nuper dedimus ex Boſſuetio contra Simonium; hic nihilominus potuit ſimpliciter tenere dogma de peccato originis, aliorum ductus authoritate Patrum, aliis ſacri codicis textibus, aliis univerſae Eccleſiae traditionibus aut definitionibus, quin propterea de conſenſu cum recentibus Hypercriticis evidenti demonſtratione redargui poſſit. (Recole ſuperius dicta ubi de Iraſmo p. 342. in Adnot.) Ex iis vero fortaſſe quiſpiam ſenſerit, Simonium haud certis Erronibus adcenſendum eſſe, ſed ut ſummum ſuſpectis vehementer de errore in ſanctum dogma.

Ego vero, ſi quid adſequor, pene dixerim, heic Simonium (ſicut & alias in editis commentariis) potius audacem, ac ſummopere intemperantem criticum & ignarum theologum, quam tenacem acatholicum ſeſe oſtendere. Compertum quippe eſt apud Eruditos, eum linguarum orientalium peritiſſimum quidem, Theologiae vero perparum callentem fuiſſe: tum in ſcriptis res theologicas & biblicas concernentibus quaeſtiones intricare, inepta dubia in ſublimiora myſteria ingerere, horum probationes adtenuare, vel eludere, traditionis certitudinem infirmare, Patres paſſim reprehendere atque ex tripode judicare, Proteſtantium interpretationibus inhaerere, doctrinae integritatem ac perpetuitatem ambiguam reddere, Occidentales Patres cum Orientalibus pugnantes exhibere. Quare id genus opera ab Judicibus Romanis nigro theta inuſta ſunt.

Haec vero omnia potius gloriolae magni Critici, quam intemperantiſſime ambiebat, ac ignorantiae de rebus theologicis tribuetem, quam haereſi obfirmato animo adſertae. Merito tamen caſtigandus eſt, itidemque demonſtrandae ejuſdem inſcitia, audacia, impudentia; immo ejuſmodi commentariorum lectio non niſi piis, doctis, cautiſque lectoribus committenda.

II. Diſſertationem hanc de Erronibus circa traducem peccati retractabimus *infra*, ſi Deus dederit, ubi de Sacramento Baptiſmatis.

CA-

CAPUT PRIMUM.

De perſonali Adami Lapſu.

§. I.

De lege Adamo injuncta.

589 QUAESTIO I. Quodnam mandatum praecipuum Deus Adamo injunxerit? ADSERO. Ex *Geneſi* 2. *Praecepitque ei dicens, ex omni ligno Paradiſi comedes* (en Dei liberalitatem, & ſufficientiam aliorum fructuum ad congruam hominis ſubſtentationem) *de ligno autem Scientiae boni, & mali ne comedas* (en proprie & ex integro praeceptum) *in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris* (en comminationem). Haec autem duo oſtendit, nimirum, quod graviſſimum fuerit praeceptum illud, & ſub gravi reatu obligans, uti aperte colligas ex gravitate poenae, ſeu potius materiae ac finis praecepti; & quod unica comedendi actio ſatis ſuperque fuerit ad gravem praecepti tranſgreſſionem (*r*). QUAESTIONES DOGM. SCHOL.

590 QUAESTIO II. Quae ratio formalis praecepti? ADSERO. Praecipua, ſeu tota ratio fuit obedientia erga Deum, ſuique praecepti recognitio. Quia latum eſt ad probandum Protoparentis obedientiam, & ejus valorem judicandum in hac re ſingillatim. Ita ſentiunt *Chryſoſt.* (*s*) *Auguſtin.* (*t*) *Gregor.* M. (*u*) *Rupert.* (*x*) *Thom.* (*y*) Et quidem licet praeceptum forte ligaret ratione alterius virtutis, e.g. temperantiae, ſeu juſtitiae; tamen gravis obligatio vel tantum, vel praecipue, ac proxime ex ratione obedientiae orta eſt; nam ſi praecepti tranſgreſſio ſub una ratione gulae, vel furti conſideretur, abs dubio eſt de re levi.

OBJECTIONES.

591 Obj. Nec tota, nec praecipua ratio praecepti fuit obedientia. Nam 1.° poterat Deus multa alia praecipere, in quibus non minus oſtenderetur divinum dominium, & obedientia commendaretur. Immo per omnia alia praecepta naturae, & gratiae, quin etiam ex receptis beneficiis poterat homo ſe Deo ſubditum recognoſcere: ergo ex alio fine hoc praeceptum adcepit. 2.° congruentius eſt, & negotii excellentia dignius, quod praeceptum impoſitum fuerit ad exercitium fidei, ſpei, & caritatis, ut putat Rupert. (*z*). 3.° leges poſitivae conſtituunt medium in materia virtutum: adeoque faciunt, ut ſpe-

(*r*) Conf. *Bellarm.* de amiſſ. grat. & ſtatu peccati l. 3. c. 1. & *Suar.* de Oper. 6. dier. l. 3. c. 21.
(*s*) Hom. 14. in Geneſ.
(*t*) Lib. 8. Gen. ad lit. c. 6.
(*u*) Lib. 35. Moral. c. 13.
(*x*) Lib. 2. in Gen. c. 30.
(*y*) I. 2. q. 102. a. 1. ad 2.
(*z*) Lib. 2. in Gen. c. 31.

cifica obligatio praecepti ad illam virtutem pertineat, quae in tali materia verſatur; at in materia praecepti Adamitici duplex virtutis ratio reperitur, nempe juſtitiae, a qua defecit Adam, conſumens fructum non ſuum, invito Domino; tumque temperantiae, a qua pariter defecit, edens fructum vetitum, gula devictus: ergo ratio praecepti illius, praeter obedientiam, quae eſt ratio generica pro quavis lege, fuit ſpecifica ratio juſtitiae, & temperantiae.

592 R. N. *Adſ.* Ad 1. prob. *N. Con.* quia interdum tota ratio facti eſt voluntas facientis, quae ſaepe nos latet. At congruum fuit opponi praeceptum in tali materia, quae ex ſola tranſgreſſione voluntatis Dei prava eſſet; heic enim oſtenditur inobedientiae pravitas, nam ex ſola ratione obedientiae abſtinere bonum fuit, & comedere malum, quod tale alias non eſſet ſecluſa prohibitione. Ad 2. *N. Adſ.* Nulla ratione probatur illa major congruentia. Probatio obedientiae erga ſuum Conditorem fuit motivum ſatis dignum primo praecepto, quo Deus hominem adſtrinxit. Ad 3: obligatio, ſicut & finis legum pendet a voluntate legislatoris, qui in hac, vel illa virtutis materia medium ponit prout rationabiliter vult; Deus autem, eſto intenderit per praeceptum Adae juſtitiam, & temperantiam, primario tamen intendit obedientiam, dum ei oſtendit ſuam vim legislatricem, & coercitivam (*a*).

593 QUAESTIO III. Num id praeceptum habeat rationem propriae legis? AFFIRMO cum *Tertulliano*, qui (*b*) praeceptum illud *primordialem legem* cordatiſſime nuncupavit. Etenim (*c*) non fuit perſonale tantum, ſed commune: ſoli Adae quidem revelatum, ſed tanquam lex perpetua, & generalis, ligatura inſimul Evam, & omnes ſuos poſteros, in ſtatu innocentiae naſcituros, ſi perduraſſet. Haec autem lex qua talis, aeque, & eodem modo obſtrinxit Adamum, & poſteros; hos ſcilicet pro ſuo tempore, quum capaces eſſent praecepti: adeo ut & Adam potuiſſet alias perſonaliter delinquere, quin iſtud peccatum incurriſſent poſteri; ac itidem iſti, Adamo non peccante, ſi comediſſent ſcienter de ligno vetito, legem violaſſent.

594 Adde, quod ex *Rom.* 5. *omnes in Adam peccaverunt*: omnibus itaque in Adamo impoſita eſt lex, quam tranſgredientes peccaverunt omnes. Porro Deus injungens Abrahae praeceptum circunciſionis, addidit, *& filii tui*, non vero imponens Adae mandatum, de quo diſſerimus, per verba, *ne comedas*, & *in quocumque die comederis* &c. ubi nulla fit mentio de filiis; quoniam Abraham perſona erat particularis, Adam vero generalis. Heinc.

595 QUAESTIO IV. Num lex iſta peculiare pactum inter Deum, & humanum genus imbiberit, quatenus reſpexit Adamum ceu caput totius

(*a*) Conſulitor *Arriaga* heic de Oper. 6. dier. d. 44. ſ. 3.

(*b*) In lib. cont. Judaeos cap. 1.

(*c*) Conſentiente *Suar.* proxime cit. n. 17.

totius generis, prout in eo virtute continebatur. ADSERO 1. Vere hoc pactum Dei cum Adamo interfuit, scilicet de conservanda sibi, & posteris Justitia originali, si obediret; de amittenda vero, si praevaricaretur: quo satis perspicue habetur (quod alias explicatu difficillimum est) Adae voluntatem reputatam esse moraliter omnium posterorum voluntatem. Favent *sacrae Literae* v. c. ex *Gen.* 17. 14. interprete *August.* (*d*) *Osea* 6. 8. secundum expositionem *Hieron.* (*e*) *Eccl.* 15. 16. & 17. 10. Tum *PP.* cum *Aug.* & *Hieron.* mox laudatis, ac rursum *Aug.* (*f*) *Orig.* (*g*) *Basil.* (*h*) *Ambros.* (*i*) *Fulgentio* demum, ita pro omnibus loquente (*k*) *omnes testamentum Dei transgressi fuimus, transgrediente primo parente*. Inter Scholasticos vero nostros primus hujusce pacti adiertor dicitur *Scotus* a Suarezio, *Durandus* a Catharino. Ipsum deinceps tanquam verisimillimum propuguarunt plurimi (*l*).

596 Porro tale pactum, seu foedus postulabat non modo Dei bonitas, quae non potuit sese commodius exserere, quam hominem sibi parentem ad se propius recipiendo, & communione sua beando; sed & ipsius hominis, ac felicitatis adpetitus, ipsius cordi a summo Conditore impressus. II. Verosimiliter non fuit proprie pactum, quatenus tale est vinculum, quod ex formali duorum consensione oritur, ac pendet; immo potius conditio, vel institutio ex peculiari Dei voluntate, quam Deus sese libere, simulque totam naturam humanam prout capiti ex decreto suo illigatam, obstrinxit.

597 III. Ejusmodi foedus includit lex illa; nec enim aliter ex natura, & vi solius legis potuisset ita omnibus hominibus imponi, nisi quum singuli geniti essent, ac praecepti capaces, uti patet ex ceteris legibus, hac excepta: ergo quod lex illa aliter adligarit posteros in Adamo, non fuit ex sola legis natura, sed ex eo pacto, idest ex peculiari Dei institutione. IV. Verosimilius habuit Adam hujusce pacti notitiam; ex qua siquidem multum adcrevit sui peccati gravitas (*m*). Nec enim alias jure dici posset, peccatum originis fuisse Adamo re, ac posteris interpretatione voluntarium (*n*).

OBJECTIONES.

598 Obj. contra 1. Adst. Commentitium est ejusmodi pactum.

(*d*) L. 2. de nupt. & concupisc. c. 11.
(*e*) In eum locum.
(*f*) Lib. 16. civ. c. 27.
(*g*) In epist. ad Rom. c. 5.
(*h*) Homil. de jejunio.
(*i*) In epist. ad Colost. c. 2.
(*k*) In lib. de Incarnat.
(*l*) Videlicet *Catharin.* l. de casu hom. & pecc. orig. *Suar.* de op. 6. dier. l. 3. c. 21. a n. 18. & in 1. 2. disp. 9. de pecc. orig. sect. 2. n. 25. sqq. *Salmeron* in epist. ad Rom. c. 5. disp. 45. *Vazq.* in 1. 2. t. 1. disp. 133. c. 1. 2. *Arriag.* de op. sex dier. disp. 44. sect. 4. *Tournell.* tr. de pecc. orig. c. 1. *Billuart* in 1. 2. diss. 6. de pecc. orig. art. 2. *Franc. Turretinus*, Genevensis Pastor institut. Theolog. elencticae par 1. de locis, loco 8. quaest. 3. de foedere naturae, cum pluribus etiam Protestantibus &c. contra alios secus sentientes cum Dom. Soto de nat. & grat. l. 1. c. 10. Sylvio in 1. 2. q. 81. ar. 1. quaer. 5. Jansenio Iprens. de statu nat. lap. l. 1. c. 15. & alias, Episcopio instit. theolog. l. 2. c. 1. Remonstrantium grege heic, Henrico a S. Ignat. in ethica amor. t. 1. l. 10. par. 3. c. 4. 5. &c. Et iis quidem potissimum favere videtur cit. De Rubeis cap. 41.

(*m*) Ita *Thom.* 3. p. q. 1. a. 4. cit. *Suar.* n. 29. *Arriaga* n. 19.

(*n*) Recole citt. *Salmer.* *Suar.* *Vazq.*

Nam 1.° Ejus nunquam meminit Auguſtinus, etiam quum ejuſdem uſus maxime ſibi neceſſarius eſſet ad refellendas Juliani objectiones. 2.° repugnat, quod voluntas alterius reputetur voluntas mea, quando ego nequeo eam impedire, imperare, vel determinare; at poſteri Adae non exſiſtentes non potuerunt ejus voluntatem &c. 3.° nequit Deus transferre bruti adpetitum in meam voluntatem: ergo nec iſtam in Adae voluntatem. 4.° non potuiſſet Deus efficere, ut peccante Adamo, peccarent liberi, quos ipſe ante peccatum procreaſſet, aut alii etiam, qui ab ipſo per naturalem propagationem non deſcendiſſent: ergo neque ut ipſi peccarent poſt Adae peccatum nati.

599 Tum 5.° nequit Deus transfundere voluntates noſtras in Chriſti, ſeu alterius Sancti voluntatem in ordine ad meritum, adeo ut per ejus ſanctitatem ſimus formaliter juſti: ergo nec in voluntatem Adae in ordine ad culpam, adeo &c. 6.° totum peccati originalis fundamentum eſt pactum, quo voluntates poſterorum translatae ſunt in Adae voluntatem: ergo quum Deus ſit unica pacti cauſſa, erit & cauſſa peccati. 7.° ſi ego exſtitiſſem, quando cum pacto eſt Adae injunctum praeceptum, non potuiſſem abſque peccato adſerere, me ratum habiturum quidquid ab eo geſtum in eo negotio fuiſſet; ne ſcilicet memet exponerem peccandi periculo: ergo non potuit Deus eo pacto meam transferre voluntatem in Adae voluntatem, ut quidquid ille ageret, agerem & ego.

600 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* Ejus meminit *Aug.* l. 16. civ. c. 27. lib. 3. de pecc. mer. & ſerm. 42. de diverſ. & 1. de bapt. parvulor. c. 10. ubi inquit, *omnes peccaverunt, quia omnes unus homo fuerunt.* Nec meminit expreſſe in concertationibus cum Juliano, ne novis ſeſe difficultatibus innodaret. Et nos quidem illud propugnamus quia veriſimile, non quia omnem reſecans difficultatis nodum. Ad 2. *N. Ma.* quia voluntas tutoris eſt moraliter, & interpretatione voluntas pupilli, & voluntas capitis reputatur voluntas omnium membrorum, quin tamen pupillus, & membra determinare poſſint voluntatem tutoris, ac capitis. Dic ſimiliter de Adamo prout eſt conſtitutus caput morale poſterorum.

601 Ad 3. *N. Con.* quia brutum quando exſiſtit non eſt capax liberae operationis, uti homo. Ad 4. *N. A.* de potentia Dei abſoluta, quia potuit Adam conſtitui caput morale etiam ipſorum, uti conſtitutus eſt Chriſtus illorum, qui ante ipſum exſtiterant. Tunc vero natura pacti eſſet omnino diverſa, ut patet; ac ſi illi eſſent ornati gratia, malitiam peccati originalis, gratiae adverſam non contraherent (*o*). Ad 5. *N. Con.* quia ut ſim formaliter juſtus requiritur actualis gratia, meae animae inhaerens; ut vero ſim formaliter injuſtus per peccatum originale, ſufficit in me reatus peccati, a me commiſſi in meo capite morali, & nec revocati, nec a Deo condonati. Simili pacto

(*o*) Ex dicendis infra Par. III. ubi de oppoſitione metaphyſica gratiae ſanctificantis cum peccato.

pacto dicimur formaliter peccatores habituales.

602 Ad 6. *D. A.* eſt fundamentum, ideſt conditio, ſine qua non fuiſſet peccatum, *C.* ſecus, *N. A.* & *Con.* Nec enim Deus dicitur cauſa peccati, eo quod ſit unica cauſſa ſui praecepti prohibentis, & libertatis creatae, ſine quibus conditionibus non eſſet peccatum. Ad 7. vel *N A.* quia poſſem prudenter judicare, Adamum tanta pollentem gratia, & prudentia minime peccaturum; vel *C. A.* & *N. Con.* quia Deus poteſt multa ex ſupremo ſuo dominio abſque peccato facere, quae non poteſt homo (*p*).

§. II.

De natura, & gravitate lapſus Adami.

603 QUAESTIO I. Qua occaſione obvenerit Adamo lapſus? ADSERO. Ad eum tentatus eſt, ac proxime inductus ab Eva, poſtquam ipſa deliquerat, quin tamen propterea comminationem mortis in vita ſua experiretur. Quia ex *Gen.* 3. 6. *& tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro ſuo, qui comedit.* Itaque non fuit proxime tentatus a ſerpente, uti Eva, ſed ab iſta tantum; & quidem non modo oblatione fructus vetiti, ſed etiam verbis importunis, & narrando colloquium cum ſerpente habitum, & excellentias ab iſto ſibi promiſſas, ſi fructum ederet, quoniam ſocium in crimine adpetebat. Haec porro colligere fas eſt ex ſuperbia conniventis Adami, quam ſine dubio Eva praefato colloquio propoſito excitavit (*q*).

604 QUAESTIO II. Quid formaliter Adae lapſus? ADSERO. Gravis, & libera tranſgreſſio divinae legis, praeadſertum pactum includentis. Sic enim ſatis idonee intelligitur, peccaſſe Adam perſonaliter, & in ipſo poſteros omnes originaliter. Et vero, ut poſteri intelligantur ſic in Adamo peccaſſe, nec fuit neceſſaria Adami conſenſio circa pactum, nec neceſſaria de eo notitia, quod nempe ipſe fuerit ſic conſtitutus hominum Caput. Illud quippe pendebat omnino a divino decreto: ergo hujus notitia in Adamo quoad hunc effectum prorſus impertinens fuiſſet. At congruum fuit, ut aliunde ſuam dignitatem Adam agnoſceret, e. g. ut gratus beneficio, cautius eam cuſtodiret (*r*).

605 QUAESTIO III. Quae peccata contineat Adae lapſus? ADSERO. Primum peccatum fuit ſuperbia. Quia ex Evae tentatione illico concepit in animo inordinatum excellentiae adpetitum circa ſcientiam,

(*p*) Conſule *Rhod.* t. 1. d. 4. de peccatis q. 1. ſ. 2. §. 4.

(*q*) Conſentiunt vulgo *PP.* Lege *Bellarm.* de amiſſ. grat. l. 3. c. 5. ſub fin. & *Suar.* cit. de op. ſex dier l. 4. c. 3. n. 7. ſqq.

(*r*) Recolas proxime dicta §. I. Quaeſt. IV. & *Platel.* in ſynopſi par. 2. c. 4. §. 2.

tiam, & ſimilitudinem cum Deo (*s*). Et quidem in eo innocentiae ſtatu prima voluntatis inordinatio, moraliter loquendo, non poterat verſari circa objectum ſenſile, e. g. circa inordinatum amorem erga uxorem (*t*), ſed circa ſpiritale aliquod (*u*). Primum itidem Evae peccatum fuit ſuperbia, ſibi nata ex ſerpentis ſuaſione (*x*).

606 Secundum Adae peccatum non fuit infidelitas, vel peccatum contra fidem Dei verbis, ac praeceptis, ſeductione aliqua intercedente commiſſum. Quia ex 1. *Tim.* 2. *Adam non eſt ſeductus; mulier autem ſeducta in praevaricatione fuit*: mulier ſubinde a Deo rogata, *quare hoc feciſti*, reſpondit, *ſerpens decepit me*; Adam vero inquiſitus ait, *mulier dedit mihi, & comedi*. Quocirca adpoſite cenſuit *Aug.* (*y*) quod Adam *ſciens prudenſque peccavit*. Heinc PP. permulti, qui (*z*) Adae videntur tribuere ſeductionem, ideſt infidelitatem, aut haereſim, loquuntur de ſeductione practica, non de ſpeculativa, vel de operis errore, quo omnis peccans dicitur errare. Fuit ergo inordinatus amor ad uxorem. Quia (*a*) Adam comedit de ligno, ut complaceret uxori: ergo praeceſſit ad comeſtionem, eamque cauſſavit nimia in uxorem benevolentia; tenebatur enim eam corrigere; at ita blande, ac remiſſe cum illa ſe geſſit, ut ejus delictum adprobaſſe videretur.

607 Tertium peccatum fuit ligni comeſtio; in qua reperitur malitia furti, gulae, ac peculiaris inobedientiae. Haec autem antonomaſtice Adae lapſus nuncupari conſuevit. Alia tribuuntur peccata Adamo, ſed quae non ita certa ſunt, & quidem vel ad praedicta revocantur, vel ad circunſtantias tantum adgravantes. Ultimum peccatum fuit ejus apud Deum excuſatio, ſi credimus *Gregorio M.* in eam excuſationem graviter differenti (*b*).

OBJECTIONES.

608 Obj. *primo*. Primum Adae peccatum illud eſt, ex quo peccatores originali peccato conſtituti ſumus; at ex Rom. 11. *per inobedientiam unius hominis peccatores conſtituti ſunt multi*: ergo fuit inobedientia. *Secundo*. Ex Ambr. (*c*) *eo ordine diabolus Chriſtum tentavit, quo primum hominem devicit*; at Chriſtus primum tentatus eſt de gula, ex Matt. 4. *dic ut lapides iſti panes fiant*: ergo primum Adae peccatum fuit gula. *Tertio*. Adam, diabolo ſuggerente peccavit; at diabolus eum pupugit, ſcientiam repromittens, ex Gen. 3. ergo prima Adae inordinatio fuit adpetitus ſcientiae, quod pertinet ad pravam curioſitatem, non ad ſuperbiam.

R. Ad

(*s*) Lege *Prov.* c. 16. 18. *Eccl* c. 10. 14. & 15. *Aug.* l. 11. de Gen. ad lit. c. 30. & 14. civ. c. 13. *Leon.* P. ſer. 5. de nativ. *Greg.* l. 4. mor. c. 9. *Th.* 2. 2. q. 163. a. 1. & 2.

(*t*) Ut voluit *Scotus*.

(*u*) Videndus *Suar.* l. 4. c. 3. a n. 13.

(*x*) Loquimur cum cit. *Aug.* l. 11. de Gen. ad lit. c. 3. cui etiam adſtipulantur cit. *Th. Mag.* in 2. diſt. 22. *Bellarm.* cit. l. 3. c 4. *Suar.* c. 2. a n. 14.

(*y*) Lib. 14. civ. c. 11.

(*z*) Ap. Bellarm. ſecus ſentientem l. 3. c. 6.

(*a*) Ex *D. Aug.* cit.

(*b*) Moral. l. 4. c. 28. alias 25. & l. 22. c. 9. alias 13.

(*c*) In c. 4. Luc. de prima ſent. Chriſti Domini.

609 R. Ad *primum*: Adam non fuit inobediens primario ob motivum formale inobedientiae, ſed ob motivum propriae excellentiae, quam inordinate voluit; hac enim inordinatione deficiente, defeciſſet pariter inobedientia, ſiquidem ex *Aug.* (*d*) *homo elatus ſuperbia ſuaſioni ſerpentis obediens, praecepta Dei contemſit*. At enim ex *Eccleſ* 10. *initium omnis peccati ſuperbia*. Heinc *N. Ma.* Ad *ſecundum*: Ambr. loquitur de complexione peccatorum Adae, gulam quoque continente, ſed quae tamen derivata eſt a ſuperbia, ſuadente diabolo primum Evae, *eritis ſicut dii*, ex *Gen.* 3. Ad *tertium*: pariter ſcientiae adpetitus ſubortus eſt a ſuperbiae adpetitu; hunc enim prius ſuggeſſit daemon, inquiens, *eritis ſicut dii*, & illum poſterius, addens, *ſcientes bonum, & malum*.

610 Obj. quarto. Amor inordinatus erga uxorem fuit primum Adae peccatum. Nam 1.° quum Adam a Deo de peccato argueretur, reſpondit, *mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi*, quo innuit, ductum fuiſſe amore nimio uxoris, quam utique noluit contriſtare, cibum oblatum recuſando: quod quidem Deus videtur admittere, reponens Adae, *quia audiſti vocem uxoris tuae, & comediſti*. 2.° id ſaepe inculcat Aug. (*e*). 3.° in Adamo cognitio ſui fuit poſt cognitionem aliarum rerum ſenſilium: ergo & potuit primum peccare amore nimio alterius objecti ſenſilis, nempe uxoris. 4.° videtur eſſe communis Catholicorum ſenſus quod Adam comederit, ut uxori placeret. 5.° Adam peccavit nimis remiſſe, ac indulgenter audiendo uxorem, cujus verba abrumpere debuerat, ac reprehendere; at illa lethalis in agendo remiſſio non potuit pertinere ad amorem nimium ſuae excellentiae, ſed ſuae uxoris.

611 R. Ad *quartum*. *N. Adſ.* Ad 1. prob. ſtulte Adam unum peccatum excuſaſſet peccato alio: deſumſit ergo duntaxat occaſionem excuſationis ex naturali ſocietate uxoris. Nec aliud Deus innuit. Ad 2: Aug. admittit in Adamo peccatum nimii amoris ante eſum ligni, non vero quod fuerit primum ante ſuperbiam. Ad 3. *Perm. A. & N. Con.* quia potuit poſtquam habuit aliarum rerum, & ſui cognitionem, incipere peccando ex amore ſui. Ad 4.: haud cenſent communiter, quod illud peccatum fuerit primum. Ad 5: illa remiſſio ad utrumque nimium amorem pertinebat, quia ex utroque ſuboriebatur (*f*).

612 Obj. *quinto*. Eva commiſit peccatum infidelitatis, propoſitioni ſerpentis adnuens: ergo & Adam, Evae propoſitioni ſimiliter adnuens. *Sexto*. Proſper perſpicue adſerit, Adamum perdidiſſe fidem (*g*) itemque Fulgentius (*h*).

613 R. Ad *quintum*. *N. Con.* ob Paulli teſtimonium, quod plures in ſuum ſenſum detorquere minus apte nituntur. Et vero Evae infidelitas non fuit cum pertinacia, & formali haereſi, non credendo

(*d*) Dial. 65. qq. ad Oroſ. q. 4.
(*e*) Lib. 5 Gen. ad lit. c. 42. & l. 14. de civ. c. 11. & 14.
(*f*) Conf. *D. Th.* proxime cit. *Suar*, cit. c 3. *Arriaga* cit. a n. 15.
(*g*) Contra Collatorem c. 19. & alibi.
(*h*) Lib. de Incarn. & Grat. c. 22.

do Dei dictis, & praeceptis, quae adceperat, & de quibus certior facta erat ab Adamo. Quoniam vero non animadvertit fucum verborum fuiſſe contrarium Verbo Dei, ejuſque teſtimonio, ea propter ex ignorantia culpabili in ea credulitate deliquit. Ad *ſextum* : iis Patribus opponimus *Auguſtinum*, qui teſtimonium Paulli ad noſtrum ſenſum exponit (*i*).

614 QUAESTIO IV. Quanta ſit gravitas Adami lapſus? ADSERO I. Maxima fuit ſub aliquo ſenſu, nimirum comparate ad circunſtantias: puta ob perfectionem ſtatus innocentiae ex parte omnium potentiarum, ob facilem praecepti materiam, ob ingratitudinem erga ſingulare Capitis munus ſibi cognitum, & erga alia propemodum innumera beneficia & dona, ob audaciam peccantis, ob univerſale nocumentum (*k*). II. Non fuit ſimpliciter maxima quoad ſpecificam culpae gravitatem. Quia enim majora ſunt crimina odium, & contemtus Dei, haereſis, & alia. Immo, & Angelorum rebellio, Judae traditio, crucifixio Chriſti, Evae tandem ſuperbia, & ſcandalum (*l*).

OBJECTIONES.

615 Obj. *primo* contra II. Adſ. Poena proportionatur culpae; at per culpam Adae *mors introivit in hunc mundum*, Rom. 5.: ergo fuit culpa ſimpliciter omnium graviſſima. *Secundo*. Ex Ariſtot. (*m*) *primum in quolibet genere videtur eſſe maximum*; at peccatum Adae fuit omnium peccatorum primum: ergo & maximum. *Tertio*. Illud peccatum eſt majus, quod plura infert, & parit peccata; at plura peperit Adae peccatum, quam Judae proditio, & Chriſti crucifixio. *Quarto*. Adam gravius ſimpliciter peccavit, quam Eva; tum quia ita ſert Ambr. (*n*); tum quia Eva peccavit ex ignorantia, & Adam ex certa ſcientia; tum quia ex Aug. (*o*) vir debet in omnibus bonis factis praecedere uxorem, quae ipſum imitetur; adeoque ſi peccet, gravius peccat.

616 R. Ad *primum* : ea ratio ſolum probat peccati gravitatem ob circunſtantiam univerſalis nocumenti, non quoad propriae ſpeciei quantitatem. Ad *ſecundum*. *D. Ma.* videtur eſſe maximum, ideſt enormius relate ad circunſtantiam, qua primum eſt, *C.* ſecus, *N.* Et *D.* reſp. *Mi.* & *Con.* Ad *tertium*. *N. Ma.*, quia ejuſmodi peccatum contra dignitatem infinitam Chriſti, majorem continet gravitatem, quam alia peccata pene infinita.

617 Ad *quartum*. *N. Adſ.* Ambroſio opponimus *Chryſoſtomum* (*p*) & rationem; quia enim major fuit Evae ſuperbia, quae contra Dei voluntatem Dei ſimilitudinem adſequi concupivit, Adam vero per ſe ipſum:

(*i*) Lib. 14. de civ. c. 11.

(*k*) Adi *Auguſt.* 14. civ. c. 12. & 15. & 21. civ. c. 12. ac *D. Th.* 2. 2. q. 163. a. 3. & *Suar.* cit. c. 6.

(*l*) Recole Scholaſticos Interpretes in 2. ſent. diſt. 21. cum *Alenſi*, *Bonavent.*, *Duran.*, *Scoto*, *Aegid.* ac *Tho.* cit. a. 3.

(*m*) Lib. 2. Metaph. tex. 4.

(*n*) Lib. 1. de Inſtitut. Virg. c. 4.

(*o*) Lib. de decem chordis c. 3.

(*p*) Hom. 7 ad popul. ſub fin.

ipſum : quin etiam quidquid circumſtantiarum gravitatis eſt in Ada, in Evam refunditur propter ejus ſcandalum : immo gravius haec punita eſt, quam ille. Deinde gravior fuit ignorantia, quae ex graviore animi elatione proceſſit. Tandem peccat quadantenus vir gravius quam uxor, ſcilicet ex circunſtantia perſonae, non ſimpliciter (*q*).

§. III.

De poena, poenitentia, venia, ſalute aeterna, Adami lapſum conſequutis.

618 QUAESTIO I. Quae poena impoſita fuerit tum Viro, tum Mulieri ob amiſſam peccato juſtitiam originalem? ADSERO 1. Impoſita eſt parentibus, cunctiſque poſteris quadruplex poena communis. Scilicet Mors, quia *per peccatum Mors*, ex *Rom.* 5: Ignorantia, qua homo adprobat falſa pro veris; ut erret invitus; haec enim non eſt natura inſtituti hominis, ſed damnati poena : Concupiſcentia carnis, ex *Trid.* (*r*): Pudor nuditatis, ob quem Parentes poſt lapſum fecerunt ſibi perizomata ex *Gen.* 3. 7. (*s*).

619 II. Sigillatim Viro triplex impoſita eſt : 1.° laborioſa terrae ſterilis cultura. 2.° germinatio ſpinae, & herbae noxiae, hominem laeſurae, quae in ſtatu innocentiae non laeſiſſent. 3.° ſudor, & defatigatio in victu procurando, ceteriſque mortalis vitae difficultatibus (*t*). III. Mulieri quoque triplex: 1.° aerumnae, taedia, aegritudines in conceptibus, quae etiam, licet minores, in virginibus reperiuntur. 2.° partus difficultas, quae in ſterili ab ſterilitatis ignominia compenſatur. 3.° ſubjectio coërcitiva ſub poteſtate Viri, quum ſolam directivam habuiſſet in ſtatu innocentiae.

620 IV. Has Deus illis edixit, nulla facta mentione de praecipua, & omnes virtute continente, ſcilicet privatione juſtitiae originalis; quia hanc per peccatum illico incurrerunt, ac perſentire poterant tanquam utrique communem (*u*). V. Depulſi ſunt Protoplaſti a Paradiſo, ab ejus deliciis in perpetuum exſules. Quando vero haec expulſio adciderit, nimis incertum apud omnes. Conjectamus nos eodem eveniſſe die, quo peccarunt, ideſt octavo die poſt creationem (*x*). Hoc ergo die a Deo ambulante in Paradiſo objurgati ſunt, & ab eo ejecti. In Paradiſo virgines permanſerunt, ſi audias *Hieronym.* (*y*) & *Auguſtin.* (*z*) (*a*): extra illum genuit Eva, perperitque Cainum; &

(*q*) Conſule *D. Th.* 2. 2. q. 163. a. 3. 4. *Suar.* cit. c. 5. 6. *Arria.* cit. d. 45. ſ. 3.

(*r*) Seſ. 5. can. 5.

(*s*) Legitor *Berti* t. 2. l. 12. c. 13.

(*t*) Conf. cit. *Suar.* c. 7. a n. 17.

(*u*) Haec pulcre perſequitur laudat. *Suar.* in 1. 2. tr. 4. d. 9. ſ. 5.

(*x*) Recole quae *ſupra* delibavimus pag. 164. n. 232.

(*y*) L. 1. cont. Jovinian. & epiſt. olim 22. de cuſtod. virgin. ad Euſtoch.

(*z*) L. 9. Gen. ad lit. c. 4. & ſerm. 65. de tempore.

(*a*) Conferendus *Suar.* proxime cit.

reliquos filios, ex quibus inter mortalis vitae aerumnas universa posteritas procreata est (*b*).

OBJECTIONES.

621 Obj. *primo* contra 1. Adv. Mors non est poena peccati. Nam 1.° mors est homini naturalis; quia nempe ejus corpus componitur ex elementis contrariis, quorum pugna illud suapte natura ad interitum properat; eodem fere pacto, quo corpora brutorum animantium, in quibus mors non est poena peccati. 2.° aliqui citius, & gravius moriuntur, quam alii: ergo non aeque mors omnium ab uno Adae peccato descendit. 3.° malum poenae est a Deo; atqui ex Sap. 1. *Deus mortem non fecit*. 4.° si mors esset poena peccati, istud fuisset statim consequuta, ex *τὸ quocunque die comederis, morte morieris*, Gen. 3. Adam vero post peccatum annos triginta, & nongentos vixit: ergo quia illa comminatio intelligenda est de morte animae, non corporis. 5.° potuit Adam, etsi non peccasset, obrui fulmine, aquis praefocari, aliove inopinato eventu perire.

622 R. *N. Adv.* cum *CC. Palaestino, Carthaginensi* V. & *Tridentino*. Ad 1. prob. mors est homini naturalis propter conditionem corporis, & simul poenalis, propter amissionem beneficii praeservantis a morte, quod cum justitia originali perdurasset. Ad 2. *N. Con.* Mori definitum est omnibus in poenam Adae peccati, non vero pati ceteras circunstantias, quae cujuscumque mortem ex adcidenti comitantur. Ad 3. Deus non fecit mortem, quatenus haec est quoddam humanae naturae malum, seu defectus quidam incidens ex hominis culpa, nam ex Aug. (*c*) *Deus non est Author mortis, nisi in quantum est poena*. Ad 4. *τὸ quocumque die* &c. idem designat, ac *eris reus mortis, eris morti obnoxius, mortalis eris*, ap. Interpretes: quod verum est de morte corporis, etsi Adam statim non interierit. Ad 5. *N. A.* quia si non peccasset, praesto in omni eventu ipsi esset divina pro immortalitate protectio (*d*).

623 Obj. *secundo*. Concupiscentia, quae dicitur vitium naturae inseminatum, eamque vulnerans, non est poena peccati. Nam 1.° est naturalis, aut indita a natura ad generationem, uti patet in pecudibus ipsa illectis: quocirca stante etiam naturae integritate cum generatione, substitisset concupiscentia. 2.° haec nihil est aliud, quam naturalis adpetitus, in quo solus excessus culpandus est, ut in cibo, potuque usuvenit. 3.° Eva prius quam vetitum fructum ederet, eum concupivit: ergo ante ejus peccatum fuit libido, aut concupiscentia.

624 R. *N. Adv.* de concupiscentia, quam heic sumimus pro adpetitu inordinato, & reluctante, sive pro impetu animi, aut sensus ad turpia, & immoderata trahente, rationem praevertendo. Ad 1. prob. *D. A.* est naturalis, quatenus ordinate inservit generationi, *C.* quatenus includit inordinationem, quae antevertit rationem, eique repugnat,

(*b*) Pluribus haec explicare perguut Interpretes biblici ad cap. 3. Geneseos.

(*c*) L. 1. Retract. c. 21.

(*d*) Adeundus *D. Th.* 2. 2. q. 164. a. 1.

gnat, qualis eſt illa, quae nobis relicta eſt in poenam peccati, *N.* Pecudum concupiſcentia, ex *Aug.* (*e*) *non repugnat rationi, qua carent.* Concupiſcentia in ſtatu integritatis non adliceret ad inordinata, ſed ea quilibet pro nutu, & arbitrio ſuo uteretur. Ad 2. *N. A.* quia praefatam inordinationem imbibit. Ad 3. Eva eoncupivit inordinate fructum vetitum pro fructu ſuperbiae, qua prius interne peccaverat (*f*).

625 Obj. *tertio*. Pudor nuditatis non eſt poena peccati. Nam 1.° Protoparentes, ut viderunt ſe nudos, ideſt gratia denudatos, fecerunt ſibi perizomata, ideſt veſtimenta, non ut eis pudenda operirent, ſed ut rigori temporum reſiſterent: ergo non contraxerunt peccantes nuditatis pudorem. 2.° gentes in Africa, & America abſque ullo pudore nudae prorſus incedunt, aut permultis retro ſeculis inceſſerant.

626 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* cum communi Interpretum Geneſis, apud quos *τὸ perizomata*, ex Hebraico, & Chaldaeo idem ſonat, ac ſubcinctoria, ſubligacula, lumbaria, quibus Parentes occultarent cito pudendam nuditatem, quam innocentes qua talem non noverant. Siquidem, ex *Aug.* (*g*) *nudi erant, & non confundebantur, non quod eis ſua nuditas eſſet incognita, ſed turpis nuditas nondum erat, quia nondum libido membra illa praeter arbitrium commovebat.* Ad 2: id probat barbaram, raram, & forte praeternaturalem illarum gentium inverecundiam, ceteris omnino gentibus horribilem, & exprobratam (*h*).

627 QUAESTIO II. Num Adam per poenitentiam de peccato veniam, immo & ſalutem aeternam obtinuerit? ADFIRMO (*i*) Quia ex *Sap.* 10. *haec* (Divina Sapientia) *illum, qui primum formatus eſt a Deo pater orbis terrarum.... cuſtodivit, & eduxit illum a delicto ſuo*, ideſt per ſalutarem poenitentiam. Conſentiunt vulgo *PP.* cum *Iren.* (*k*) *Tert.* (*l*) *Orig.* (*m*) *Hilar.* (*n*) *Nazianz.* (*o*) *Aug.* (*p*) Juſtificatus ergo eſt poenitens protoplaſtus ex Dei benignitate, & Chriſti meritis, cujus explicitam fidem habuiſſe creditur extra paradiſum; ac demum coeleſtem beatitatem adeptus eſt; uti fert idem Eccleſiae, Patrumque conſenſus. Nec deſunt qui putent cum *Leone IX.* (*q*) eum e ſinu Abrahae eductum cum Chriſto Domino reſurrexiſſe. (*r*) Hucuſque adſerta de Eva pariter eadem ferme certitudine intelligenda eſſe haud pauci adpoſite ſentiunt (*s*).

(*e*) L. 4. contra Julian. c. 5.

(*f*) Conf. *D. Aug.* l. 4. contra Julian. & l. 11. de nupt. & concupiſ. c. 13.

(*g*) L. 14. civ. c. 17.

(*h*) Recolendus *Bert.* cit. c. 13. a n. 27.

(*i*) Cum communi *TT.* & Eccleſiae conſenſu quem recenſione plurium Patrum, aliorumque mox adducendorum explicarunt *Suar.* cit. c. 9. *Torniell.* ad an. m. 930. n. 9. *Bellarm.* cit. c. 12. *Perer.* l. 7. comm. in Geneſ. *Nat. Alex.* Sec. II. diſſ. 17. alii. ap. & cum *Suar.* c. 9.

(*k*) L. 3. contra haereſ. c. 34.

(*l*) L. 2. contra Marcion. c. 25.

(*m*) Hom. 35. in Matth.

(*n*) In Matth. can. 8.

(*o*) Orat. 18. de laudib. Cypr.

(*p*) Epiſt. 99. alias 164. ad Evod. c. 3.

(*q*) Relato in cap. *Hi duo*, de conſecr. diſt. 1.

(*r*) Hanc in rem confer *Henaum* in Empyreologia l. 6. exercitat. 22. ſect. 2. n. 16. ſqq.

(*s*) Apud & cum *Suar.* cit. n. 20.

OBJECTIONES.

628 Obj. Valde dubia eſt Adae reſipiſcentia, & ſalus. Nam 1.° non conſtat ex Scripturis; etenim textus adductus eſt ex libro Sapientiae, quem non eſſe canonicum putarunt Rupert. aliique. Immo ex 1. Cor. 15. 22. novus Adam opponitur veteri; ut ergo in illo omnis ſalus, in iſto omnis eſt punitio, & damnatio. Itemque ex Hebr. 11. 4. fidelium Eccleſia non ab Adamo ſed a ſancto ejus filio Abel exorta oſtenditur. 2.° non conſtat ex traditione, nam Rupert. (*t*) circa eam animo pendet: Bernard. (*u*) fert, *Adam in infernum cecidit, quia inobediens fuit*: Gelaſ. Papa amandavit inter apocryphos librum, inſcriptum *Poenitentia Adae*. 3.° ratio aequitatis poſtulat, ut qui Angelis non pepercerit, nec homini parſerit, quippe quem conditione inferiorem paribus ornaverat donis.

629 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. liber ille eſt canonicus ex *Trid.* (*x*), textuſque ibi adductus rem noſtram probat ex communi Interpretum calculo. Ex 1. Cor. 15. in hoc novus Adam opponitur veteri, quod novus gratiae, vetus peccati ſit Author. Hebr. 11. laudantur praecipue fideles, qui fidei cauſſa aut mortem perpeſſi ſunt, aut futurorum promiſſionem ſingulari myſterio adceperunt, quorum plane primus eſt Abel. Ad 2: Ruperti dubium communi adſenſui non obſtat. Liber ille Bernardi eſt ſuppoſitius (*y*). Gelaſius derogat illius libri authoritati, non Adae poenitentiae; quo etiam pacto rejecit inter apocryphos librum de *Nativitate Salvatoris*, alioſque ſimiles. Ad 3. Dei opera noſtris rationibus metienda non ſunt. Ejus erga Adamum miſericordem voluntatem probat PP. & Eccleſiae conſenſio contra Tatianum, cum perpaucis ſectatoribus. Adde in litaniis, quibus Romae utitur Clerus S. Mariae Majoris, legi, *Sancte Adam, ora pro nobis* (*z*).

CAPUT SECUNDUM.

De Originali lapſu in poſteris Adami.

630 QUAESTIO PRAELIMINARIS DOGMATICA. Quid de exſiſtentia peccati originis? ADSERO. Myſterium pertingimus abſtruſiſſimum, nempe peccatum reipſa innatum, & proprium, & tamen multis ſeculis ipſo antiquius peccatore; crimen ſine libertate, vitium involuntarium, delictum originis, ipſa origine prius. Plura de eo Theologia Polemica contra Pelagium, & Janſenium, quorum primus peccati originalis gravitatem nimis deprimit, & ſecundus nimis exaggerat. Porro peccati originalis exſiſtentiam, & propagationem ab Adamo in omnes generatim poſteros, ut fide certam perhibent *Scripturae* cum *Job* 14. 4. *Pſ.* 50.

(*t*) L. 1. in Gen. c. 31.
(*u*) L. de modo beate vivendi.
(*x*) Seſ. 4
(*y*) Ap. *Bellar.* de Script. eccl. an. 1130.
(*z*) Recole *Bellarm.* cit. c. 12. *Suar.* cit. & d. 9. de pecc. orig. c. 9. *Arriag.* de op 6. dier. diſp. 45. ſect. 5. *Berti* cit. l. 12. cap. 14.

4. *Pſ.* 50. 7. *Sap.* 12. 10. *Eccli.* 40. 1. *Rom.* 5. 12. & 2. *Cor.* 5. 14. & 1. *Cor.* 15. 22. *Epheſ.* 2. 3.

631 Item *CC.* cum *Carthag.* I. (*a*) *Dioſpolit.* (*b*) *Milevit.* (*c*) *Epheſin.* (*d*) *Eliberitan.* (*e*) *Toletan.* II. (*f*) & VI. (*g*) & XII. (*h*) *Arauſic.* II. (*i*) *Mogunt.* (*k*) *Trid.* (*l*). Tum *PP.* cum *Juſti.* (*m*) *Iren.* (*n*) *Cypr.* (*o*) *Tertull. Clem.* Alexandr. *Optato* Milevit. *Nyſſen. Cyril.* Hieroſolym. *Theodoret. Chryſoſt. Ambroſ.* (*p*) *Baſil.* (*q*) *Hieron.* (*r*) *Nazianz.* (*s*) *Siricio P.* (*t*) *Ruſticio* & *Olympo* (*u*) *Auguſtino* (*x*) cum Poëta demum chriſtiano *Prudentio*, qui, ut ceteros mittam poſteriores propemodum innumeros, ſic omnium voce, ſenſuque pulcre cecinit (*y*).

Haec prima eſt natura animae: ſic condita ſimplex,
Decidit in vitium per ſordida foedera carnis.
Exin tincta malo peccamine principis Adae,
Infecit genus omne hominum, quod pullulat inde,
Et tenet ingenitas animarum infantia in ortu
Primi hominis maculas, nec quiſquam naſcitur inſons.

632 Praeclariſſimae huic, conſtantique per cuncta Secula Traditioni exornandae adcedant conjecturae, ſeu rationes, e variis principiis petitae. *Prima* nimirum petitur ex Baptiſmo, quo cuncti vel etiam recens nati, ut a peccato mundentur & in Spiritu ſancto renaſcantur, intingi debent ex *Joan.* 3. 5., teſtanturque vulgatus *Dionyſ.* (*z*) *Orig.* (*a*) *Cypr.* (*b*) *Auguſt.* (*c*) & cum perpetua Eccleſiae conſenſione proxime laudatus *Prudentius* in haec carmina,

Inde ſecunda redit generatio, & inde lavatur
Naturae inluvies, iterumque renaſcimur intus
Perfuſi, ut veterem ſplendens anima exuat Adam.

633 *Secunda* ex vetuſtiſſimis exorciſmi & exſufflationis ritibus, quibus baptiſmus in univerſa Eccleſia celebratur, quibus nempe a baptizandis ſpiritus nequam, quo per labem originalem tenentur, abigatur (*d*).

634 *Tertia* ex myſterio Circumciſionis judaicae, quam propterea ceu ty-

(*a*) Sub Aurel. Epiſc. in cauſſa Caeleſtii, an. 412.
(*b*) An. 415.
(*c*) Epiſt. ad Innocent.
(*d*) Act. 7. praefat. canonum & can. 4.
(*e*) Can. 45.
(*f*) Can. 12.
(*g*) Can. 77.
(*h*) Can. 2.
(*i*) Can. 2.
(*k*) Can. 5.
(*l*) Seſſ. 5. §. 2.
(*m*) Dial. cum Tryph. & apolog. 2.
(*n*) L. 3 c. 20. & alibi.
(*o*) Epiſt. 59. ad Fidum.
(*p*) Eos citatos habes in proxima Proluſione, ubi de vindiciis iſtorum, a p. 344.
(*q*) Hom. 1. de jejun.
(*r*) L. 3. in Pelagian. ſub fin.
(*s*) Orat. 3. de pace & Orat. 2. in S. Paſcha.
(*t*) Epiſt. 1. ad Himerium c. 2.
(*u*) Ap. *Auguſt.* l. 1. in Julian. c. 2.
(*x*) In libris cont. Julian. & alias paſſim.
(*y*) In Apotheoſi, ubi de natura animae p. m. 299.
(*z*) L. de eccl. hier. c. ult.
(*a*) Hom. 8. in Levit.
(*b*) Epiſt. 59 ad Fibum.
(*c*) L. 4. de baptiſmo in Donatiſt. c. 24.
(*d*) Ita docent. *Coeleſtin.* P. in Epiſt. ad Gallos, *Auguſt.* l. 6. in Julian. c. 2. & ſaepius, aliique.

typum ſacri baptiſmatis, quo a macula originali eluimur, ſuſpexerunt vulgo *Patres* primaevi (*e*) *Quarta* ex poena peccati, quae mors eſt; quia enim ex *Rom.* 6. Mors ſtipendium peccati eſt, & ex 1. *Cor.* 15. aculeus mortis eſt peccatum. Et vero ex *Auguſt.* (*f*) *omnis poena, ſi juſta eſt, poena peccati eſt, & ſupplicium nominatur.*

635 *Quinta* ex generali Chriſti Domini redemtione, qua nempe omnes a peccato liberat, etiam parvulos, qui propria voluntate non peccarunt. Siquidem ex *Rom.* cap. 3. *omnes peccaverunt, & egent gloria Dei*, & ex 2. *Cor.* 5. *ſi unus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt* (*g*). *Sexta* ex peculiari privilegio, quod datum quibuſdam praeferunt Sacrae Literae, ut ante nativitatem ſancti fierent, nempe Hieremiae ex *Hierem.* 1. & Praecurſori Baptiſtae ex *Luc.* 1. quod quidem argumento eſt, alios univerſim ſine gratia, ſeu cum peccato naſci; nec enim in homine ad finem ſupernaturalem procreato medius aliquis ſtatus eſt (*h*).

636 Nullum profecto, quod viderim, e Sapientibus Ethnicis documentum ſuppetit, quo vel ne quidem leviter adumbrarint ſanctum dogma, quemadmodum *ſuperius* indicavimus (§). Ceterum haud pauca,

(*e*) Cum *Juſtino* in dial. cum Tryph. & pluribus, quos *ſupra* in hanc rem laudavimus in proxima Proluſione art. 1. in Adnot. p. 328.

(*f*) In l. 1. retract. c. 9.

(*g*) Conf. *Euſeb.* demonſtr. evang. l. 9. c. 5. & *Aug.* l. 6. in Julian. c. 5. ac l. 1. de peccat. mer. & rem. c. 23.

(*h*) Vide ſis *Aug.* l. 2. de pecc. origin. c. 32. & *Gregor.* l. 17. moral. c. 10.

Pluribus haſce conjecturas illuſtrant *Bellarm.* cit. l. 4. c. 7. *Suar.* in 1. 2. diſp. 9. de orig. pecc. ſect. 1. a n. 5. *Sylvius* in 1. 2. q. 81. ar. 1. §. 3. quos conſulas.

OBSERVATIO.

(§) COntendit quidem laudatus *Huetius* in qq. alnet. l. 2. c. 9. Ethnicos Sapientes, etſi Adami noxam ignorarint, at ex humanae naturae conditione judicaſſe inſontem non eſſe, qui tot aerumnis eſſet addictus. Putaverim tamen, eoſdem praefatas aerumnas ipſi naturae & conditioni hominis tanquam unicae cauſſae attribuiſſe. Conf. *S. Aug.* l. 4. contr. Julian. c. 12. & 15. in tom. 10. ejus oper. edit. Maurinae.

Adſeruit praeterea *Galeus* in Philoſ. gener. l. 3. c. 2. ſect. 11. §. 4. p. 427. poſt *Euſeb.* de praep. evang. l. 12. c. 11. Platonem, quem ipſi citant, ſubobſcure expreſſiſſe, quadam conficta fabella, primorum hominum lapſum. Mihi vero eam fabulam in Platonis Sympoſio perlegenti laudata ab iis Authoribus expreſſio ad mentem Platonis, aut nulla eſt, aut plane obſcuriſſima. Creditur vero Platonem depromſiſſe eam notitiam, ſicut & plures alias, e lectione Moſaicae Geneſeos.

Quod ſi qualemcumque Adami culpae imaginem, aut umbram adpetas, quatenus nempe illam Deus ejuſdem poſteris imputat, ac in ipſis juſtiſſime plectit, praeſto ſunt exempla varia e pagana eruditione petita. Plerique quidem e Sapientibus Ethnicis faſſi ſunt id juris in Divinitatem competere; ut poenam alieni criminis vel a filiis, vel ab aliis exigat.

Sic enim *Heſiodus* ubi Dichim, aliis Themidem Juſtitiae Deam introducit rogantem Jovem, concludit denique

Multoties tota civitas ob virum improbum punitur.

Ipſique adcinit ejus Interpres *Proclus*, addens, hoc Jovis opus eſſe commune urbibus inferre ſupplicium ob injuſta Magiſtratuum ſupplicia, quod & pluribus exemplis confirmare pergit. *Plutarchus* itidem in lib. de ſera Numinis vindicta id ipſum rationibus variis communivit.

Haec autem, quin Adami culpam Pagani

ea, quae ipſum inſigniter illuſtrant, huc loci ſuccurrunt ex antiquo chriſtianae eruditionis penu depromta: quae nempe & Protoparentes ſub arbore paradiſiaca graviter deliquiſſe, & Adami delictum in poſteros propagatum eſſe demonſtrant. En illa.

gani noverint, ediſcere potuerunt e Sacro Codice, ubi non raro divina alieni criminis imputatio & ultio reperitur. Sic enim e. c. *Exod.* 20. legitur Deus, fortis zelotes iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem viſitare; ac *Joſue* 7. percutiens Dominus fertur multos de exercitu Judaeorum propter delictum Acham, qui de ſpoliis Jerichuntinis regulam auream furatus eſt.

E RE LAPIDARIA.

MONUMENTA ANTIQUITATIS. *CLASSIS III.*

1. GENS SACRANDA POLIS HIC SEMINE NASCITVR ALMO
QVEM FECVNDATIS SPIRITVS EDIT AQVIS
VIRGINEO FOETV GENITRIX ECCLESIA NATOS
QVOS SPIRANTE DEO CONCIPIT AMNE PARIT
COELORVM REGNVM SPERATE HOC FONTE RENATI
NON RECIPIT FELIX VITA SEMEL GENITOS
FONS HIC EST VITA ET QVI TOTVM DILVIT ORBEM
SVMENS DE CHRISTI VVLNERE PRINCIPIVM
MERGERE PECCATOR SACRO PVRGANDE FLVENTO
QVEM VETEREM ACCIPIET PROFERET VNDA NOVVM
INSONS ESSE VOLENS ISTO MVNDARE LAVACRO
SEV PATRIO PREMERIS CRIMINE SEV PROPRIO
NVLLA RENASCENTVM EST DISTANTIA QVOS FACIT VNVM
VNVS FONS VNVS SPIRITVS VNA FIDES
NEC NVMERVS QVEMQVAM SCELERVM NEC FORMA SVORVM
TERREAT HOC NATVS FLVMINE SANCTVS ERIT

Romae apud Baptiſterium (quod vocant) Lateranenſe inciſa exſtant haec carmina in marmoreo zophoro, qui circuitum epiſtiliorum ſupra octo columnas praedivitis Baptiſterii perpetuus comitatur.

Primus omnium, reor, *Panvinius* hoc celeberrimum pro ſancto dogmate Epigramma literis conſignavit in comment. de VII. Urbis Eccleſiis, edito an. 1570., ubi de Baptiſt. Lateran. p. m. 153. ſq. teſtaturque ibidem Author, eos verſus jam exſoleſcentes & carie, temporeque fere conſumtos ſeſe quanta potuit diligentia admotis ſcalis deſcripſiſſe. Eoſdem poſtmodum tradiderunt *Baron.* ad an. 440. n. 5. *Caeſar Raſponus* de Baſil. & Patriarchio Later. l. 3. c. 1. *Ciampin.* de ſacr. aedif. a Conſtant. M. conſtructis cap. 3. & ex eiſdem aliquos *Berti* l. 13. c. 2.

Plane horum omnium una vox eſt, haec illa eſſe carmina, quae Sixtum P. III. fato functum ſub an. 440., exaraſſe, ſeu alium ejus nomine ſubindicat vulgatus *Anaſtaſ.* in lib. pontif. in vita Sixti p. m. 36.

ex

ex edit. Velſeri, in haec verba „ Hic fecit in Baſilica Conſtantiniana „ ornamentum ſuper fontem, quod ante ibi non erat, id eſt epyſtilia marmorea & columnas porphyreticas erexit, quas Conſtantinus „ Auguſtus congregatas dimiſit, & juſſit ut erigerentur, quas & ver„ ſibus exornavit. „ Quin immo in ipſo Epigrammate adpoſite obſervat *Baronius* adverſum tum temporis recentem haereſim Pelagianam, catholicam adſertionem de peccato originis, quod illa evertebat; quam obrem *Bertius* nonnulla, quae in hanc rem potiſſimum facerent, e Baronio exſcripſit carmina. Opportune itaque Sixtus hoc publico & pereximio monumento Pelagianam perfidiam protrivit, confoditque. Huc adcedite amabo, haec legite, Neo-Pelagiani aetatis noſtrae, & qui Auguſtinum chartis diſputantem non auditis, literato marmore loquenti Sixto credite.

Heinc autem obiter novum liceat argumentum deducere pro ſuppoſitione trium illorum librorum ſub titulis *de divitiis*, *de malis Doctoribus*, *de caſtitate*, qui olim Sixto perperam adſcripti ſunt a factione Pelagiana. Quid enim commentarios Pelagianiſmis refertos ei jure adpinxeris, qui ita pie, catholice ac ſtrenue praecipuum Pelagianiſmi caput oppugnat? Immo alias *Garner.* in Mar. Mercat. diſſ. 6. Sixtum noſtrum iis adnumerat, qui haereſim Pelagianam ſcriptis contriverunt. Lege ſis *Baron.* ad an. 440. n. 6. & *Pag.* ſeniorem ad ipſum an. n. 3.

Laudatus *Raſponus* abſque ulla haeſitatione adfirmavit, quod eo loci ante Sixtum hoc duntaxat diſtichon legebatur,

Ad fontem vitae hoc aditu properate lavandi
Conſtantis fidei janua Chriſtus erit.

Optarem vero documenti alicujus teſtimonio effatum comprobaſſet: quo quidem tuto adferre poſſemus pro ſancto dogmate ac pro dignitate chriſtiani baptiſmatis monumentum Sixto valde antiquius, ac fortaſſe Silveſtro Papae proximum: tum nobis innoteſceret, hoc diſtichon, quod unus, credo, retulit *Gruter.* p. 1163. 11. (ex Palatino illo Codice, cujus *ſupra* meminimus Tom. II. p. 46. n. 10. ac de quo fuſior *infra* erit ſermo in Tom. IV. ubi de cultu Sanctorum) e genuino autographo depromtum eſſe.

Perbelle *Ciampin.* cit. p. 24. notat Panvinium, quod, ſcriptor ceteroqui eruditiſſimus quum ſit, diſtichon illud ab Grutero recitatum non viderit. Et vero inſigniter peccavit Ciampin. in Chronologiam: quippe Panvinius ſuum in lucem edidit libellum an. 1570. Gruterus vero tomum, in quo diſtichon primum prodidit, ſub an. 1616. quo jam Panvinius ad plures diu abierat. Quid ergo Viri eruditioni obſtet illud diu non divinaſſe? Rem gratam porro Eruditis feciſſet Ciampinus, ſi autographum ejuſdem diſtichi, quod ad fontem S. Joannis in Laterano exſtitiſſe ait Gruterus, palam demonſtraſſet.

Pluribus demum liceret hoc loci facile diſſerere de celebratiſſimo baptiſterio Lateranenſi, quod a balneo aulae piiſſimi Imperatoris Conſtantini originem duxiſſe fertur, immo de ceteris generatim Baptiſteriis,

riis, quorum uſus apud primores Eccleſias, Italas praeſertim, olim obtinuit ſacri baptiſmatis in remiſſionem peccati originis conferendi gratia; quo quidem & hujus labis, & illius Sacramenti traditionem ampliſſime confirmaremus: ſed ea tamen in diſſertationem de ſacro baptiſmate tanquam in ſedem magis idoneam revocanda duximus. Interea, ſi opus ſit, conferri poſſunt pro Lateranenſi Baptiſterio Scriptores rerum Romanarum, praeprimis *Panvin. Raſpon. Ciampin.* locis proxime citt., pro reliquis vero generatim primaevis Baptiſteriis, eorumque origine, forma, uſu, plurium inſtar *Martenius* de antiq. Eccleſiae ritibus lib. 1. par. 1. cap. 1. art. 2.

2. POSTQVAM PRIMVS HOMO PARADISI GAVDIA LIQVIT.
ILLIVS OMNE GENVS MORS INIMICA TVLIT.
NVLLVS ENIM REGVM, NVLLVS MEDIOCRIS IN ORBE
ASPERA AB HAC LIBER CONDITIONE FVIT.
HANC LEGEM SEQVITVR TVMVLO QVI CLAVDITVR ISTO
NOMINE MEGINGOZ, FONTE SACRANTE PIO.
QVI DOMINO, SANCTISQVE DEI SERVIVIT HONESTE,
DONEC IN HOC SÆCVLO VIVERE EVM LICVIT.
REGIBVS HIC CARVS MVLTIS, ET MORIBVS APTVS,
OMNIBVS ET PLACIDVS, PRO BONITATE SVA.
EXTITIT; AT POSTQVAM MERITIS MATVRVS ET ANNIS,
ILLIVS HINC ANIMAM QVI DEDIT IPSE TVLIT.
QVÆSO IGITVR FRATRI, TITVLVM QVI LEGERIS ISTVM,
DIC, REQVIEM AETERNAM DONET EI DOMINVS.
OBSECRO PER DOMINVM NVLLVS HIC OSSIBVS ISTVM
ANTE DIEM MAGNVM EVACVET TVMVLVM.

Moguntiae ut ſupra in Tom. II. Claſſ. VIII. n. 6. p. 139.

Elegantibus ornatus caracteribus Titulus a Lapidaria orthographia & interpunctione haud parum deficere videtur. Et quidem (neſcio quo fato) hic eſt *Brovverii*, aut ejus Typographi ſtilus in ceteris Titulis fere cunctis, quos exhibent ſui Annales Trevirenſes.

Jam vero Lapis plane dogmaticus, ſimulque Megingozii encomiaſticus, praeter alia plura dogmata, palam teſtatur Adami lapſum, eoque univerſum hominum genus infectum.

E RE LITURGICA.

3 .... *Jeſum Chriſtum. Qui pro nobis aeterno Patri Adae debitum ſolvit, & veteris piaculi cautionem pio cruore deterſit .... O certe neceſſarium Adae peccatum, quod Chriſti morte deletum eſt! o*

felix culpa, quae talem ac tantum meruit habere Redemptorem! ....

E MISSALI GOTHICO AD CONSECRATIONEM CERAE NUM. XXXII. (ap. *Mabillon.* de Liturg. gallic. l. 3. p. 241. ſq.)

Haec *benedictio cerae beati Auguſtini Epiſcopi, quam adhuc Diaconus quum eſſet, edidit & cecinit*, nempe in Praefatione illa celebri, cui initium *Exſultet jam Angelica turba coelorum*, quam modo in uſu habemus. Sic enim ſcriptum reperitur in hocce Codice, in Gallicano veteri, in Noviomenſi, aliiſque ap. laud. *Mab.* pagg. 142. 241. 357. tum in Ms. veterrimo Biblioth. regiae Pariſienſis ap. *Marten.* de antiq. eccl. diſcipl. cap. 24. p. 423. ſub init. Num vero ex iis, aliiſve documentis rite colligi poteſt, Auguſtinum reapſe Praefationis Authorem fuiſſe? Dubitat vehementer *Mabill.* p. 241. nota (*b*) quandoquidem, inquit, Levitae hanc benedictionem canere ſolent, & Auguſtinus eam, quum eſſet Diaconus, ceciniſſe dicitur. Videlicet, ut opinari fas eſt, in ſententia Mabillonii, non reperitur tempus, quo Auguſtinus, *adhuc Diaconus quum eſſet*, eam ediderit, cecineritque Praefationem. Et quidem iſtud neutiquam repereris apud adcuratiſſimos Sancti Biographos puta *Poſſidium*, *Tilemontium*, *Maurinos* & *Bollandianos Patres*, qui nempe omnes referunt, Auguſtinum ſub an. 391. Hippone nihil tale cogitantem univerſo inclamante populo Presbyterum a Valerio ejus Urbis Epiſcopo, de repente creatum fuiſſe; nec ullus ex iis meminit Diaconatus, quem primum, ſecundum illorum temporum diſciplinam, ſuſceperit ille ac exercuerit. Teſtes ipſos adhibeo, ubi poſſent ac deberent Diaconatum indicare, *Poſſidium* in Vita c. 1. *Tillem.* t. 13. in Auguſtino art. 60. ſub init. *Maurin.* in Vita Sancti l. 3. c. 4. n. 1. 2. col. 102. *Bolland.* t. 6. Aug. p. 428. col. 2. n. 7. ad Vitam Poſſidii.

Heinc fortaſſe, & quoniam nullum eſt pro hac Auguſtiniana praefatione documentum, quod ex Sancti vita vel ſcriptis extundere poſſis, nulla apud eos Authores mentio de illa, & nullius apud ipſos momenti adſertio, e citatis Codicibus, quos procul dubio noverant ſcientiſſimi Viri, petita. Maneat ergo ſaltem dubia haec Codicum illorum adſertio, donec clarior ei comprobandae lux adfulgeat, nolim quippe omni ſpe victoriae deſtitutus ejuſmodi Coriphaeis intentare litem.

Jam vero quae comprobando Dogmati verba tulimus, *O certe neceſſarium Adae peccatum*, & *o felix culpa* &c. plane deſiderantur in vulgato Ordine Romano, aliiſque permultis Codicibus cum antiquis, tum recentibus, teſte *Marten.* proxime laud. cap. 24. num. 6. p. 406. quin etiam, ut ibidem ſcripſit *Udalricus* in antiquis conſuetudinibus ſui monaſterii Cluniacenſis l. 1. c. 14., ea S. Hugo Abbas *fecit abradi & ne amplius legerentur interdixit*: quoniam, ut ego quidem arbitror, ea effata praefatorum Codicum authoribus aut Eccleſiis duriuſcula viſa ſunt. Ceterum non eſt cur ipſis adſentiamur, quum poſſint adpoſite

in

in ſenſum congruentem ac vere orthodoxum interpretari.

Nimirum recte Adae peccatum dicitur *neceſſarium* ad redemtionem; quae nempe, illo deficiente, fortaſſe nulla fuiſſet ex probabili perplurium Theologorum ſententia, ex dicendis in Par. IV. ubi de neceſſitate Incarnationis Chriſti Domini ad Tr. I. L. II. C. I. Nec minus itidem congruenter dici poteſt *felix Adami culpa* &c., in eorum videlicet opinione, qui tenuerunt, ſtatum naturae reparatae per Chriſtum nos redimentem ab originali culpa Adami, feliciſſimum, ea etiam intercedente culpa, nobis eſſe, immo feliciorem prae ſtatu illo innocentiae, qui nobis obtigiſſet, abſente quidem Adae peccato, ſed & quoque abſente Chriſto Domino, cum Ss. ejus Matre, Sacramentis, aliiſque inde procedentibus auxiliis pene innumeris, quibus ex occaſione peccati originalis nunc Deo gratiſſimi efficimur. (De iis plura *Suar.* de opif. ſex dier. l. 5. c. 11. & nos aliqua inferius ubi de ſtatu innocentiae.) Sub hoc itaque ſenſu ſumptis *τὸ felix* & *τὸ meruit*, ſancte & egregie hodierno quoque ritu concinit Eccleſia Romana, *o felix culpa* &c.

4 *Dignum & juſtum eſt, omnipotens Deus, tibi ſacrificiorum vota perſolvere, te in laudis praeconio indeſinenter adtollere, ac utriuſque, & illius ſcilicet habitatoris paradiſi & iſtius Redemtoris humani generis exempla proponere. Ille quidem prior, ſed iſte melior; ille terrenus, iſte coeleſtis; ille de limo factus, iſte verbo conceptus. Tunc diabolo ſuadente, Eva decipitur, nunc Angelo nunciante Maria clarificatur. Tunc per invidiam ſerpentis homo qui fuerat creatus, perimitur, nunc per miſericordiam redimentis homo qui perierat, liberatur. Tunc homo mandatum non cuſtodiendo de paradiſo pellitur, nunc Latro Chriſtum Dominum confitendo, paradiſum meretur....*

Ex eodem Miſſali in Contestatione Miſſae de Inventione S. Crucis, num. xlv. (ap. laud. *Mabill.* p. 261.)

Miſſas itidem de eodem feſto reperire eſt in aliis Sacramentariis, puta in Gelaſiano ap. *Thomas.* cit. t. 6. p. 134., ac in Miſſali *Moz-arabico* ap. cit. *Lesleum* t. 2. p. 322.; tum in duobus vetuſtiſſimis codicibus eccleſiae Turonenſis, in Remenſi & Gellonenſi, necnon in perantiquo Pontificali eccleſiae Rotomagenſis, uti teſtatur *Marten.* laud. cap.

32. n. 6. p. 565. ſq. Plura in idem feſtum, prae primis in primaevam ejus inſtitutionem reſtant nobis *inferius* diſſerenda in Par. III. Tom. VI. Claſſ. IV. ubi de Eccleſia Chriſti.

5 *Jeſu Deus noſter, qui offenſam ligni praevaricationis ligno tuae deſtruis Crucis, quum fructus vitae ligni in tempore ſuo producis...*

Ex ORATIONARIO GOTHICO-HISPANO (ap. laud. *Blanchin.* p. 113.) Pertinet haec Oratio cum aliis eidem adnexis ad officium matutinale de Cruce: hoc tamen ob avulſum folium, mutilum eſt, itemque caret exordio ac titulo. Heinc non dubitamus cum cit. *Blanch.* p. CCLVI. adnotat. 87. ad pag. 113., immo adſerimus, illud fuiſſe inſcriptum, *In Inventione S. Crucis*, ut in Brev. Moz-ar. Tolet. & in Miſſali Gothico. Quoniam illae Orationes, ut ibidem adnotat rubrica, *ad Matutinum uſque ad Aſcenſionem dicendae & replicandae ſunt*. Sub id vero tempus, quod eccleſiaſtica phraſi *paſchale* dicimus, jam ab initio ſuae inſtitutionis celebrari conſuevit feſtum de Inventione Dominicae Crucis, de Exſaltatione vero ad diem 14. Septembris.

6 *Pange lingua glorioſi*
*Praelium * certaminis* * al. *lauream*.
. . . . . .
De parentis protoplaſti
*Fraude factor * condolens* * al. *faetor*.
Quando pomi noxialis
*Morte * morſu corruit:* * al. *morſu in mortem*.
Ipſe lignum tunc notavit,
Damna ligni ut ſolveret &c.

E BREV. MOZ-AR. TOLET. IN HYMNO OFFICII DE INVENTIONE S. CRUCIS *p.* 365. *col.* 2. (referente *Blanchin.* proxime cit.)

Hic ille Hymnus jam ab antiquis temporibus apud Eccleſiam Latinam decantatiſſimus in Officio de Paſſione ac de Cruce Domini, qui porro diſertiſſime concinit & culpam Adae ſub arbore vetita, & ejus remedium in ligno Crucis. Retulit ipſum *Marten.* de antiq. diſcipl. e libello ſacrarum precum ex Ms. Floriacenſi annorum circiter 900., p. 625. ſq. necnon *Thomaſius* in t. 2. operum edit. Vezzoſ. in Hymnario p. 363.

Foetus eſt laudatiſſimus *Venantii Honorii Clementiani Fortunati*, Presbyteri Itali, ac penes aliquos Epiſcopi Pictavienſis, in lib. 2. poëmat. poëm. 2. Et haec quidem vulgatiſſima Scriptorum opinio cum *Chriſtoph.*

Steph. Brovvero in nota ad idem poëma p. 26. Sed hoc tamen vindicant Claudiano, Mamerti Viennenſis Epiſcopi fratri, *Apollinaris Sidonius* l. 5. epiſt. 3. ut interpretantur antiquus ejuſdem Scholiaſtes ap. *Sirmond.* in notis ad eam epiſt. nota (*c*) in tom. 1. oper. col. 912. & junior alter *Joan. Savaro* Praeſes Claromontanus; tum *Gennad.* ap. *Sirmond.* qui hanc poſteriorem ſententiam (nec fortaſſe immerito) non reſpuere omnino videtur. Ipſe conſulatur.

De re Hymnaria ſeu de Hymnis eccleſiaſticis agunt *Iſidor.* de eccl. offic. l. 1. c. 6. *Rhabanus Maur.* de inſt. cleric. l. 2. c. 49. *Strabo* de reb. eccl. c. 25. *Durant.* de ritib. l. 3. c. 14. *Anaclet. Siccus* de eccleſiaſt. hymnodia libris tribus, *Thomaſ.* cit. in praefat. ubi de ſuo Hymnario.

7 *Sanctus, ſanctus, ſanctus es vere, Domine Deus noſter, qui formaſti nos, feciſti nos, & poſuiſti nos in paradiſo voluptatis. Quum autem mandata tua circa lignum vitae violaſſemus per deceptionem ſerpentis, a vita aeterna excidiſſemus, & a paradiſo voluptatis ejecti fuiſſemus, non in finem uſque deſeruiſti nos, ſed continuo nobis per prophetas tuos ſanctos promiſſa edidiſti....*

E LITURGIA COPTICA S. BASILII, EX COPTICO CONVERSA, IN ANAPHORA (ap. laudatum ſaepius *Renaudot.* t. 1. p. 14.)

Habes in praeclara Miſſa Baſilio a Coptis adſcripta delineatam compendio naturae innocentis, lapſae, ac reparatae oeconomiam: videlicet nos omnes in Adamo plaſmatos fuiſſe, atque immiſſos in Paradiſum voluptatis; tum in ipſo a diabolico deceptos colubro praeceptum Domini violaſſe, ac propterea mortem ab aeterna beatitate exſules incurriſſe; nobis demum reparatorem divinum adveniſſe Chriſtum Dominum, a ſanctis prophetis praenuntiatum. Ecquid autem praeclarius pro noſtro dogmate, immo & pro ceteris quibuſque ipſum directa facie reſpicientibus?

Eidem dogmaticae Praefationi mirum in modum adcinit ea, quae habetur in Miſſa ejuſdem S. Baſilii, quam nempe moris erat recitare apud Graecos, non ſingulis diebus, ſed ſollemnioribus, videlicet in Dominicis magnae Quadrageſimae, Palmarum Dominica excepta, in magna feria quinta, in magno ſabbato, in pervigilio Nativitatis Domini & Epiphaniae, ac in die feſto S. Baſilii. Eam vide ſis ap. *Goar.* in Euchol. p. 166. ſq.

Quod vero ſpectat Ἐπινίκιον, ſeu triumphalem iſtum hymnum, qualem Graeci & Arabes adpellant, in utraque Eccleſia a primis uſque Seculis uſu adceptiſſimum, nonnulla de eo *ſuperius* delibavimus in Adpendice Monument. e re liturg. ad Partem I. pag. XVIII. ſq. Plu-

ribus

ribus in eundem differentes qui audire velis, adeas *Goarium* in Eucho. log. in notis ad Miſſam S. Joan. Chryſoſt. num. 122. ſqq. cit. *Renaudot.* in notis ad hanc Anaphoram p. 228. ſq. *Cangium* in Gloſſar. graecobarbaro art. Υ"μνος, *Menard.* ad Sacramentar. Gregorian. p. 10. ſqq.

8 *Domine Jeſu Chriſte, qui beatiſſimas Virgines Juſtam & Rufinam de vaſis irae feciſti vaſa eſſe miſericordiae: dum originalis peccati traduce conligatae, ſacroſanctae regenerationis meruerunt dealbari baptiſmate: quae etiam dum mercimonio fictilium vaſculorum ad miſericordiam utuntur inter vaſa virtutum per martyrium coronantur, da....*

Ex Orationali gothico-hiſpano in feſto Sanctarum Virginum et Martyrum Juſtae ac Rufinae, in completorio ad matutinum (ap. cit. *Joſ. Blanchin.* p. 127.)

En tibi aliam, & quidem diſertiſſimam, ſancti dogmatis deſcriptionem; qua ſcilicet una cum hiſce Virginibus nati ſubindicantur reliqui Adami poſteri filii, ſeu vaſa irae, utpote peccati originis traduce illigati, quo tandem ſacro Baptiſmi fluento renati plane ſolvuntur. Dogmaticum argumentum perbelle adripuit deprecationis Author ex vaſis fictilibus, quae narrantur vendidiſſe ſanctae Virgines, ut Martyres, aut pauperes alerent.

Celebris jamdiu eſt Hiſpali ac Toleti Sanctarum Virginum & ſororum memoria ſub diem xix. Julii; nec ita pridem ſacra eiſdem ſollemnitas eodem recurrente die ad univerſam Hiſpaniam Pontificio indulto Benedicti P. xiv. ſub an. 1752. ad preces Hiſpalenſis Eccleſiae propagata eſt. Earundem cum laude meminerunt Martyrologia, puta *Romanum parvum* a Roſvveydo editum, *Adonianum*, *Uſuardinum*, una cum Breviariis *Moz-arabico*, *Burgenſi*, *Eborenſi*. De aetate, Virginitate, actis, martyrio, cultu, reliquiis, templis, miraculis utriuſque ſororis differunt critice *Bollandiani* t. 4. Julii ad diem xix. ex Scriptoribus rerum hiſpanarum, aliiſque. *Blanchinus* cit. pag. cclxxii. ſqq. in adnotatione ci. ad pag. 127. Bollandianos defloravit.

Unum adnotavero: quod in Eccleſia Tarraconenſi, priuſquam Officium ad totam Hiſpaniam pontificio indulto extenderetur, minime illud, ni fallor, recitabatur. Quo poſito, veriſimile fortaſſe cuipiam non videatur, perantiquum illum codicem, praeferentem ſatis prolixum de noſtris Virginibus Officium, ad illam Eccleſiam pertinere, uti contendit laudat. *Blanchinus*.

9 *Vere dignum. Qui... nec tantum pro ſubverſione Protoplaſti per virilem ſexum Martyrum beatorum*

torum meritam deceptori reciprocas ultionem, ſed etiam in Evae matris inimicum per femineam conditionem retorques jure vindictam, ut qui male in ſua Paradiſi felicitate fidentem ſexum utrumque proſtraverat, nunc ab utroque per tuam gratiam calcaretur.....

E SACRAMENTARIO VULGO LEONIANO IN PRAEFATIONE AD MISSAM III. IN NATALI SANCTAE CAECILIAE (ap. cit. *Murator.* t. 1. col. 457.)

Eandem victoriam muliebri virtute a callido Serpente reportatam concelebrat in eodem Liturgico Codice col. 404. & 406. Praefatio Miſſae II. de Sancta Euphemia Martyre. Ac ipſam merito idem Sacramentarium, ceterique Codices Liturgici laudibus efferre poſſent, quoties de Sanctis quibuſcumque feminis verba faciunt.

10 *Da quæſumus Domine Electis noſtris digne atque ſapienter ad confeſſionem tuae laudis accedere; ut dignitati priſtinae, quam originali tranſgreſſione perdiderant, per tuam gloriam reformentur. Per.*

E LIB. I. SACRAMENTOR. ROM. ECCLESIAE IN PRIMA ORATIONE MISSAE AD TERTIAM DOMIN. QUAE PRO SCRUTINIIS ELECTORUM CELEBRATUR, NUM. XXVI. (ap. *Thomaſium* cit. ex edit. Vezzoſiana, tom. 6. p. 29.)

Animadvertis, reor, nullo docente, adſertum heic peccatum originis, quo Electi ad Baptiſmum amiſſerant priſtinam innocentiae dignitatem, ipſis jamjam intercedente Baptiſmate reparandam, ex pervetuſta Romanae Eccleſiae traditione & conſuetudine.

Occurrit jam vero ſacer antiquiſſimus ritus de Scrutiniis Electorum Catechumenorum in ordine ad Baptiſmum in pervigilio Paſchae, vel Pentecoſtes, aut Epiphaniae ipſis ſollemniter conferendum. Ipſis, inquam Electis, quos nimirum jam probatos & ſacro lavacro ſuſcipiendo idoneos elegerat Epiſcopus. Scrutinia itaque, ſeu examina, quibus eorum idoneitas probaretur, qui baptizandi erant in pervigilio Paſchae, ſepties intra Quadrageſimam in pleriſque Eccleſiis, prae primis in Romana, inſtitui conſueverunt; videlicet, uti loquitur *Ordo Romanus* VII. n. 8. ap. *Mabillon.* in Muſ. Ital. t. 2. p. 82. *ſecundum formam ſeptem donis Spiritus Sancti* conſentaneam: *ut dum ſeptem ſeptenario numero implebuntur, detur illis* (Electis) *gratia ſeptiformis Spiritus-ſancti*. Qui vero baptizandi eſſent in pervigilio Pentecoſtes, aut Epiphaniae, tria dun. taxat alicubi ſubibant ſcrutinia ex *Miſſali Gellonenſis Monaſterii* ap. *Marten.* de antiq. Eccleſ. ritib. l. 1. c. 1. art. 12. p. 101. ſq.

Et

Et recte quidem haec examina Scrutiniorum nomenclaturam ſortita ſunt, quoniam ex *Theodulpho* Aurelianenſi Epiſcopo in lib. de Bapt. c. 8. ap. *Sirmondianam* editionem tom. 2. ejuſdem operum „ qui illius „ ſunt aetatis, ut rationem credulitatis ſuae reddere poſſint, diligen„ ti examine ſcrutandi ſunt, utrum veraciter credant, an alicujus fal„ ſitatis in eis macula celetur„ quibus plane ſimilia tradunt, poſt *C. Bracarenſe II.* cap. 1., vulgatus *Alcuin.* l. de div. off. cap. de Sabb. S. Paſchae, *Amalar.* de eccleſ. offic. c. 8. *Rupert.* de div. off. l. 4. c. 17. *Durand.* in ration. l. 6. c. 56. De ſeptem quadrageſimalibus ſcrutiniis, reliquis praetermiſſis, differunt ſacrorum rituum Interpretes mox laudati, quibus addito *Leidrad.* Arch. Lugd. l. de bapt. c. 1. *Hugon. Victorin.* de ſacram. l. 1. c. 17. *Capit. Caroli* M. l. 5. c. 372. *Honor. Auguſtodun.* l. 3. c. 53. *Hincmar.* Remenſ. in capitulis ad Presbyt. ſuae dioeceſ. & e junioribus *Menard.* in obſervat. ad lib. cit. Theodulphi in cap. 8. & 9. *Joſ. Vicecomit.* de antiq. bapt. rit. l. 3. a c. 21. ad 26. *Cangium* in gloſſar. lat. art. *Scrutinium Catechumenorum*, cit. *Marten.* l. 1. c. 1. art. 11. ſqq. *Bailletum* de ſanctis t. 4. ubi de feria IV. hebdomadis quartae quadrageſimalis §. 2. a. n. 3. p. m. 166. ſqq. *Meratum* in Gavantum t. 1. par. 1. in comment. prae. lim. obſervat. XCV. *Vezzoſ.* in Thomaſiana edit. in propoſitam orationem & alias, *Sam. Baſnag.* in annal. t. 2. diſſ. 12.

His ergo conſultis, una cum cit. Ordine Romano, aliiſque Ordinibus a *Marten.* productis art. 12. & hoc noſtro *Sacramentario* pagg. 29. 32. 34. 37. ſqq., abunde doceberis hiſtoriam de praefatis ſcrutiniis, nimirum dies ſcrutinio adſignatos, peractaque tum exercicia: nempe Miſſam cum aliis peculiaribus precibus; Epiſcopi, ſeu presbyteri, diaconorum, acholyti, janitoris munia in eis actionibus, Catechumenorum, una cum ſuſceptoribus & frequentia populi adceſſum ad praeſcriptum templum; catecheſim ad viros & feminas ſeparatim audientes; candidatorum ab templo deceſſum, regreſſumque ad ipſum; exorciſmos, aperitionem aurium, traditionem redditionemque ſymboli, & orationis; impreſſionem ſigni crucis in frontibus; manuum impoſitionem; reliquos demum minutiores omnino ritus. Nos vero interea unum vel alterum ad eadem Scrutinia ſpectans, nec ita obvium apud Liturgicos, diligentius perſequimur.

Et principio quidem primaeva Scrutiniorum inſtitutio, tametſi perantiqua, nimium obſcura eſt. Porro de Scrutiniis pervetuſtam mentionem habemus ap. *C. Carthaginenſe* IV. can. 85. ap. *Auguſtin.* l. 2. de ſymbolo ad catechum. c. 1. ac l. de fide & oper. c. 61. ap. *Ambroſ.* l. de myſteriis c. 1. ap. *Leonem* P. in decretis, quae indicat *Conc. Moguntin.* II. cap. 3. ap. *Siricium* P. epiſt. 1. ad Himer. Tarracon. c. 2. quocirca in eccleſiis Africana, & Mediolanenſi ſub Seculum V. ac in Romana ſub IV. ea in more poſita ſunt. Num iis alias vetuſtior exſtet mentio? Latet me. Scio equidem, *Tertullianum* l. de baptiſmo c. 19 memorare diſpoſitiones orationis, jejunii, poenitentiae, quibus ad baptiſmum Catechumeni parandi eſſent; hujus tamen ſcrutiniorum ritus haud me-

mi-

minit. Praeterea ſi vulgatum *Alcuin.* audias in l. de div. offic. cap. de bapt. Dom. electi baptizandi exorciſmis ſunt ſcrutandi, jejuniis ſanctificandi, frequentibus praedicationibus imbuendi *ſecundum Apoſtolicam regulam*. At ſine teſte loquitur, nec aliae quidem omnes Eccleſiae ſcrutiniorum morem non illico cooptaſſent, ſi ab Apoſtolica inſtitutione profectus eſſet, uti recte obſervat cit. *Vicecomes* c. 21.

Nihilo ſecius hoc ſenſu verum protuliſſe Alcuinum reor, quod nempe erga baptizandos ab Apoſtolica traditione profluxerit praeparatio aliqua catecheſeos & poenitentiae, quae ſenſim in eam methodicam, publicam & generalem ſcrutiniorum ſollemnitatem provecta ſit ab aliqua primum Eccleſia, quam ceterae deinceps proceſſu temporis ſequutae ſunt una cum Gallicanis, Hiſpanis, Germanis, pro quibus nempe conſpicua ſuppetunt documenta apud laudatos Scriptores; immo etiam cum pluribus Graecis, de quarum praeviis ſcrutiniis, aut examinibus erga baptizandos nonnulla exſtant haud prorſus obſcura teſtimonia ap. *Iren.* l. 1. c. 1. p. 46. poſtremae edit. Interprete Joan. Erneſto Grabio in adnot. cui adhaeſit Maſſuet. ap. *Pſeudo-Clem.* l. 3. recognit. §. 67. ap. *Greg. Nyſſen.* orat. contra eos, qui differunt baptiſmum, ap. *Cyril.* Hieroſ. in praefat. ad ſuas catecheſes n. 1. & alias, interprete Tho. Milleſio, itemque Menard. cit. in cap. 8. libri Theodolphi, ap. *Chryſoſt.* catech. 1. ad illuminandos n. 4. ap. *Nazianzen.* orat. in S. lavacrum, quibus adde ſis recentiorem Ordinem ex *Euchologio Graecorum*, adductum a cit. *Marten.* art. 12. a p. 112.

Infantes etiam alicubi ſcrutinio ſuberant, ut nempe ceremoniis & ritibus, praeſertim exorciſmo luſtrarentur: id quod de Bracarenſi Eccleſia conſtat ex *C. Bracaren.* II. cap. 9. & de Romana ex *Ordine Rom.* VII ap. cit. Mabillon. n. 1. & alias. Fiebant inſuper alicubi ſcrutinia nocturnis horis, e. c. apud Eccleſiam Africanam ex *Auguſt.* l. 2. de ſymb. ad catech. c. 1., alibi vero interdiu, nempe apud Pictavienſem ex ejus Ordine Ms. pontificali, quem exſcripſit cit. *Marten.* l. 1. c. 1. art. 12. p. 102. & apud Romanam ex cit. *Ordine Rom* ubi invitantur baptizandi ad ſcrutinium celebrandum *feria quarta*, *hora tertia*, videlicet pomeridiana, ut interpretor cum Italo *Vicecom.* cit. c. 24 Ubi moneris obiter, tum temporis, ſcilicet ad Seculum VIII. vel IX. cui aetas hujus Ordin. Rom. adſignari ſolet, nondum Romae invaluiſſe uſum hodierni horologii, quod ab occaſu ſolis initium ducit.

In pleriſque Eccleſiis adulti baptizandi, & pro infantibus eorum ſuſceptores aut ſuſceptrices ſua dabant nomina ſcrutinii praeſidi, quae deinceps eccleſiaſticis tabulis inſcripta palam recitabantur. Liquet aperte ex *Pſeudo-Clem.* recognit. l. 3. §. 67. *C. Carthag.* IV. can. 85. *Nyſſen.* orat. cont. differentes bapt. *Cyr. Hieroſ.* praefat. ad catecheſ. n. 1. *Siric.* P. epiſt. ad Himer. *Dionyſ.* de eccleſ. hier. c. 2. *Ord. Rom.* VII. cit. n. 1. *Sacrament. Rom. Eccl.* l. 1. ap. cit. Thomaſ. p. 37. *Auguſt.* l. de cura pro mort. habenda c. 12. & l. de fide & oper. c. 6., tum ex epiſt. *Jeſſe* Ambianenſ.

nenſ. Epiſc. de bapt. & Codicib. *Remenſi*, & *Ratoldi* ap. Menard. in nota 321. in ſacramentar. Gregor.

Ex iis vero ſubinfert laud. *Menardus* „ olim nomina non in ipſo „ baptiſmo, ſed ante illum fuiſſe infantibus, ſeu pueris impoſita: ſi„ quidem quum baptiſmus celebraretur tantum in diebus Paſchae & „ Pentecoſtes (adde, *& alicubi in Epiphania*) & in multos annos ſae„ pe rejiceretur, non eſt credibile tunc infantes nomine caruiſſe; ni„ ſi forſan id adſerendum velimus de infantibus illis, qui octavo, vel „ ante octavum natalis ſui diem baptizabantur„ Adlatiſque deinde paganorum exemplis, qui ſuis infantibus ſeptimo, octavo, & nono poſt natalem die nomina ſuperſtitioſis ritibus imponebant, concludit „ Ita„ que puto antiquos chriſtianos in imponendis nominibus ſua conſue„ tudine uſos fuiſſe, poſita omni ſuperſtitione paganica. „ Similiter ferme ſentit, remiſſo ad Menardum Lectore, cit. *Mabillon.* in Ord. Roman. n. 1. ex illis quippe verbis, *hora tertia ſcribantur nomina infantium*, haec colligit in nota *a* „ habebant ergo nomina jam ante baptiſ„ mum; quamquam non raro nomina tunc imponebantur.„

At poſſet fortaſſe quis reponere, novum in baptiſmate tum imponi nomen cunctis adcedentibus; aut inſcripta infantium nomina non eſſe propria, ſed parentum, aut ſuſceptorum, uti innuit toties laud. *Ordo Romanus* n. 1. e. g. ſub hac formula, *filius Petri pictoris*, aut *ſuſcepta ab Euphemia Marchioniſſa*. Nec ſecus quidem *Mabillonio* ſentire fas eſt pro illis eventibus, in quibus fatetur, nomina in baptiſmate fuiſſe impoſita. Sed plura de iis *inferius* ubi de ſacro Baptiſmate.

Deſiit poſtremo univerſim, ſenſimque apud Eccleſias expoſitus Scrutiniorum ritus, quum abſolutus eſt ordo catechumenatus, ſollemniſque in Paſchate ac Pentecoſte baptiſmus, inducto frequenti, immo quotidiano parvulorum lavacro; videlicet, ut pluribus placet, Seculo IX. exeunte. Dixi *univerſim*, non vero *penitus*, ut excipiam pauciores Eccleſias, in quibus eundem diutius perſtitiſſe ritum ſatis norunt Eruditi adverſus *Vicecomitem*, quo de argumento fuſius poſtmodum differemus in Par. III. Tom. VI. ubi de traditione ſymboli ad tract. de fide theologica.

Plura pro noſtro Dogmate liturgica monumenta ſuppeditant laudati ſaepius *Mabill.* de liturg. gallic. p. 249. & in Sacramentario gallic. p. 301. 304. 307. 320. 322. 326. 328. 333. 374. *Murat.* de Rom. liturg. t. 1. col. 315. 319. 404. 406. 444. 473. *Thomaſ.* t. 6. p. 123. 236.

E DO-

E DOCUMENTIS VARII GENERIS.

11

Fragmentum calicis vitrei in umbone depictum, e ſacris Romae cryptis erutum ap. Bonarrot. in obſervat. tab. 1. fig. 3. & Boldett. in obſerv. in coemet. p. 200.

Protoparentum inſolentis audaciae, qua Dei mandatum tranſgreſſi ſunt, effigiem hac expreſſiorem, ſimulque vetuſtiorem fortaſſe non videris. Eam ad Secula pene ante-Diocletiana referendam merito conjectat laud. *Bonarr.* in explanatione ejuſdem documenti, generatim de aliis id genus in praefatione ad ſuas obſervat.

Quod idem inſuper infelix parentum lapſus paullo poſt ſubſequutis temporibus apud Majores noſtros in tabulis depingerentur, innuiſſe mihi videntur Sancti *Paullinus* & *Auguſtinus*: ille videlicet in natal. 9. S. Felicis a verſ. 515. ubi recenſens quas in porticu cujuſdam Baſilicae imagines adpingi curaverat, inquit,

Omnia namque tenet ſerie pictura fideli,
Quae ſenior ſcripſit per quinque volumina Moſes.

& quidem quid ad Chriſtianorum doctrinam & ſalutem memoratu picturis dignius eo lapſu, in univerſo Moſis Pentateucho? quin & verſ. 607. exponens fructum ex narratis picturis excerpendum, proſequitur,

De Geneſi, precor, hunc orandi collige ſenſum
Ne maneam terrenus Adam, ſed virgine terra
Naſcar...

Auguſtinus vero diſputans cum Juliano Pelagiano de noxa originali,

li, ac de foliis, ſeu perizomatis, quibus lapſi parentes ſuae nuditati, ruborique conſuluerunt, ita eum adloquitur l. 5. adverſ. Julian. c. 2. n. 6. *a pictoribus me didiciſſe* derides, *quod Adam & mulier ejus pudenda contexerint, Horatianum illud decantatum audire me praecipis,*

. . . . . *Pictoribus atque poëtis*
Quidlibet audendi ſemper fuit aequa poteſtas.

De cauſſis, ob quas apud Veteres curae fuit ejuſmodi lapſus imagines fidelium oculis frequentiſſime objicere, plura, ad ſenſum adlegoricum ac tropologicum redacta, *Aringh.* in Roma ſubt. t. 2. l. 5. c. 7. p. 467. ſqq. Addit haud immerito laud. *Bonarr.* id genus imagines documento fuiſſe Chriſticolis adverſus priſtinos Gnoſticorum errores, quod hominis creatio Dei Omnipotentis opus fuerit, ex ſacra Geneſis narratione, non autem pravi principii. Alias, & quidem non adſpernandas, conjecturas profert *Bottar.* in Roma ſubt. t. 1. ad tab. LX. & ſaepius.

12

Apud laud. Bonarrot. tab. 1. *fig.* 1.

Particulam hanc Iconis aereae pervetuſtae, immo Iconem integram, bonum inſimul Paſtorem, aliaque ex antiquo Foedere myſteria exprimentem, unus ipſe *Bonarrotius*, quod ſciam, exhibuit, & adpoſite, more ſuo, commentatus eſt. Idem conjectat, olim fortaſſe Iconem ornamento fuiſſe cuipiam ex illis Crucibus, quas vocarunt Stationales, de quibus pluribus differentem vide ſis *Ciampin.* de vet. mon. t. 2. c. 6.

13

Romae in Muſeo Victorio, uti idem Clariſſ. Victorius refert, nitideque Gemmam exponit in Praefat. ad diſſ. de Ss. Septem dormientibus pag. v. & VIII.

Ro-

14

Romae ex percelebri ſarcophago marmoreo nobiliſſimi Urbis Praefecti & neophyti Junii Baſſi, effoſo ex coemeterio Vaticano, ap. Authores Romae ſubterr. quorum poſtremus Cl. V. Bottarius ſarcophagi conſpectum retulit in ſua Roma ſubt. tab. XV. *n.* VII. *Exſtat modo in ſacris cryptis Vaticanis, ubi illud mox contemplati ſumus.*

Similem anaglypho opere effigiem referunt complurima Romae cryptarum Marmora. Ea indicaſſe ſufficiat, prout ſingula in ſuas retulit tabulas laud. *Bottarius*.

Videlicet in tom. I. tab. XXXI. n. IV.... tab. XXXVII.... tab. XL. n. 9. tom. 2. tab. LI. n. 2.... tom. 3. tab. CXXXI.... tab. CLXXXIII.... tab. CLXXXV.

His addenda primum eorundem ſarcophagorum anaghypha, quae Deum Dominum medium inter duos protoparentes repraeſentant, elargientem Adamo ſpicas, ac Evae laneam oviculam, quaſi eis imponens onus laborandi ac veſcendi pane in ſudore vultus ſui, in patrati criminis poenam. Haec quidem ap. laud. *Bottar.* t. 2. tab. LXXXIV.... tab. LXXXVIII.... tab. LXXXIX.

Permulta ex marmoribus hucuſque adductis exſtant modo apud ſacrum Muſeum Vaticanum, ſuperne parietibus incruſtata.

Addendum inſuper ejuſdem figurae anaglyphon in parte laterali ſarcophagi marmorei, quod exſtat hodieque in Baſilica Ambroſiana Mediolanenſi ſub ambone ap. *Allegranzam* in expoſit. monim. mediol. tab. v. n. XI., ſimulque aliud itidem expreſſum in operculo ejuſdem ſarcophagi, ad tab. VI. n. 4. Haec eruditis diſſertationibus illuſtrat laud.

Al-

Allegr. tum ſimile in marmoreo ſepulcro Veronenſi apud S. Joannem in Valle, ex *Maffeio* in Verona illuſtr. par. 3. tom. 3. c. 3. p. m. 104. His enim ſacris emblematis, pluribuſque ſimilibus Chriſtiani veteres vita functorum nobiliorum ſepulcra ornare conſueverunt, quemadmodum antiquius Pagani ſuos praeeminentium virorum ſarcophagos eruditione mythica replebant, ut videre eſt in tabulis *Gorianis* ad tom. 3. Inſcript. antiq. ſub init.

Addendae praeterea Picturae plurimae ejuſdem protoparentum lapſus, adfixae parietibus, arcubus, fornicibus coemeteriorum Romanorum, quales ibi repertae olim ſunt, atque exhibentur ab eodem *Bottario* tom. 2. tab. LX. n. 1. II.... tab. LXXX.... tab. CXXIII. n. IV.... tab. CXXVI. n. II.... tab. CXXIX. n. II.... tom. 3. tab. CXLV. n. II.... tab. CXLVIII. n. II.

Hac itaque frequentia & documentorum copia teſtati ſunt Majores noſtri fidem ſuam in ſacram hiſtoriam de lapſu infeliciſſimo Protoparentum.

15 ✠ QVEM PLEBS TVNC CARA CRVCIS AGNVS FIXIT IN ARA:
HOSTIA FIT GENTIS PRIMI PRO LABE PARENTIS.

Apud Forum Cornelii, nunc Imola, referente Dominico Mita in edit. ſermonum S. Petri Chryſologi ap. Bened. Bacchinium in editione libri Pontificalis Agnelli t. 1. in obſervat. ad vitam S. Chryſologi n. 11. p. 349. ſq.

Carmina haec quae Chriſtum depraedicant Mundi Hoſtiam pro lapſu Adami, oram circuunt illius venerandae patinae argenteae, quam S. Petrus Chryſologus Archiepiſcopus Ravennas ante mortem in baſilica Divi Caſſiani apud Forum Cornelii ſumma pietate obtulit. Obiit vero Chryſologus circ. 450.

Sebaſtianus Paulli, nuperus editor ſermonum S. Chryſologi, in vita ejuſdem Sancti ex cit. *Mita*, ſermonibus praefixa n. 37. p. XL. de Sancto jamjam morti proximo haec habet „ Tumulumque ſibi juxta „ aram S. Caſſiani eligens, ſacram infulam auro, gemmiſque pretioſiſſimis diſtinctam, Craterem aureum & Patinam argenteam, myſticis figuris & caracteribus exſculptam, quibus in ſacro fuerat uſus, „ Arae B. Caſſiani hereditario ſuae evangelicae paupertatis jure reliquit. „

Idem *Editor* ex vita Chryſologi ex *Caſtillo* §. 4. n. 11. p. XXIV. quid ſimile profert in haec verba „... Offerendo Martyri ſacro (Caſſiano) „ provolutus in terram mitratam cidarim auro variegatam & gemmis, cum poculo aureo, & argentea patella, quibus ipſe ſaepe fuerat uſus in ſacris. „

Franc. de Berlendis in diſſ. latina de oblat. ad altare par. 1. §. 1. p. 25. edit. Venet. 1743. praefatam patinam, quam perperam vocat Craterem,

terem, memorat, & ſecundum duntaxat ex duobus Carminibus in eo exſcalptis. De duobus noſtris obſervat cit. *Bacchin.* eſſe *modi recentioris*, quia nempe ſunt *Leonina*, ut vocant. Idem monet, ſua aetate exſpectari doctam D. Abbatis *Paſtrizii* lucubrationem in eam patinam, quam nobis videre non licuit.

Vidimus tamen ectypon ejuſdem patinae myſticae, quam primum *Mita* aeri ſcalpendam curavit, nobis e Foro Cornelii, una cum aliis eruditionem rei concernentibus, perhumaniter miſſam a *R. P. Narciſſo Baſio* S. J., illic hodieque commorante. De eadem etiam atque etiam redibit ſermo.

§. I.

Natura peccati originis.

637 QUAESTIO I. Quid ſit formaliter hoc peccatum? Multiplex ſententia indicat, obſcuriſſimae difficultati nihil reſponderi poſſe, quod difficultatem penitus evacuet. ADSERO. Eſt macula illi ſimilis, quae manſit in Adamo, poſtquam commiſit peccatum, donec idem revocavit: atque adeo eſt ipſummet Adae peccatum, prout moraliter, aequivalenter, & interpretatione fuit peccatum noſtrum, & prout in nobis moraliter perſeverans, ſcilicet quoad effectus morales peccati Adae; ad eum plane modum, quo vulgo adſeritur de peccato noſtro habituali (*i*). RURSUM QQ. DOGM. SCHOL.

638 Ratio, quia Peccatum originis eſt vere, ac proprie peccatum, ſufficienter qua tale voluntarium, & unicuique intrinſecum, & proprium, ex *Tridentino*, quippe quo ſumus Deo odibiles, poena aeterna digni; atqui ejuſmodi nequit concipi, quin ſit perfecta macula intrinſeca, & moralis, ei ſimilis, quam tranſacto peccato contraxit Adam, & quam adulti omnes per propria peccata contrahunt: ergo. Id autem liquet ex pacto de transfundenda in omnes poſteros juſtitia, vel injuſtitia Adami, quo quidem ſubinde una Adae voluntas fuerit moraliter voluntas omnium poſterorum. Tum ſic: ergo quidquid Adae tribuitur, & poſteris virtute pacti tribuitur; atqui Adae poſt peccatum commiſſum, & non revocatum, tribuitur moralis macula, ob quam ſit Deo odibilis eodem modo, ac ſi actu peccatum committeretur: ergo & poſteris. Sic optime percipies verba illa *Rom. 5. & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccaverunt.*

639 Heinc 1.° peccatum originis nihil eſt aliud, quam peccatum in Adamo, ab Adamo re, & a poſteris virtute patratum, in poſteris

(*i*) Nobiſcum ſunt *Platel.* cit. par. 2. c. 4. §. 2. n. 316. & *Rhod.* tr. 4. d. 4. de pecc. orig. q. 1. ſ. 2. §. 3. concl. 4. cum *Turriano*, *Cur. Del. Arri. Martinonio*.

ſteris moraliter perſeverans . 2.° eſt ſufficienter voluntarium ex eo, quod tale ſit moraliter , ac interpretatione, non phyſice; ideſt non in ordine ad propriam uniuſcujuſque voluntatem , ſed in ordine ad voluntatem Adae, continentis per modum capitis poſterorum voluntates. Nam peccatum in genere ſolum dicit defectum moralem , in nobis ortum ex deficiente aliqua voluntate; quod originali convenit. 3.° eſt proprie peccatum (*k*). Quia tale ſimpliciter vocatur ab *Script. PP. & Trid* (*l*) . Licet enim ratio peccati perſonalis dicat voluntarium proprium , & formale , at ratio communis peccati abſtrahit a voluntario proprio, & a voluntario interpretativo (*m*).

OBJECTIONES.

640 Obj. *primo* . Si peccatum originis ſit ipſum Adae peccatum, erit pariter nobis actuale, uti fuit Adamo: quod nemo dixerit. *Secundo* ex Trid. originale transfunditur ab Adamo in poſteros, omnibus ineſt, eſt unicuique proprium : haec autem vera non ſunt de ipſo Adae peccato; nec enim quod omnibus commune eſt, eſt uniuſcujuſque proprium; quoniam e. g. divina Eſſentia , quia tribus Perſonis communis eſt, nullius eſt propria : ergo . *Tertio.* Heinc originale non niſi moraliter tranſmittitur ad poſteros: quod repugnat fidei .

641 R. Ad *primum N. A.* Quia actualis Adae culpa fuit Adae phyſice, noſtrum moraliter duntaxat. Ad *ſecundum N. Mi.* Vere omnibus ineſt , quod vere , & intrinſecus omnes adficit . Eſt omnibus commune, quia ad omnes extenditur ; eſt uniuſcujuſque proprium, quia nemo unus eſt , quem non inficiat . Exemplum de divina Eſſentia non eſt ad rem; nam ipſa eſt re una in tribus Perſonis , at peccatum Adae ſolum eſt moraliter , ac aequivalenter in poſteris . Ad *tertium D. A.* non niſi moraliter quoad modum tranſmittitur, *C.* quoad rem tranſmiſſam , *N.* quoniam peccatum Adae , licet non niſi moraliter communicetur, at tranſmittitur , ſeu propagatur intrinſecus, quatenus eſt noſtrum , ex quo transfunditur ab eo , in quo moraliter ceu in capite continebamur = Huc redeunt Objectiones contra pactum, ſupra ſolutae.

642 Obj. *quarto* . Originale , ſecluſo quolibet pacto , transfunditur ex natura , ſeu quaſi ex natura rei per libidinem , ſeu concupiſcentiam ſeminali generationi naturaliter adjectam; ad eum modum quo podagra , coecitas & id genus alia , ſeu corporum ſint, ſeu animorum adfectiones , in liberos tranſmittuntut a parentibus. Nam 1.° ſic ſentiunt antiquiores Theologi cum Orig. (*n*) Leon. M. (*o*) Fulgent. (*p*) Richar. Victor. (*q*) Magiſt. Bonav. &c. 2.° ſignanter ita ſentit Auguſt. tum alias, tum diſputans in Julianum (*r*) in haec verba „ ... ſecundum hanc originem ſeminalem etiam Levi tunc deci-

„ ma-

(*k*) Contra Durandum a S. Portiano.
(*l*) Seſ. 5. de pecc. orig.
(*m*) Lege *Rhod.* cit. §. 5. *Arſdek.* 1. 2. c. 5. *Bec.* tr. 2. c. 9. q. 1 n. 1.
(*n*) In c. 8. ep. ad Rom.
(*o*) Ser. 5. de Nativ.
(*p*) L. de Incarnat. & grat. c. 13.
(*q*) L. 1. de Emman. c. 10.
(*r*) L. 4. oper. imperf. n. 104. ſqq.

„ matus oſtenditur, non in ſe ipſo, ſed in illo in cujus fuit lumbis; „ nec voluit, nec noluit decimari, quoniam nulla ejus voluntas erat ... „ & tamen ſecundum rationem ſeminis, non mendaciter, nec inani„ ter dictum eſt, quod ibi fuit & decimatus eſt„ Poſteri ergo Adami eo modo in eo fuerunt, & idcirco peccarunt, quo fuerunt Levitae in Abraham quum Melchiſedech Sacerdoti decimas dedit, & propterea decimati ſunt; at Levitae, non ratione pacti alicujus, ſed ſolius ratione ſeminis, ſeu ex natura rei, nec volentes, nec dolentes fuerunt in Abrahamo, & propterea in lumbis ejus decimati: pariter ergo. Ita *Janſen.* & *Henric. a S. Ignatio* proxime adducti.

643 R. *N. Adſ.* Illa enim, quae dicuntur generatione transfundi a parentibus in liberos, meram naturam ſpectant; transfuſio vero peccati voluntatem peccantis aliquo modo liberam & voluntariam neceſſario expoſcit. Ad 1. prob: iis Authoribus, de quorum mente, qualem adverſarii obtendunt, vehementer ambigimus, totidem objicimus ex antiquis & recentibus, ubi pactum adſeruimus indicata pag. 363. Nec novum quidem eſt, Scriptores quoslibet ubi agitur de rebus difficillimis in varias abire ſententias. Ad 2: palmaris eſt inter decimationis & peccati imputationem diſparitas: illa enim nude extrinſeca eſt, atque adeo poteſt quam optime poſteris ex rei natura ratione patrum imputari, quippe quae imputatio ab opinione hominum tota pendet; iſta vero, quum ab interno animae ſtatu petatur, atque adeo ob communicatam ab altero exſiſtentiam, nequit porro, nullo ſubintellecto voluntatis adſenſu, ex natura rei imputari.

644 Plane Auguſtinus, qui alias nobiſcum eſt, exemplum heic profert Levi in lumbis Abraham decimati, quo Adae filios in lumbis Adae reliquiſſe commonſtret; num autem hoc phyſice atque ex natura rei, num moraliter ſolum contingat, ne quidem ipſe innuit. Quocirca nihilo hiſce verbis, tanto ab adverſariis hiatu amplificatis, noſtrae officit opinioni S. Doctor.

645 Obj. *quinto* contra Illationem ſecundam. Originale neutiquam eſt parvulis voluntarium. Nam 1.° voluntarium eſt illud, quod eſt ab intrinſeco cum cognitione; at in parvulis originale eſt ſolum ab extrinſeco, ſcilicet ab Adamo, ac ſine cognitione, qua carent. 2.° voluntarium liberum ad culpam neceſſarium, debet eſſe in poteſtate voluntatis illius, cui imputatur; at originale non eſt in poteſtate voluntatis puerorum. 3.° ut ſit mihi voluntarium quod fit voluntate alterius, opus eſt, ut ego voluntatem meam, & vices meas illi commiſerim; at nullus ex poſteris voluntatem, & vices ſuas commiſit Ademo, ut praeceptum Domini adimpleret, ſeu infringeret.

646 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: originale eo modo, quo eſt voluntarium, ſcilicet phyſice in capite, ac moraliter in membris, eſt a principio intrinſeco cum cognitione. Ad 2. *D. Ma.* voluntarium perſonale, *C.* morale originale, ac capitale, *N.* hoc enim ſolum debet eſſe in poteſtate voluntatis, originis, aut capitis, continentis moraliter mem-

brorum voluntates. Et *C. Mi.* quia parvulorum voluntarium non eſt perſonale, ſed morale & capitale, quum eorum voluntates ſint voluntati Adae illigatae. Et *N. Con.* Ad 3. *D. Ma.* ut ſit mihi voluntarium voluntate perſonali, quod fit &c. *C.* voluntate capitali, ſeu in capite, cui nempe Deus ex ſupremo dominio meam adjunxit, & ſubordinavit voluntatem, *N.* Et *C. Mi.* quia nulli poſterorum fuit voluntaria voluntate perſonali, Adamitica praecepti impletio, ſeu infractio; ſed tantum voluntate capitali. Et *N. Con.* (*s*).

647 QUAESTIO II. Num praeadſerta macula ſita ſit formaliter in privatione gratiae, vel in concupiſcentia rebelli, aut in alia qualitate morbida? NEGO tria Quaeſtionis membra. Primum videlicet, quia privatio gratiae eſt poena peccati actualis, ab omnibus in Adamo commiſi, & eſt a Deo, a quo nequit eſſe peccatum. Tum ex *C. Trident.* (*t*) in juſtificatione, quae fit per baptiſmum, reperitur & remiſſio peccati & infuſio gratiae; id tamen falſum eſſet, ſi ſola privatio gratiae ſit peccatum originis. Secundum, quia concupiſcentia rebellis eſt etiam poſt baptiſmum, per quem plane deletur quidquid habet rationem peccati (*u*). Tertium, quia ſimiliter illa qualitas morbida, quae apud ſuos AA. (*x*) eſt languor quidam, aut fomes ad peccatum inclinans, manet etiam in renatis poſt baptiſmum: ergo ſolum eſt macula moralis per modum peccati habitualis (*y*).

OBJECTIONES.

648 Obj. *primo*. Originale ſitum eſt formaliter in privatione gratiae debitae, prout inducta per Adae peccatum. Nam 1.° originale, ex Trid. eſt mors animae; ex D. Anſ. (*z*) gratiae nuditas; ex D. Dh. (*a*) privatio ſubjectionis humanae mentis ad Deum; ex aliis PP. privatio juſtitiae originalis. 2.° privatio illa gratiae, prout voluntaria phyſice Adae, ac moraliter parvulo, vere avertit hominem a Deo, ipſumque privatione gloriae dignum reddit: ergo non modo eſt peccati poena, ſed verum peccatum. 3.° ſic apte explicatur originalis peccati pravitas, derivata ſcilicet ab Adamo in poſteros; quemadmodum etiam inter homines, quando pater eſt laeſae majeſtatis reus filii, & poſteri avita nobilitate privari intelliguntur. 4.° ideo per baptiſmum originale penitus remittitur, quia baptizato per donum gratiae juſtificantis omnino deletur illius gratiae debitae privatio: ergo.

649 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. Trid. & PP. illis nominibus intenderunt primarium peccati effectum, qui notior eſt, non rationem formaliter conſtituentem adſignarunt. Originale eſt mors animae cauſſaliter, & demeritorie, non formaliter. Nec nuda privatio gratiae eſt mors

(*s*) Conf. *Arria.* t. 3. tr. de Virt. & pecc. d. 52. a n. 28.

(*t*) Seſſ. 6. in decr. de juſtificat. c. 7.

(*u*) Ex *Trident.* C. in decr. de pecc. orig. Recole *Aug.* l. 1. de nupt. & conc. c. 22. & l. 1. retr. c. 15.

(*x*) Cum *Mag.* in 2. diſt. 31.

(*y*) Lege *Rhod.* de pecc. orig. diſp. 4. q. 1. ſect. 2. *Bec.* heic tr. 2. c. 9. a q. 2. *Arſdek.* heic c. 2.

(*z*) De concep. virginali c. 26.

(*a*) Par. 1. 2. q. 82. a. 3.

mors animae, quippe ſine iſta morte potuiſſet conſiſtere in ſtatu purae naturae; ſed illud duntaxat, quod eſt gravis poſitiva offenſio Dei, mors animae dicitur.

650 Ad 2. *N. A.* quia ſola privatio poſitiva gratiae, ſita in ipſo peccato Adae, quod fuit moraliter noſtrum, avertit hominem a Deo, & a gratia. Plane ideo Adam privatus eſt juſtitia originali, quia peccavit: fuit ergo prius peccare, quam privari negative juſtitia. Ad 3. *N. Adſ.* Nec illa privatio avitae nobilitatis eſt ipſum laeſae majeſtatis crimen, ſed hujus poena conſequens. Ad 4. *N. A.* ſed quia deletur omnino peccatum, ferens adnexam, in poenam illius, gratiae privationem (*b*).

651 Obj. *ſecundo*. Originale ſitum eſt formaliter quoad materiale in concupiſcentia, quoad formale in reatu culpae, qui ſitus eſt in privatione originalis juſtitiae. Nam 1.° concupiſcentia adpellatur, Rom. 7. *peccatum in nobis habitans*, *interna peccati lex*, & Hebr. 12. *pondus, & circunſtans peccatum*. 2.° ſaepe Aug. vocat concupiſcentiam *peccatum*, *malum originale* &c. (*c*) & Bonav. (*d*) ſiſtit originale in concupiſcentia, prout claudit in ſeſe debitae juſtitiae abſentiam. Idem ſentit *D. Th.* (*e*). 3.° ex D. Aug. (*f*) *concupiſcentia in parvulis baptizatis a reatu ſolvitur, ad agonem relinquitur*: ergo ſtat optime, quod poſt baptiſmum maneat materia culpae originalis, ſcilicet concupiſcientia ad malum inclinans, quae tamen, deficiente forma, ſeu reatu per novam gratiam, non imputetur ad culpam originariam, aut perſonalem. 5.° quod repugnat legi divinae peccatum eſt; at enim hujuſmodi eſt adpetitus, originali juſtitia deſtitutus.

652 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. Illae adpellationes ſunt metonimycae, ſumentes peccatum pro effectu, poenaque peccati, qualis eſt concupiſcentia, nos in ſenſilia vehementer inclinans. Ad 2.: ſimiliter intelligenda ſunt verba Aug. qui etiam ſaepe dixit concupiſcentiam vocari peccatum, non quia peccatum ſit, ſed quia ex peccato nata eſt, ac eſt poena peccati (*g*) cujus doctrinae adcinit *Trid.* (*h*) Nec mihi porro Bonaventura, & Thomas ſecus ſentiunt, minuſque conveniunt cum eodem *Trident.* cui concupiſcentia nullatenus eſt *vere*, *& proprie peccatum*.

653 Ad 3. *N. Con.* gratis confictam, & deductam (*i*). Etiam anima, totuſque homo a reatu culpae originariae ſolvuntur, quin fuerint materiale illius culpae. Immo ex ipſo *Aug.* (*k*) *percipitur in baptiſmo chriſtiano perfecta novitas*, *& perfecta ſanitas*: adeoque poſt baptiſmum nulla manet infirmitas, nullumque conſtitutivum infirmita-

Ddd 2 tis

(*b*) Recole cit. *Rhod.* ſ. 2. §. 2. & *Arria.* proxime cit. d. 51. ſ. 3.

(*c*) Exempli cauſſa in l. 5. contra Julian. c. 5. de nupt. & concup. l. 2. c. 20. l. 4. c. 1. l. 6. c. 15. &c.

(*d*) In 2. Sent. diſt. 30. ar. 2.

(*e*) In 1. 2. q. 82. a. 3.

(*f*) L. 11. de peccat. merit. c. 4

(*g*) Sic idem *Auguſtin.* l. 1. retrac. c. 15. de nup. & concup. l. 1. c. 22. l. 1. contra 2. epiſt. Pelag. c. 23.

(*h*) Seſ. 5. can. 5.

(*i*) A Bert. heic t. 3. l. 13. c. 5. n. 12.

(*k*) L. 6. contra Julian. c. 5.

tis originariae, seu pro materiali, seu pro formali, quod baptismum praeceſſerit. Ad 4. *N. Mi.* Nec concupiſcentia in actu primo repugnat divinae legi, nec actualis, ſi ei conſenſio non adcedat.

654 Obj. *tertio*. Originale ſitum eſt formaliter in duplici qualitate morbida, alia carnis, & alia animi; quatenus nempe caro per peccatum vitiata, ſuum cum animo vitium, quum ſibi unitur, communicat. Nam 1.° ſaepe ferunt PP. animam in corpore, tanquam in vaſe vitiato corrumpi. 2.° ita ſentit Aug. qui idem docet (*l*). Et rurſus inquit (*m*) libidinem in homine natam eſſe ex adflatu ſerpentis. Idem (*n*) ait de concupiſcentia, quod eſt *adfectio quaedam malae qualitatis, ſicut languor*. Et (*o*) quod eſt morbidus quidam carnis adfectus. 3.° D. Th. (*p*) adſerit, originale eſſe habitum corruptum, & *languorem naturae*. 4.° ſic apte intelligitur, originale eſſe veram maculam, quae in anima reſidet, ac per baptiſmum deletur.

655 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: PP. id pronuntiarunt, non ut peccati originis indolem penitius definirent, ac exponerent, ſed ut quadantenus explicarent, quo pacto illud communicetur. Ad 2. Nec aliud quidpiam intendit Aug. Dicitur vero anima vitiari in corpore, quia incipit habere peccatum originale, quando infunditur corpori, morti, & aliis paſſionibus obnoxio. Adflatus ille eſt metaphoricus, quia nempe peccatum ortum eſt remote ex ſuaſione ſerpentis, & ex peccato orta eſt libido. Etiam per qualitatem, ſeu morbidum adfectum intelligit adpetitum ſentientem, quatenus vitiatus eſt qualitate morali, ideſt peccato originis, quale id ipſum *ſupra* expoſuimus, minime vero tabe aliqua phyſica; huic enim nequit adſignari cauſſa: ſcilicet non Deus, ne dicatur cauſſa peccati; non ſerpens, qui non egit cum Ada, ſed cum Eva; non pomum trajectum ab Adamo, quod erat bonum, & non vitiatum, ex *Aug.* (*q*). Ad 3. D. Th. intelligit illam corruptionem, & languorem in ſenſu morali, non phyſico. Ad 4. Recte intelligitur ex noſtra doctrina, quod ſit macula moralis, uti peccatum habituale; male vero, ac ſine fundamento ex doctrina objecta, quod ſit macula phyſica (*r*).

656 QUAESTIO III. Quodnam majus peccatum ſit, originale ne, ſeu veniale proprium? ADSERO. Veniale (*s*). Nam quid gravius ſim-

(*l*) L. 5. contra Julian. c. 3.
(*m*) L. 4. vulgati Hypogn.
(*n*) L. 1. de nup. & concup. c. 25.
(*o*) Ibid. c. 13.
(*p*) Heic q. 22. a. 1.
(*q*) De civ. l. 14. c. 11.
(*r*) Lege *Bec.* heic c. 9. q. 4.
(*s*) Ita *S. Thom.* 3 p. q. 1. a. 4. & in 2. diſt. 33. q. 2. ar. 1. ad 2. & in 3. diſt. 1. q. 1. ar. 2. ad 6. & q. 5. de malo ar. 1. ad 9. Tum *Guilielm. Autiſſiodor.* & *Capreol.* ap. & cum *Ruar.* *Tappero* in explicat. articulor. ubi de pecc. orig. *plures* ap. Granad. in 1. 2. controv. 6. de peccatis tr. 8. diſp. 2. ſect. 4. *De Rubeis* in cit. tr. de pecc. orig. cap. 66 n. 4. ſqq., quibus omnibus ceu veri quidem ſimilius opinantibus pene adhaeſit Card. *De Lugo* in comment. de poenit. diſp. 5. n. 59. ſqq. & cum ipſo *Dominic. Viva* in expoſitione prop. XIX. ex proſcriptis ab Alexandro P. VIII. nn. 18. 19. Nec parum favet *Sylvius* in 1. 2. q. 87. art. 5. & *Rhodes* in ſimili, ad tom. 2. diſp. 1. de poenit. q. 1. ſect. 2. §. 5. aliique.

ſimpliciter eſt agere contra Deum, ipſum quomodolibet offendendo, quam pati & permittere Dei odium ac inimicitiam, ſeorſim ab omni actione mea; atqui per veniale ago contra Deum, & per originale patior duntaxat Dei odium & inimicitiam. Tum unica, quae adferri poſſit ratio communis & univoca ad veniale & originale, peccantis voluntarietas eſt, ex qua utrumque procedit; ac hujus deinde voluntarietatis differentiae ſunt (ut ſcholaſtice rem penitius adtingamus & explicemus) majoritas & minoritas; at majoritas veniale adficit, originale vero minoritas. Quo circa qui peccat venialiter, reprehenſione dignus eſt, non autem qui originaliter.

657 Ad remiſſionem praeterea venialis exigit Deus ejus revocationem, non ita vero ad remiſſionem originalis. Demum qui eſt in peccato originis conſtitutus, non ſe avertit a Deo, ſed patitur tantum averſionem ſui a ſummo bono; qui autem venialem committit, ex indirecto quadantenus ſeſe a Deo avertit, quum veniale ſit aliqua Dei offenſa, necnon via ſeu medium ad lethale; tum diminutio, ſeu remiſſio perfectae caritatis, quae vel ne umbram quidem minimae a ſummo bono averſionis ſuſtinere valet. Ergo.

COROLLARIA.

658 I. Si quando fortaſſe veniale peccatum originali *levius* nuncupaverimus, intelligimus plane, quod ſit levius ex aliqua tantummodo circumſtantia; quatenus e. c. inimicitiam Dei, poenamque aeternam, quam infert originale, nullatenus inducit, non autem quod ſit omnimodis levius; uti ex contextu doctrinae ibidem traditae abunde liquet. Originale itaque ac veniale ſe habent tanquam invicem excedens & exceſſum (ut ajunt) ſub diverſis titulis; ſimpliciter tamen veniale majus eſt, ac originale prae illo, data optione, incunctanter eligendum. Heinc.

659 II. Perſpicua eſſet definitio noſtra ad ſingularem illam Quaeſtionem, quam cit. Cardinal. *Delug.* exagitat. Num ſcilicet beatiſſima Deipara, ſi in alterum ex duobus peccati originalis aut venialis ſcopulis, conſequenter ad permiſſionem Dei debuiſſet impingere, ipſique inſuper conceſſa fuerit optio alterutrum evadendi, immunitatem potius a peccato veniali proprio, quam ab originali praelegiſſet? Huic autem quaeſito, in gratiam Virginis Matris ſapientiſſimae juxta ac cordatiſſimae, adfirmantem partem incunctanter adſcriberemus, eodem duce Delugo.

§. II.

Cauſſa peccati originis.

660 QUAESTIO I. Quaenam ſit haec ejuſmodi cauſſa? ADSERTIO I. Eſt proprie voluntas Adae, & poſterorum prout contenta in Adae voluntate. Quia peccatum qua tale ab eo cauſſatur, qui peccat. II.

Late

Late ex communi loquendi modo, eſt perſonale peccatum, quo Adam Dei praeceptum non comedendi de fructu vetito graviter violavit. Quia ex *Rom. 5. per unum hominem peccatum intravit in mundum*, &c. Quocirca dicitur Adam radix, parens, fons noſtri peccati: hoc autem intelligitur poſterius in ſubſiſtendi conſequentia ad peccatum Adae; ideo enim nos peccavimus originaliter, quia Adam perſonaliter peccavit, non e converſo. Heinc III. Illud eſt cauſſa in ſubſiſtendi conſequentia peccati originalis, quod eſt cauſſa mortis, ſcilicet manducatio illa ex *Gen. 2. quacumque die comederis ex eo, morte morieris*: adeo ut ſi defuiſſet ejuſcemodi lethalis comeſtio, & originale pariter abfuiſſet (*t*).

OBJECTIONES.

661 Obj. *primo* contra III. Adſ. Adae ſuperbia fuit cauſſa totius ruinae: ergo non eſus ille, qui ex gula proceſſit. *Secundo*, Peccatum externum eſus non eſt verum peccatum, quum nihil addat malitiae ſupra adpetitum internum: ergo hic cauſſa eſt originalis criminis, non illa. *Tertio*. Noſtrae voluntates in Adae voluntatem transfuſae prius peccaverunt, quam Adam ederet pomum: ergo licet Adam non ediſſet, originale tamen a nobis contractum eſſet. *Quarto*. Per quodlibet aliud peccatum, ſi fuiſſet primum, amiſiſſet Adam ſibi juſtitiam originalem, adeoque & vigorem eam poſteris tranſmittendi: ergo quodlibet aliud cauſſa exſtitiſſet culpae originalis.

662 R. Ad *primum D. A.* ſuperbia una cum eſu, *C.*, hujus quippe ratio movens non fuit ſola voluptas gulae, ſed illicitus gloriae adpetitus, *eritis ſicut Dii*: ſolitarie adcepta, *N. A.* & *Con.* Ad *ſecundum D. A.* peccatum externum ſolitarie adceptum, *C.* una cum interno, quo dicitur conſtituere completam peccati malitiam, *N. A.* & *Con.* ſub hoc ſenſu. Ad *tertium*. *N. A.* quia transfuſae ſunt in Adae voluntatem in ordine ad internam tranſgreſſionem, per externam neceſſario complendam. Ad *quartum*: ex memorato pacto inito, eſus dumtaxat ligni vetiti eſſet in Adamo peccatum capitale, cetera eſſent perſonalia: quare vel ex vi pacti, vel alterius Dei voluntatis, etiam Adam alioqui deſtitutus originali juſtitia, haberet vigorem eam tranſmittendi poſteris, eo tantum quod eam ipſe non amiſiſſet per eſum vetitum (*u*).

663 QUAESTIO II. Quae cauſſa fuerit haec comeſtio? ADSERO. Non phyſica, quia in originale actu, & ſubceſſive non influit; ſed moralis, quia per modum naturae iſtud communicatur tanquam radix, quae adplicata ſubjecto, moraliter ei Adae peccatum derivat. Igitur quam primum per generationem ordinariam ab Adamo transfuſam quis concipitur, mox morali vi Adae peccati fit Dei inimicus per voluntatem ſui capitis; dumque Deus creando animam unit corpori, ex Adamo deſcendenti, fitque homo filius Adae, ſtatim ejus voluntas in voluntate Adae peccantis comprehenſa cenſetur. Heinc licet parentes ſint fideles & juſti, progignunt tamen filios peccatores, quia ſunt Adae poſteri. OB-

(*t*) Recolendus *Arria*, cit. heic n. 17. (*u*) Vide ſis *Rhod.* cit. q. 2. §. 1.

OBJECTIONES.

664 Obj. *primo*. Nullus effectus profluere poteſt a cauſſa actu non exſiſtente ; at enim Adae peccatum non exſiſtit actu . *Secundo*. Anima parvuli in primo ſui momento creatur a Deo innocens , ac in eodem nocens eſt , utpote corpori unita , & maculata peccato : ergo eſt ſimul nocens , & innocens : immo Deus cauſſans animam , & totum , quod in ipſa eſt , creans , ipſum quoque peccatum cauſſat : haec autem a ſana ratione nimium diſſonant .

665 R. Ad *primum*. *N. A.* de effectu , & cauſſa moralibus . Sic enim proles in primo conceptionis momento adcipit jura , & dominium virtute contractus paterni , qui multos ante annos initus fuerat. Ad *ſecundum* : tum anima eſt ſub diverſo reſpectu innocens negative, ac poſitive nocens ; ſiquidem creatur a Deo innocens prout eſt a Deo, & nocens , prout per naturalem generationem carni conjungitur : quocirca ejus peccatum non cauſſat Deus , immo potius permittit id quod ex adcidenti creationem ex ſe alias innocentem ſubſequitur (*x*).

666 QUAESTIO III. Quo pacto traducatur in poſteros Adae peccatum ? ADSERO . Minime per concupiſcentiam , & voluptatem carnis , qua concipiuntur ; ſed tantum per Adae peccatum , praehabito Dei pacto , & generatione facta per viam ordinariam (*y*) . Quia voluptas illa , utpote corporea & materialis , nequit ullo modo agere in animam ſpiritalem . Tum alioqui etiam traducerentur in poſteros peccata omnia parentum , & avorum , qui ad eos ab Adamo linea recta deſcenderunt . Inſuper ſi libido ſit peccati cauſſa , qui majore cum libidine concipiatur , majus trahet peccatum ; at labes originalis in cunctis hominibus aequalis eſt . Praeterea ſi vir & femina divinitus abſque libidine generarent , peccatum nihilominus in genitum ſuum trajicerent , quia eſſet vere filius Adami , in quo peccaſſet . Tandem moderata voluptas in coitu ad finem rectum ordinata inter conjuges , nullum peccatum eſt : ergo . Conſulatur *Bellarm.* de amiſſ. grat. l. 4. c. 12.

OBJECTIONES.

667 Obj. *primo*. Peccatum Adae traducitur ad poſteros per traductionem animorum , qui ex Adamo peccante maculati deſcendunt. Quo ſubdifficilis haec traductio quamoptime percipitur . Nam 1.° anima fit ex traduce , ſeu ex propagatione , ita ut ſicut caro naſcentium ex carne patrum , ſic animae ex animabus procreentur ; quoniam , *Ego* , inquit Aug. (*z*) *adhuc* , *fateor* , *non inveni quemadmodum anima & peccatum ex Adam trahat* , *& ipſa ex Adam non trahatur* . Iſtam ergo ſententiam non improbat Aug. Immo eam tenuerunt Tertul. Apollinaris, & ma-

(*x*) Conf. *Thom.* q. 83. a. 1. *Bec.* heic c. 9. q. 8. a n. 2.

(*y*) Conſentiunt facto agmine *Thtologi* adverſum Janſen. l. 1. de ſtat. natur. lapſae a c. 6. Mag. in 2. diſ. 31. Bert. heic l. 13. c. 6. n. 2. Henr. a S. Ignatio Aethica amoris l. 10. p. 3. capp. 4. 5. *De Rub.* tr. de pecc. orig. c. 65.

(*z*) Epiſt. ad Optat, Epiſcop. 190. alias 157. n. 6. ſub fin.

& maxima pars Occidentalium (*a*). Nec enim contraria huc usque definita est ab Ecclesia, cujus PP. & DD. in puncto gravissimo diu haesitarunt (*b*). 2.° animarum origo ab Adamo est, quoniam initio mundi, in simultanea rerum creatione, quae multis magni nominis Scriptoribus probata est (*c*) animae omnes simul cum Adami anima creatae sunt, ab eo in filios generationi destinatos transmittendae, non ut pars seminis, sed una cum semine: ergo.

668 R. *N. Adf.* Quia opinio adversa *Magistri* Sent. *animae creando infunduntur, & infundendo creantur*, fidelium jam omnium sensum exprimere videtur, ac pene ubique in Ecclesia Catholica a quinque circiter Seculis recepta est. Neque vero percipi potest semen aliquod spiritale, quo medio fieri deberet haec traductio, seu propagatio criminosa, quum Adae anima per poenitentiam purgata fuerit a peccato, quum filios genuit.

669 Ad 1. prob. *N. A.* Nec eam sententiam probat Aug. qui in hac obscurissima quaestione fere nunquam adserit, fere semper haesitat. Quin etiam D. Hieronymi temporibus sententia huic oppositа ab Orientalibus sapientibus vulgo tenebatur. Ad 2. *N. A.* quia nullo quidem argumento satis probatur. Immo potius exinde fieret, quod illa animarum congeries Adamo inserta, tunc simul cum Adamo vere peccato consensisset: aut si non ita, unde peccato infecta est anima, quae e manibus Dei pura prodiit? (*d*).

670 Obj. *secundo*. Peccatum Adae traducitur per libidinem, seu concupiscentiam seminali generationi naturaliter adjunctam: qua de causa anima corpori a Deo inserta, consortio carnis sic pollutae, prout seminaliter in lumbis Adae praeexstiterat, pariter vitiatur. Nam 1.° semen, quo fit generatio, malum, & vitiatum est, ex Job. c. 14. 4. *quis potest facere mundum de immundo conceptum semine?* ergo ab ipso anima commaculatur. 2.° ideo Christus nulli fuit peccato obnoxius, etsi carnem habuerit ex Adamo, quoniam cum virili semine conceptus non sit, *liber fuit a nexu seminatricis concupiscentiae*, ut inquit Aug. (*e*). 3.° ita plane sentit Aug. cui divinitus datum est de Originali dogmatice differere. Docet enim animam in corpore tanquam in vitiato vase corrumpi (*f*), tum concupiscentiam peccati vinculum generatione in posteros trajicere (*g*) tum carnem vitiari, ac corrumpi, quia generatur cum libidine, ac proinde non generationem esse, sed libidinem, quae peccatum traducit (*h*). Similia fert alibi. Eique consentit D. Th. (*i*).

671 R. *N. Adf.* Ad 1. prob: semen non est natura sua immundum moraliter, sed solum denominatione adcepta a criminosa libidine, cujus vehi-

(*a*) Ap. D. Hier. epist. ad Marcellin. 78. alias 82.
(*b*) Ap. Norisi. in Vindic. Augustinianeis c. 4. §. 9. a p. 69.
(*c*) Ap. *Norisi* p. 82.
(*d*) Recole *Bellarm.* cit. c. 11.
(*e*) Serm. 122. de temp. & alibi.
(*f*) L. 5. contra Julian. c. 15.
(*g*) L. 1. de nupt. & concup. c. 23.
(*h*) L. 1. de peccat. mer. & rem. c. 9.
(*i*) Q. 82. a. 4. ad 3.

vehiculo ipſum emittitur, aut quatenus deſcendit ab Adamo, qui ſe, ac poſteros in ſe originaliter faedavit.

672 Ad 2: ideo Chriſtus originale non contraxit, neque, licet purus homo eſſet, contraxiſſet, quia nec incluſus eſt in pacto, cum Adamo inito, nec per generationem ordinariam, quam comitari ſolet aliqualis inordinata concupiſcentia, conceptus eſt. Ad 3. N. *Adſ.* Non illa protulit Aug. ad mentem arguentis; hoc enim repugnat, & invictis rationibus pro oppoſito adlatis, & eidem Aug. qui omnino docet, peccatum in nos traduci, quia quando peccavit Adam omnes homines erant *ille unus homo*, ut ipſe loquitur (*k*) ideſt per pactum, cujus ipſe meminit (*l*) *omnes in illo uno teſtamentum Dei diſſipaverunt, in quo omnes peccaverunt*.

673 Intendit igitur laudatus Aug. 1.° concupiſcentiam habitualem eſſe ſignum naturae corruptae. 2.° eſſe effectum, ſimulque comitem peccati originalis. 3.° per illam traduci peccatum, non tanquam per cauſſam phyſicam proximam, quae inficiat animam, id enim fieri ullatenus nequit; ſed tanquam per occaſionem, ſeu conditionem, quae regulariter ineſt generationi, quae pariter non cauſſa eſt, ſed conditio, qua poſita in animam culpa derivatur. D. Th. utpote in hoc punto maxime Auguſtinianus, idem omnino ſenſiſſe intelligendus eſt, quippe qui adſerit (*m*) culpam originalem eſſe in ſemine, & carne velut in quodam inſtrumento.

674 Inſiſtis. Non implicat contrarietatem, quod ex carne, aut ſemine vitiato contrahat anima maculam originariam. Nam 1.° ex Sap. 9. *Corpus, quod corrumpitur, adgravat animam*. 2.° ex vulgato Ambr. (*n*) *corporis conſortio anima maculatur peccato*. 3.° ex Aug. (*o*) *vitium concupiſcentiae eſt, quod anima non ex ſe, ſed ex carne contraxit*. Et (*p*) non eſt *in carne bonum, ſed vitium, quo inficitur anima*. 4.° ejuſmodi eſt nexus carnis, & ſpiritus, ut ex mala corporis adfectione animus doleat, & ex variis illius motibus diverſas induat inclinationes: ergo poteſt eodem pacto, dum corpori infunditur, virium aut facultatum ſuarum habitualem perturbationem ſubire. 5.° ignis materialis inferni agit in ſpiritus, eos pungens, & urens: ergo & macula corporis poteſt in ſpiritum agere, & tranſire.

675 R. *N. Adſ.* Tum quia illa macula nihil actu poſitivum eſt: tum quia ſola anima eſt proxime Deo amica, vel inimica; hae ſiquidem denominationes in potentias materiales non cadunt: tum quia ſola anima, quae formaliter libera eſt, poteſt peccatum habere, & ab ipſa per denominationem totus homo. Ad 1. prob: dicitur corpus adgravare animam, quatenus per ſuas ſenſationes animam, quae non niſi dependenter a phantaſmatis operatur, diſponit, & inducit ut ſi-

(k) L. 3. de peccat. mer. c. 10. & ſerm. 47. de diverſis, & l. 2. oper. imp. contra Julian.

(l) De civ. l. 16. c. 27. & ſuper Gen. 17. 14.

(m) Heic q. 82. a. 1.

(n) Comment. ad c. 7. ad Rom. t. 4.

(o) L. 4. contra Jul. c. 9.

(p) Paullo inferius.

mul cum corpore actus exerceat, qui sunt actus proprii totius hominis. Ad 2: maculatur anima, vix init cum corpore consortium, non vero macula proveniente ex natura rei a consortio cum corpore maculato, sed aliunde.

676 Ad 3: anima contraxit, ac infecta est concupiscentiae vitio, ex carne, ideſt ex praesuppoſita conditione generationis, quippe quae in poenam originalis culpae adnexam habet concupiscentiam. Ad 4. *N. Con.* nam suis sensationibus disponere animam ad suas spiritales adfectiones, non transcendit corporis sphaeram; secus in animam verum peccatum transferre. Quid? quod nec ex adfectione materiali anima vere dolet, licet doloris producat sensationem, quam pati dicitur homo. Ad 5: inferni ignis ita agit per ineffabile miraculum (*q*) quod nefas est expetere pro peccato in animam transfundendo (§).

QUAE-

(*q*) Arcanum illud exponemus *inferius* Tom. IV. ubi de inferno gehennali.

OBSERVATIONES.

(§) I. PRaetereundum non est, immo notatu dignum censeo singulare illud, quod apud Protestantes Germanos hodieque satis obtinet, acutissimi *Leibnitii* opinamentum, quo subdifficilem de traductione peccati Adami in suos posteros quaestionem facilius enodaret in Theodicaea par. 1. §. 91.

„ Existimem (inquit, praejacto sub §. 90. principio de organica praeformatione formarum omnium) „ animas, quae aliquando erunt humanae, non minus quam „ aliarum specierum animas jam fuisse in „ seminibus, regrediendo per omnes majores usque ad Adamum, & ab initio mundi in quadam corporis organici ratione „ exstitisse „ In quo secum sentire putat complures viros doctissimos cum *Swammerdamo*, *Malebranchio*, *Baelio*, *Picarne*, *Hartsoeckero*.

Pergit deinde „ multas ob causas etiam „ congruum esse videtur ut non praexstiterint nisi tanquam animae sensitivae, vel „ tantum animales, perceptione sensuque „ praeditae, ac ratione destitutae, mansérintque in eo statu donec homo, cui „ quaeque debebatur, generaretur, tum demum rationem adcepturae.„

Concludit denique „ haec explicatio videtur solvere perplexos illos nodos, quos „ hoc in loco tam Philosophi quam Theologi nectunt, quum difficultas originis „ formarum prorsus cesset, & divinae justitiae longe convenientius sit, animae physice & animaliter jam corruptae per Adami peccatum dare novam perfectionem, „ scilicet rationem, quam animam aliquam „ rationalem per creationem vel aliter insérere corpori in quo moraliter sit corrumpenda.„

Haec autem ab Leibnitio simpliciter propoſita lubenti animo adoptarunt, pluribusque explicanda & subſtinenda duxerunt *Christianus Wolfius*, Mathematum ac Philosophiae in Academia Marburgensi Professor, in Psycologia rationali sect. 4. cap. 2. §. 704. sqq. *Israel Theoph. Canzius* in usu Philosophiae Leibnitianae & Wolfianae in Theologia, cap. 5. §. 544. p. m. 474. sqq. edit. 1749. aliique ap. ipsum *Canzium*.

Itaque secundum eos Authores, ad salvandam rectius peccati originis propagationem admittenda est *animalculorum praeformatio*, seu rationalium omnium animarum simul ab initio temporis cum ceteris quibusque rebus creatio, earumque inclusio in totidem organicis corpusculis, insimul a Deo conditis, quae aliquibus spermatica animalia sunt, aliis vero prima quaedam rudimenta, seu foetus stamina in ovis femineis delitescentia.

Ita vero, ait *Canzius* p. 474., reprobata animae creatione, culpa peccati cum anima admissi non transfertur in Deum; tum optime explicatur quomodo nondum nati sint in parentum lumbis, ut ab uno morali capite repraesentari queant ex Hebr. 7. 10.

Ita

677 QUAESTIO IV. Num Adamo non peccante, & aliis peccantibus, contraheret quiſquam homo peccatum originis? MINIME. Quia cum ſolo Adamo foedus pepigit Deus. Et quidem *CC.* & *Patres* in unum Adae peccatum referunt originalem labem (*r*). Heinc eadem neque ex peccato Evae trajecta in nos eſt; (*s*) neque trajecta fuiſſet in filios ex peccato Caini, vel alterius genitoris. Conſentiunt vulgo *Theologi* de Schola contra Scotum, cui nullum favet fundamentum (*t*).

OBJECTIONES.

678 Obj. *primo*. Ex Eccleſ. 25. 33. *a muliere factum eſt initium peccati, & per illam omnes morimur*. *Secundo*. Etiam Evae injunctum eſt praeceptum, quod in totius humani generis perſona indicebatur: ergo etiam Evae inobedientia in poſteros tranſiit. *Tertio*. Si, Adamo non peccante, Cain, aut pater alius peccaſſet, filii ipſius nati fuiſſent ex parente culpa infecto: ergo & ipſi ea culpa naſcerentur infecti. *Quarto*. Heinc e contrario, ſi Deus praeſetvaſſet coelitus patrem tuum ne contraheret originale, eſto id contraxiſſent avus, proavus &c. tu iliud non incurreres, utpote ortus a parente, qui peccato vitiatus non eſt: quod nimis durum videtur.

679 R. Ad *primum*: morimur per illam ex occaſione, quatenus Adamum incitavit ad peccandum; non in illa, quum ſuum peccatum non fuerit capitale, ſeu omnibus commune. Ad *ſecundum*: non

Ita inſuper, ſcribit loc cit. *VVolfius*, nihil defenditur quod a SS. Patribus ac Theologis ſit improbatum; Patres enim tantummodo damnarunt hypotheſim de praeexſiſtentiam animorum ante corpus & ſine corpore. Pluribus idem Leibnitiani Syſtematis theoremata confirmare atque illuſtrare pergit a §. 705. ad uſque 727.

Et vero quantum hoc nuvum ſyſtema diſtet a mente Patrum ac Theologorum, & a veroſimiliore ſanae prudentiſque mentis ratione; quot, quantiſque illud ſcateat difficultatibus; quam parum aut nihil conferat ad clarius elucidandam peccati Adamici traductionem in poſteros, multis & perfacile quidem demonſtrare fas eſſet, niſi nobis otium feciſſent alii, praeſertim *Gundiſalvus Carattinus* in Wolfiana ſententia de origine & praeexſiſtentia animarum theologice diſcuſſa atque excuſſa, *Fortunat. a Brixia* in Philoſ. mentis par. 2. ſect. 3. prop. 6. p. m. 176. ſqq. edit. 1749. & *Bernard. de Rubeis*, qui nobis ad has obſervationes facem praetulit, in cit. tr. de pecc. orig. cap. 70. §. 2. & alias. Ipſi merito conſuli poſſunt.

II. Plura in eandem rem excogitata ſunt ſyſtemata. Sic e. c. *Nicol. Malebranchius* in comment. de inquir. veritate, in illuſtrat. ad cap. 7. libri ſiſtit modum traductionis peccati originis in lege quadam communicationis inter cerebrum matris & infantis cerebrum.

Ac *Du-Vigierius* in tr. de ſpiritu hominis cap. 14. ut ipſam traductionem explicet, prima corpuſculorum omnium ſtamina ab initio elaborata invehit, includitque in corpore Adami, ubi denique ſuis unita fuiſſe animabus confingit, idem habuiſſe cum Adamo praeceptum, atque hoc ipſum pariter, etſi minus graviter, violaſſe.

Sed haec tamen & alia lubenter miſſa facimus, utpote manifeſtius falſa, verius abſurda, minus nota, minorique plauſu recepta. Ea refert & profligat laud. *De Rubeis* cap. 69. & 71. quem adi ſis.

(*r*) Nobiſcum ſunt *D. Th.* q. 81. a. 2. *Suar.* l. 3. n. 9 *Amic.* cit. n. 37. *Bec.* heic q. 9. a n. 2. *Compt.* cit. ſ. 7. n. 7.

(*s*) Lege *D. Th.* a. 5. & *Bellarm.* l. 4. c. 13.

(*t*) Recole *Suar.* proxime cit.

eſt injunctum Evae tanquam capiti. Ad *tertium N. Con.* Pro culpa originali non adtenditur, quid proxime parentes habeant, ſed quid Adam fecerit: neque ex natura rei pendet, ſed ex Dei inſtitutione, quod peccatum ex patre ad filium tranſeat. Ad *quartum*: ſequela non infertur, ut patet. At vera eſt, ſi Deus in patre non ſolum impediiſſet originale, ſed etiam vim ſuos inficiendi filios, quae quidem non eſſet peccatum in patre, ſed denominatio ex eo, quod deſcenderit ab Adamo per naturalem generationem: quum autem pater eſſet utrique ei defectui obnoxius, potuit Deus vel utrumque remittere, vel modo culpam, non remiſſa ea vi inficiendi; uti ſaepe remittit peccati culpam, non reatum. Et falſa eſt, ſi Deus eam vim inficiendi in tuo patre relinqueret: quod conſtat paritate patris generantis ſine peccato proprio originali, utpote per baptiſmum deleto (*u*).

680 QUAESTIO V. Cur Deus creet animam, quam novit ſtatim inficiendam peccato? ADSERO. 1.° Quia commune bonum univerſi praefertur privato. 2.° Quia ipſi homini melius eſt ſic eſſe, quam omnino non eſſe. 3.° Quia macula illa non eſt perpetua, quum Deus modum, quo deleri valeat, conſtituerit (*x*). Heinc nec malum facit Deus, creans animam, nec pater generans filium, etſi ex adcidenti novum peccatum originis in genito ſubſequatur ex creatione, & generatione, quae ſecundum ſe bonae ſunt.

681 QUAESTIO VI. Eccur delictum a nobis in Adamo patratum non ſit etiam nobis in Adamo remiſſum? ADSERO. Quia minime fuit in pacto conſtitutum ut gratiam amiſſam Adam poſſet poſteris reſtituere. Licet enim virtute pacti, ſeu foederis tranſgrediendo vices omnium geſſerit, non ita vero poenitendo, quoniam delictum revocavit ceu privata perſona (*y*).

§. III.

De iis, qui noxa originali infecti ſunt.

682 QUAESTIO I. Quinam generatim ſint infecti? ADSERO. Omnes, & ſoli deſcendentes via ſeminali ex Adamo. Fide certum. Quia ex *Rom. 5. in omnes homines mors pertranſit*, & 1. *Cor. 15. ſicut in Adam omnes moriuntur* &c. ergo omnes. Deinde valde incogruum eſſet, Adamum illi communicare culpam, cui non tribueret naturam: ergo ſoli. Ii ergo talem incurrerunt neceſſitatem contrahendi originale, ut re ipſa contrahant, niſi ſingulari Dei privilegio praeveniantur (*z*).

Et

(*u*) Conſule *D. Th.* cit. q. 81. a. 5. & *Arri.* heic d. 50. a n. 12.

(*x*) Conſentiunt vulgo *PP.* ac *TT.* cum *D. Th.* q. 83. a. 1. & *Suar.* cit. n. 9.

(*y*) Plura de hoc argumento cit. *Amicus* ubi de pecc. orig. n. 40.

(*z*) Non ſunt de iis dubitare *Trid.* ſeſ. 5.

683 Et quidem id ipſum eadem oſtendunt teſtimonia, quae pro generali dogmate de exiſtentia peccati originis ſupra produximus (*a*) Signanter vero pro peccato a fidelium liberis contracto adpellari poſſent *C. Milevitan.* (*b*) *Siric.* (*c*) *Cypr.* (*d*) *Ambr.* (*e*) *Hier.* (*f*) *Aug.* (*g*).

OBJECTIONES.

684 Obj. Ad filios fidelium peccatum originis non pertinet. Nam 1.° ex Geneſ. 17. 7. pollicitus eſt rerum Conditor futurum ſe Deum cum Abrahae, tum ſeminis ejus; at Chriſtiani in ſemen Abrahae deputantur. 2.° Roman. 11. 16. inquit Apoſtolus, *quod ſi delibatio ſancta eſt, & maſſa; & ſi radix ſancta, & rami.* 3.° Idem 1. Cor. 7. 14. ait, *ſanctificatus eſt enim vir infidelis per mulierem fidelem, & ſanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelem; alioqui filii veſtri immundi eſſent, nunc autem ſancti ſunt.* 4.° Salomon ex Sap. 8. dixit, *ſortitus ſum animam bonam ... & veni ad corpus incoinquinatum.* 5.° ex adagio recepto, nemo dat quod non habet; at enim patres fideles peccatum originis, quod derivent in filios, non habent.

685 R. *N. Adſ.* Nec enim conſtat de privilegio, quo ii exſimantur a lege pro omnibus naturali generationis via a Protoparente Adamo deſcendentibus conſtituta. Ad 1. prob: foedus illud divinum cum ſemine Abrahae quatenus ſpiritale fuit, ad vitam aeternam pertinens, non ſecundum carnem fuit, ſed ſecundum fidem, interprete Paullo *Rom.* 9. 8. *Galat.* 3. 7. & alibi. Quocirca tum filii fidelium ad foedus & ad populum Dei pertinent, quum imitantur parentum fidem, recipientes fidei Sacramentum in baptiſmate, ajente de ſingulis quibuſque filiis *Auguſt.* (*h*) *de ovibus* (chriſtiani gregis) *ejus eſſe non incipiunt pavuli niſi per baptiſmum: profecto ſi hoc non adcipiunt, peribunt.*

686 Ad 2: violenta nimis interpretatione detorquetur ſenſus Apoſtoli, qui totus eſt in hac epiſtola ut comprobet, omnes, tam Gentiles, quam Judaeos in peccato eſſe ac inexcuſabiles. Heic autem intendit, Judaeos in cauſſa probabili ſanctos dici, aut eſſe futuros, ſi ſanctitatem ſuorum Patrum, ſeu Patriarcharum quaſi hereditariam conſervent. Ad 3: qui adſeruit omnes naſci filios irae, & in Adamo pec. caſſe, heic ſermonem habet de proxima quadam diſpoſitione ad ſanctitatem, quam habet conjunctus cum fideli, ac filius patris aut matris fidelis, ut baptiſmo & chriſtianis inſtitutionibus ſanctificetur (*i*).

687 Ad 4: verba Salomonis denotant, ejus animam praeclaris dotibus a Deo inſtructam ſuccreſcente virtutum exercitio munditiem corporis eximiam obtinuiſſe. Ad 5: nihil ea evincit; parentes ſiquidem peccatum originis non tranſmittunt per modum cauſſae, ſed per mo-

(*a*) Num. 630. ſqq. a p. 372.
(*b*) Can. 2.
(*c*) Ep. 1. ad Himer. c. 2.
(*d*) L. 3. epiſt. 8. ad Fidum.
(*e*) Apol. David c. 11.
(*f*) Epiſt. ad Laetam.
(*g*) L. 2. de pec. orig. c. 40. & epiſt. olim 28. ad Hieron. & ſaepe alias.
(*h*) L. 1. de peccat. mer. & remiſſ. cap. 27.
(*i*) Lege *Auguſtin.* ſuper hoc textu diſſerentem in l. 2. de peccat. mer. c. 26. n. 42. & l. 1. de ſerm. Dom. c. 16. n. 45.

modum conditionis, hoc est per naturalem generationem, qua quidem posita, consequitur ex adcidenti peccati transmissio. Hoc sensu ajebat *Aug.* (*k*) *potuerunt parentes transmittere quod ipsi minime habuerunt, non solum sicut frumenta paleam & praeputium circumcisus, sed etiam quod & vos dicitis, fideles infidelitatem in posteros trajiciunt* (*l*).

688 QUAESTIO II. Num Christus Dominus eam contraxerit noxam? MINIME. Quia ejus naturalis divina Filietas cum omni peccato pugnat; ejusque miraculosa in carne Conceptio, absque virili saltem semine, ope solius Spiritus S. peracta est. Haec, fide duce, apud orthodoxos Doctores una vox. Dixi *absque virili saltem semine*; permulti siquidem sapientes (*m*) probabiliter putant, Beatissimam Virginem absque ulla illibatae puritatis jactura concurrisse ad efformationem Christi corporis suo semine femineo, uti necessario reliquae matres ad suas generationes concurrunt.

689 QUAESTIO III. Num Beatissima Deipara eam contraxit, vel saltem ejus debitum? ADSERO I. Non contraxit. Hoc Adsertum est longe probabilius prae contrario (*n*); est certissimum (*o*); est in apice certitudinis theologicae; est proxime definibile a Pontifice, etiam extra Concilium (*p*). II. Non contraxit ejus debitum proximum, quia non descendit ab Adamo, tanquam ei inferior, & secunda in aestimatione morali; quum decreta fuerit in signo priori ad Adamum (*q*). III. Nec contraxit ejus debitum remotum; quia non fuit inclusa in pacto (*r*).

690 QUAESTIO IV. Num Eva contraxerit? NEGO. Quia non fuit via seminali, sed miraculose ex Adamo propagata. Deinde non habuit justitiam originalem ab Adamo transfusam: ergo nec culpam originalem (*s*). Heinc si ipsa non peccasset, etiam Adamo peccante, conservasset justitiam originalem, quam proinde duntaxat amisit ob suum peccatum personale, quod dici potest sibi originale, qnatenus sibi fuit origo, & causa malorum omnium, quae ex amissione status innocentiae ei obvenerunt.

691 QUAESTIO V. Num eam contraheret qui aliter, quam per

(*k*) L. 3. de peccat. mer. c. 9.

(*l*) Conf. *Bellarm.* cit. l. 4. c. 14. & l. de baptismo cap. 4. tum Interpretes Biblicos, praeprimis *Alapide* & *Calmetum* super Paullina doctrina huc loci nobis objecta.

(*m*) Ap. *Amad. Guimen.* omnino consulendum ad tr. de Matrim. prop. 14. a n. 1.

(*n*) Ap. *Bec.* cit. q. 10. a n. 5.

(*o*) Ex *Arsdek.* cit. c. 5. cum communiore.

(*p*) Ap. *Platel.* cit. n. 65.

(*q*) *Didacus de Quadros* de Incarn. d. 8. a n. 35.

(*r*) Ex eodem olim amicissimo *Quadros* in MSS. ad me missis, & *Carolo del Moral* ap. ipsum *Quadr.* de Incarn. ubi supra, favetque cit. *Suar.* s. 4. a n. 10.

Haec duntaxat indicata pluribus illustranda manent *inferius* Par. IV. Tom. VII. Tr. I. Lib. I. Cap. I.

(*s*) Consentiunt *Suar.* s. 4. n. 1. & *Amic.* cit. n. 116. contra Cathar.

per naturalem generationem efformaretur, uti dicitur de puero Flandrico *Ludovico Roceëto*, qui ex patris latere natus perhibetur an. 1330. in pago de Ulasloo prope Dixmudam, Flandriae oppidum (*t*)? NEGO. Quia haec noxa non transfunditur nisi per naturalem generationem. Constat ex dictis de Eva. Nec ille quidem puer indiguit baptismo ad delendam originalem maculam, sed solum ut fieret capax ad reliqua Sacramenta, & ad coeli introitum, qui non nisi baptizatis in hac providentia promissus est. Nec tandem mori debuit ob peccatum, quod non contraxerat, sed ob decretum divinum alterius ordinis, in eventu adeo ab aliis communibus discrepante; mors enim non supponit necessario peccatum, immo ipsa in statu quoque naturae purae in homines irruisset (*u*).

Hactenus de Deo creatorum omnium Principio, cui soli laus, honor & gloria.

(*t*) Ut Author est *Henr. a S. Ignat.* in aeth. amor. l. 10. par. 3. c. 7. n. 81. ex *Bertrando Loth* tr. 15. de casibus belgicis.

(*u*) Conf. cit. *Henric. Continuator Tournel.* ubi de pecc. orig. cap. 1. art. 4. *Henno* in Theol. d. 3. de pecc. orig. q. 3. concl. 2.

INDI-

INDICES
ALPHABETICI

ſub Praemonito, conſimilibus Indicibus praefixo ad Tomum II. pag. 508. huc loci recolendo.

INDEX I.
SANCTORUM DOGMATUM

una cum Ethnicis Sapientibus, Vetuſtis Monumentis, Quaeſtionibus Dogmatico-Scholaſticis, & Erronibus.

A

DOGMA I.

Adam primus homo creatus eſt a ſolo Deo. Et quidem in ſtatu *ſupernaturalis Innocentiae* pag. 50. 148. 160

SAPIENTES ETHNICI
qui partim comprobant Dogma.

Aegyptii. 149
Architas. 148
Ariſtoteles. 149
Balbus. 148
Brachmanes. 149
Callimachus. 149
Chaldaei. 149
Crito. 148
Empedocles. 148
Epicarmus. 148
Euryphamus. 148
Euryſus. 148
Heſiodus. 149
Hierocles. 148
Homerus. 149
Mythologi. 149
Ovidius. 148
Parmenides. 148
Perſae. 149
Plato. 148. 149
Pythagoras. 148
Siamenſes. 149
Sinae. 149
Socrates. 148. 149
Syri. 149
Triſmegiſtus. 148
Virgilius. 148
Zeno. 148

QUAESTIONES
quae Dogma elucidant.

Adam quo pacto ſit a Deo creatus. 147. Quibus una cum Eva creatus dotibus, ſpectantibus intellectum? 155. & voluntatem? 157

Quo jure conſtitutus Caput omnium viventium quoad corpora & animas? 159

Num Adam & Eva conditi cum gratia ſanctificante &c.? 161. An ſeſe ad eam praepararint? *Ibid.* Quodnam ſit donum Juſtitiae originalis, in qua ſunt conditi? 162. Quid de gratia auxiliante, qua tum donati? 163. Quamdiu innocentes perdurarunt? 164

Adam ſi ſtetiſſet, qua ratione propagaretur genus humanum & conſervaretur? *Ibid.* Quid de illis, qui tunc graviter delinquerent?

rent? 166. An ſtatus ille ſi perennaſſet, felicior, quam praeſens naturae lapſae, per Chriſtum reparatae? *Ibid.* Qui homines in eo ſtatu viae hujus vitam abſolverent? *Ibid.* Quo fructu ventilentur quaeſtiones hujuſmodi? 166. ſq.

ERRONES
qui in Dogma impegiſſe feruntur.

Aegyptii. 121
Anaximander. 121
Anonymi. 128
Anonymus. 121. alius. 125. & alius. 128
Anti-adamitae. 125
Anti-biblici. 125
Apelles. 125
Arcades. 121
Arvernus Guillielmus. 129
Bajus Michaël. 130
Bogomili. 128
Calvinus Jo. 129
Cathari Albigenſes, Bagnolenſes, & Concoretiani. 128
Cathari juniores itali. 128
Celſus. 125
Chaldaei. 121
Coeleſtius. 127
Democritus. 121
Empedocles. 121
Epicurus. 121
Fauſtus. 125
Georgius Franciſcus. 126
Giafar Sadik. 124
Hebraei quidam. 127
Heſiodus. 120
Janſenius jun. 132
Jonica Secta. 121
Julianus Auguſtus. 126
Kabbaliſtae, ſeu Cabbaliſtae. 124
Lutherus Martinus. 129
Mahumedani. 124
Manichaei. 126
Mercerus. 127
Muſulmanni. 124
Origenes. 125
Paullus Georgius. 129
Pelagiani. 127
Pelagiani novi Anglicani. 127
Perſae. 121
Peyrerus Iſaacus. 134
Philo. 122
Philotheus Jordanus Brunus. 132
Porphyrius. 125
Praeadamitae Recentiores. 134
Ptolomeus. 125
Pythagorei. 120
Queſnellus Paſchaſius. 136
Simon Magus. 125
Smalcius. 130
Socinianus grex. 130
Socinus Fauſtus. 130
Sophiſtae alii. 120
Talmudiſtae. 122
Theſſali. 121
Thraces. 121
Zaninus de Solcia. 129

DOGMA II.

Adam graviter lapſus eſt. 365

MONUMENTA ANTIQUITATIS
quae illuſtrant Dogma.

Ea nimirum, quae pro *peccato originis* adferuntur, & perſonalem, graviſſimumque Adami lapſum plane comprobant & confirmant.

QUAESTIONES
quae Dogma elucidant.

Adamo quodnam praeceptum iniunctum a Deo? 361. Quae ratio formalis divini Praecepti? *Ibid.* An illud habeat rationem propriae legis? 362. An lex iſta imbiberit peculiare pactum inter Deum, & humanum genus? 362
Adami lapſus qua occaſione obvenerit? 365. Quid ille formaliter? *Ibid.* Quae peccata contineat? *Ibid.* Quanta ejus gravitas? 368

DOGMA III.

Adam, & *Eva* juſtitiam originalem peccato amiſerunt. 369

QUAESTIONES
quae Dogma elucidant.

Adamo, & *Evae* quae poena impoſita ob amiſſam juſtitiam originalem? 369. Num poenitentia veniam, & ſalutem aeternam obtinuerint? 371

DOGMA IV.

Angeli probi, & improbi exſiſtunt. Et quidem ſuapte natura ſpiritales & incorporei. 69. 92

SAPIENTES ETHNICI
qui comprobant Dogma.

Aegyptii. 69
Chaldaei. 69
Empedocles. 113
Heſiodus. 69
Orpheus. 69
Perſae veteres. 69
Perſae hodierni. 113
Philoſophi veteres. 113
Phoenices. 69
Plotinus. 113
Poëtae. 113
Pythagoras. 69
Socrates. 69
Sophiſtae Sinenſes. 69

MONUMENTA ANTIQUITATIS
quae illuſtrant Dogma.

Aivaldi Charta. 81
Anonymi Lapis. 75
Anonymi Donatio. 75
Atenolfi Epitaphium. 71
Bacaudi, & Juliani Lapis. 73
Baſilicae Ambroſianae Mediolanenſis Tabula. 85
Baſilicae Liberianae Tabulae. 82
Baſilicae Romanae S. Paulli Tabula. 89
Benedicti Lapis. 73
Crucis ſtationalis Lateranenſis Monimentum. 87. ſq.
Eccleſiae Piſanae Valvae. 88
Fermi Donatio. 81
Gajdoaldi Donatio. 81
Leonianum Sacramentarium. 76. ſq.
Litaniae Benedictinae. 79
Memmii Saluſtii Lapis. 71
Muſiva Tabula Vaticana. 84
Muſiva Tabula Veneta. 83
Pictura coemeterii Pontiani. 87
Pictura Ingoberti. 86
Primi Atenolfi Lapis. 71
Radelchiſi Diploma. 81
Ratperti Donatio. 80
Rom. Eccleſiae Sacramentarium. 76. & 79
Severi Lapis. 71
Sigillum plumbeum. 88
Tabulae variae pervetuſtae. 83
Teubaldi Donatio. 76
Teudicii Charta. 81
Valentini Lapis. 76
Viviani Titulus. 73

QUAESTIONES
quae Dogma elucidant.

Angeli an & ubi creati? 69. Quaenam eorum adtributa? 92. Qui intelligant objecta? 94. Cognoſcunt futura contingentia? 95. Qualis eorum voluntas? 98. Anne libera? *Ibid.* Suntne arbitrii inflexibilis? 99. Num creati ſuapte natura alii boni, alii mali, aut ſaltem talis creatio ſit poſſibilis? 100

Angelorum quantus numerus? 102. Qualis eorumdem ordo? 103. Num omnes, vel aliqui ſpecie aut numero differant? 103. Eorum praeſentia in loco quid? 104. Gaudent motu proprio ab uno in alium locum? 105. Alia a ſe diſtincta movent? 106. Adſumunt corpora? 107. Quid aliud poſſit, vel non poſſit Angelus? 108

Angelorum gratia poſita in primo mo-

momento theologico, num praeceſſerint merita congrua pro priori naturae? 110. Per quos actus liberos meruerint gratiam? 111
Angelorum via qualis in ſecundo momento theologico? 112. Quamdiu duraverit? 113. Quodnam primum Angelorum peccatum? 113
Angelorum viae quis finis in tertio momento theologico? 116
Angelorum bonorum (circa) beatitudinem quid peculiare? 117. Quid circa malorum ſtatum? 118

ERRONES
qui in Dogma impegiſſe feruntur.

Abaelardus Petrus. 62
Acatholici univerſe ac ſingillatim. 65
Anaſtaſius Sinaita. 66
Alenſis. 66
Ambroſius. 65. ſq.
Angelici. 60
Anonymi. 60. alii 64. alii. 68
Anonymus. 63
Antidaemoniaci. 64
Aphrodiſeus Alex. 56
Ariſtoteles. 56
Arnobius. 66
Athanaſius. 65
Athenagoras. 67
Auguſtinus. 66
Avicebron. 66
Bajus Mich. 68
Balbus Michaël. 61
Baſiliani ſeu Bogomili. 62
Baſilides. 59
Baſilius. 65
Bernardus. 66
Bonaventura. 66
Bullingerus. 65
Cabbaliſtae. 59
Caeſarius. 66
Cajetanus Card. 66
Calviniſtae. 65
Calvinus. 65
Caſſianus. 66
Chriſippus. 56
Chryſologus Petrus. 66
Chryſoſtomus Jo. 67
Clemens Alex. 67
Cudvvorthus Radulphus. 65
Daemonicolae Anabaptiſtae. 61
Damaſcenus. 66
Davidiani. 64
Democritus. 56
Ephraem. 65
Errones Heterodoxi alias producti. 59
Ferchius. 66
Fulgentius. 66
Gennadius. 66
Georgius Franciſcus. 66
Graeci recentiores. 68
Graeci ſapientes. 56
Gualtherus Rodolph. 65
Hebraea gens. 57
Hilarius. 65
Hippocrates. 56
Janſenius jun. 68
Juſtinus. 65. 67
Libertini. 64
Lutherani. 65
Macarius. 66
Mahumedana gens. 61
Mamercus Claudianus. 66
Manichaei. 61
Manichaei Agannenſes. 60
Marloratus Auguſtin. 65
Maximus Taurin. 66
Methodius. 65. 67
Minutius Felix. 67
Muſculus Wolfang. 65
Nazianzenus Gregor. 65
Niphus Auguſtinus. 66
Oecolampadius. 65
Origenes. 59. 65
Pagani plerique. 54
Palmerius Matthaeus. 64
Patres Conc. Nicen. II. 66
Peripatus vetus. 56

Philoſophi Leibnitiani. 65
Plato. 54
Plutarchus. 57
Priſcillianiſtae. 61
Pſellus Mich. 66
Raymundus Neophytus de Tarrega. 60
Riſvich Hermannus. 64
Rupertus. 66
Sadocaei. 58
Samaritani. 58
Saucerius Eraſmus. 65
Scotus. 66
Servetus Mich. 64
Simplicius. 56
Steuchus Eugubin. 66
Tertullianus. 65
Theodotus. 65
Theognoſtus. 65
Triſmegiſtus Mercurius. 53
Victorinus Richard. 66
Walterus Lolhardus. 63
Weſtemerus Bartholom. 65
Zoroaſter vulgatus. 52

C

DOGMA V.

Creator omnium Deus eſt. 14

SAPIENTES ETHNICI *qui comprobant Dogma.*

Aegyptii. 14
Algazelis. 15
Anaxagoras. 15
Ariſtoteles. 15
Gymnoſophiſtae Brachmanes. 14
Indi. 15
Orpheus. 15
Perſae veteres. 15
Plato. 15
Plotinus. 15
Pythagoras. 15
Sinae recentior. 15
Sinae vetuſtiſſimi. 14
Socrates. 15
Sophocles. 15
Thales. 15
Theopraſtus. 15
Virgilius. 15
Xaca. 14
Zeno. 15

MONUMENTA ANTIQUITATIS *quae illuſtrant Dogma.*

Aethelredi Diploma. 30
Alexandri Aurel. Lapis. 22
Anulus cryſtallinus. 37
Anulus ferreus. 37
s. Baſilii Liturgia Alexandrina. 25
Bebi Vindemialinis Lapis. 22
Cervellae Lapis. 24
Childeberti Diploma. 28
Clodovei Numus. 34
Conſtantii Numus. 30
Crater vitreus. 36
Crucis Stationalis Lateranenſis Monimentum indicatum. 37
Decentii Numus. 33
Dionyſii Lapis. 18
Documenta Liturgica plurima. 27
Eadgari Diploma. 29
Edigari Diploma. 29
Ereneae Lapis antiquus in Muſeo Kircheriano. 24
Ero Anetis Lapis. 18
Geminae Lapis. 21
s. Gregorii Nyſ. Liturgia Coptica. 24
s. Hippolyti coemeterii Romae ſignum. 20
Honoratae Epitaphium. 17
Ilari Lapis. 21
Julianae Lapis. 20
Liturgica documenta indicata. 27
Liviae Mariae Lapis in cryptis romanis. 23
Magnentii Numus. 32
Muſiva Tabula Mediolanenſis. 36. Ravennatenſis alia. 35. aliae Romanae *ibid.* & 36. & plures indicatae. 35
Numi regum Francorum varii. 34
Olibionis Lapis. 20

Oper-

Opercula Arculae. 37
Orationale Gothico-Hiſpanum. 27
Ordonii Diploma. 29
s. Offorii Gutierrez Diploma. 29. ſq.
Patricii Lapis. 18
Primi Lapis. 23
Rom. Eccleſiae Sacramentarium bis. 25
Sanctii Signum. 29
Sarabonis Presbyteri Votum ſingulare ac perdifficilis explicationis. 23
Sigillum Gothicum aut Langobardicum. 34
Simplicii Lapis. 16
Sinticii Titulus. 19
Tretis Lapis. 22

QUAESTIONES
quae Dogma elucidant.

Creator Deus quid ſit? 14. Qui ſit proprium totius Trinitatis creare? 38. Num potuerit Mundus ab aeternitate produci? 39. Qui Deus ſit principium Univerſi? 40. Num ſit unicum principium eductorum? *Ibid.*
Creator Deus quo pacto, quo ordine condiderit univerſum? 41. Quo anno, quo die, qua figura? 43. Num ſex dies Creationis fuerint naturales, ſpiritales, aut metaphorici? 43. Quodnam opus primi diei? 44. Secundi? 45. Tertii? 46. Quarti? 48. Quinti? *Ibid.* Sexti? 49. Septimi? 51

ERRONES
qui in Dogma impegiſſe feruntur.

Aegyptii. 5
Aegyptii Proto-Sophiſtae. 3
Albigenſes. 10
Albumazar. 6
Algazelis. 6
Alpharabius. 6
Anaxarchus. 5
Anaximander. 5
Anaximenes. 5
Anonymi e Schola Talmudica. 6
Anonymi Philoſophi. 9
Apelles. 9
Apulejus. 4
Archelaus Athenienſis. 5
Archontici. 9
Ariſtarchus. 5
Ariſtoteles cum Schola peripatetica veteri. 4
Avicenna. 6
Baſilides. 8
Bogomili. 9
Cabbaliſtae Rabbini. 7
Cajani. 9
Cathari. 10
Carpocratiani. 9
Cerdon. 9
Cerinthus. 9
Chaldaei. 5
Chalcidius. 5
Cleantes. 5
Colophonius Xenophanes. 4
Colluthus. 12
Crantor. 5
Democritus. 4. 5
Diogenes. 5
Duitae ſeu Dualiſtae. 9
Ekardus. 9
Epicharmus. 4
Epicurus. 4. 5
Eraclitus. 5
Galenus. 5
Graeci. 5
Heraclitus. 5
Hermogenes. 9
Jamblichus. 4
Leucippus. 5
Lucretius. 5
Macrobius. 4
Manes, alias Cubricus bis. 9
Marcion. 9
Menander. 8
Metrodorus. 5
Nicolaitae. 9

Ocellus Lucanus. 4
Origenes. 11
Paulliciani. 10
Philo. 5
Philoſophi Moſe vetuſtiores. 2
Philoſophi plerique veteres. 3.
alii. 5
Plato. 4
Platonis diſcipuli. 4
Plotinus. 4
Porphyrius. 4
Priſcillianus. 10
Proclus. 4
Proto-Sophiſtae Aegyptii. 3
Ptolomeus. 6
Rabbi Abbu. 6
Rabbi Moyſes. 6
Rabbini. 6
Riſvich. 9
Sandius Chriſtophorus. 13
Saturninus. 9
Seleuciano-Hermiani. 9
Sethiani. 9
Simon Magus. 8
Simplicius. 4
Stadinghi. 9
Strato Lampſacenus. 4
Talmudiſtae. 6
Thautus. 3
Valdenſes. 10
Valentinus. 9
Wicleffus Jo. 12
Xenophanes. 5
Zaninus de Solcia. 13
Zeno Citicus cum ſua ſecta. 4
Zeno Eleates. 5

H

DOGMA VI.

Homo creatus eſt ad imaginem & ſimilitudinem Dei. 150

SAPIENTES ETHNICI *qui comprobant Dogma.*

Aegyptii Philoſophi.)
Amelius.) 151
Aratus.)
Ariſtoteles.)
Aſclepius.)
Crotoniates.)
Epictetus.)
Euryphamus.)
Euryſus.)
Heraclides Ponticus.)
Lucilius.)
Macrobius.) 151
Manilius.)
Ovidius.)
Paullus Emilius.)
Plato.)
Plotinus.)
Porphyrius.)
Pythagoras.)
Seneca.)
Taurus.)
Tullius.)
Virgilius.)

QUAESTIONES *quae Dogma elucidant.*

Homo ad imaginem & ſimilitudinem Dei qua ratione conditus? 150. ſq.
Eas adde, quae verſantur circa Hominem Innocentem quoad ordinem naturae & gratiae, *mox* indicatae ad Dogma I. p. 408.

I

DOGMA VII.

Immortalis eſt animus hominis. 149

SAPIENTES ETHNICI *qui comprobant Dogma.*

Alcmaeon. 149
Aphrodiſeus Alex. 150
Apulejus. 150
Ariſtoteles. 149
Celtae. 149
Empedocles. 149
Graeci. 149
Heraclides Ponticus. 150
Homerus. 150
Jamblichus. 150
Macedones. 149
Macrobius. 150

Max.

Max. Tyrius. 150
Numenius. 150
Pherecides. 149
Phocylides. 150
Plato. 149
Plotinus. 150
Plutarchus. 150
Proclus. 150
Pythagoras. 149
Romani. 149
Salluſtius. 150
Scythae. 149
Seneca. 150
Socrates. 149
Thales Mileſius. 149
Themiſtius. 150
Thraces. 149
Tullius. 150
Xenocrates. 149

QUAESTIO
quae elucidat Dogma.

Adam & Eva protoparentes num & quo pacto conditi ſint immortales? 152

ERRONES
qui in Dogma impegiſſe feruntur.

Anabaptiſtae. 142
Anonymi. 140
Anonymi alii. 140. 142
Anonymi Pythagorei. 139
Anti-Concordiani Philoſophaſtri nuperi. 145
Arabes. 142
Ariſtoteles. 139
Barbara Imperatrix. 142
Betigardus Claudius. 146
Caſtellanius Julius. 146
Chaeremon Zoſimus. 142
Cleanthes. 140
Cremonius Caeſar. 146
Democritus. 139
Dicaearchus. 139
Dodvvellus Henricus. 142
Epictetus. 140
Epicurus. 139
Euripides. 140
Heracleon. 141
Hippocrates. 139
Ireneus. 143
Juſtinus. 143
Leucippus. 139
Lucretius. 139
Marcus Aur. Antonin. 140
Maron. 142
Naudaeus Gabriel. 146
Plinius. 140
Pomponatius Petrus. 145
Portius Simon. 146
Pſeudo-Clemens. 144
Riſvich Hermannus. 142
Sadocaei. 141
Samaritani. 141
Stoici varii. 140
Tacitus. 140
Tatianus Aſſyrius. 143
Zabarella Jacob. 146

L

DOGMA VIII.

Lex generatim exſiſtit. 234

SAPIENTES ETHNICI
qui comprobant Dogma.

Videlicet & Legumlatores ſapientiſſimi, & qui de Lege peregregie diſſeruerunt: e quorum numero ii pauciores ſunt, quos jam ſubjicimus.

Aeſchylus.
Anacharſis.
Apis.
Ariſtoteles.
Cecrops.
Cercis.
Decemviri Romani.
Hippodamus.
Lycurgus. 207
Mercurius.
Minos.
Numa Pompilius.
Philolaus.
Plato.

Sci-

Scipio.)
Tullius Cicero.)(207
Zeleucus.)

QUAESTIONES
quae elucidant Dogma.

Lex quid? 234. Ejus materia? *Ibid.* effectus? *Ibid.* diviſio? 238

Lex aeterna quid? 247. Naturalis? 248. Jus gentium? 254

DOGMA IX.

Lex Canonica exſiſtit in Eccleſia. 271

QUAESTIONES
quae elucidant Dogma.

Lex canonica, quae nunc eſt in Eccleſia, num exſtiterit ab initio Mundi in omni Naturae ſtatu? 271. Quid de ejus origine, & progreſſu? 272. Qui vigeat in Eccleſia? 288. Num poteſtas condendi leges eccleſiaſticas pendeat a moribus, vel a fide? 291. An poſſit directe praecipere actus pure internos? 293. Quos & quo jure ligat? 294. Quid de Lege Pontificia univerſali Romae tantum promulgata? *Ibid.* Quid generatim de hac lege prout comprehendit corpus juris Canonici? 296

DOGMA X.

Leges Civiles ferendi poteſtas perſeverat in Eccleſia. 308

QUAESTIONES
quae elucidant Dogma.

Lex Civilis an poſſit chriſtianos obligare in conſcientia? 308. Num poenalis conſcientiam liget ad actum quem proxime intendit? 310. Quid de lege tributaria? 312. Super qua materia ſervari poſſit lex civilis? *Ibid.* Quid generatim de hac lege prout comprehendit corpus juris Civilis? 314

DOGMA XI.

Lex divina vetus exſtitit. 256

QUAESTIONES
quae elucidant Dogma.

Lex Divina vetus quid contineret? 256. Quid de ejus Decalogo? 259. Qui effectus? *Ibid.* Num Gentes cogi potuerint ad judaizandum? 262. An, quomodo, & quando abrogata? *Ibid.* Qui poſt Evangelii promulgationem mortifera? 265

DOGMA XII.

Lex Divina nova, ſeu Evangelica exſiſtit. 267

QUAESTIONES
quae Dogma elucidant.

Lex Evangelica quid contineat? 267. Sit ne Lex ſcripta? 268. Quando coeperit orbem univerſum obligare? *Ibid.* Qui ejus effectus? 269. Ejus poſitiva praecepta num dispenſationem, vel interpretationem patiantur? *Ibid.* Num perpetua ſit, & invariabilis? 270

DOGMA XIII.

Lege obligantur univerſi homines. 241

QUAESTIONES
quae Dogma elucidant.

Lege num teneatur Legislator? 242. An Legislatoris Uxor, filii, conſanguinei? 243. Subditus ne poteſt materialiter peccare in legem? 243

Quid de *Legis* Interpretatione? 244. Diſpenſatione? 245. Ceſſatione? 246

Lex privilegiaris, ſeu Privilegium quid & quotuplex? 317. Quis condere, & quis recipere poſſit privilegium? 318. Hoc ne requirit ſcripturam & promulgationem? 319. In ejus conceſſione requiritur cauſſa honeſta? 321. Eo uti teneris? *Ibid.* Qui amittatur? *Ibid.*

Lex non ſcripta ſeu Conſuetudo quid & quo-

& quotuplex? 322. Quas requirit conditiones ut habeat vim legis? *Ibid.* Quas leges abrogare poſſit? 324. Qui revocetur? 325

DOGMA XIV.

Legis ferendae Poteſtas Principibus cum Eccleſiaſticis, tum Secularibus competit. 239

QUAESTIONES *quae elucidant Dogma.*

Legislatrix Poteſtas quid? 239. diviſio, & quid de hac diviſione? *Ibid.* Femina num legem ferre poſſit? 240

ERRONES *qui in Dogmata de Lege hucuſque adſerta quoquo modo impegiſſe feruntur.*

Adimantus. 208
Aerarius Alex. 209
Aëriani. 211
Agricola Jo. 217
Albanenſes. 208. 212
Albigenſes. 213
Almainus Jacobus. 224
Alogi. 208
Ambroſiani. 208
Anabaptiſtae. 216
Anabaptiſtae Judaizantes. 210
Anglo-Calviniani. 218
Anonymi. 206
Anonymus alius. 208
Apelles. 208. 209
Apochryphi. 208
Archelaus. 205
Ariſtippus. 205
Armeni Novatores. 210
Arnulphus. 222
Athei. 208
Baſilides. 208
Beguardi. 215
Benſonus. 218
Brentius Jo. 217
Brentius iterum. 217
Brunnemannus. 221
Buſtonus. 218
Cainani. 208
Calvinus. 214. 217
Carolſtadius. 210
Carneades. 205
Carpocratiani. 208
Cathari trium Sectarum. 213
Celſus. 208
Cerdoniani. 208
Cerinthus. 209
Circumcelliones novi. 215
Colmanus. 118
Confeſſioniſtae Auguſtani. 213. 216
de Dominis Marc. Ant. 225
Ebion. 210
Eckardus. 221
Elceſei. 210
Eliſabetha Regina Angliae. 218
Epicurus. 205
Euſtathiani. 211
Everſores authoritatis Pentateuchi. 208
Fataliſtae Rigidi. 206
Fauſtus. 208
Fauvellius. 233
Gaulonita, ſeu Galilaeus. 207
Gerſonius, ſeu Charlerius Jo. Sorbonae Pariſ. Cancellar. 224
Gnoſtici. 208
Hallingamus. 218
Helxeitae. 208
Henricus VIII. 218
Heraclitus. 206
Herodiani. 207
Hobbeſius Thomas. 219
Huſſus Jo. 213. 215
Janſeniſmus recentior. 231
Janſenius Iprenſis. 234
Impoſſibiliſtae. 216
Irreligionarii. 208
Judaeo-Chriſtiani. 210
Judaica Gens univerſa. 207
Julianus. 209
Julianus Auguſtus. 208
Kippingius Jo. 220

Laborde. 233
Lampetiani. 211
Libertini. 208
Lutherus. 213. 216
Magdeburgenſes. 217
Manichaei. 208. alii. 209
Manichaei novi. 208
Marcion. 208
Marſilius de Menandrino. 223
Melanchthon Philip. 210
Muntzerus Thomas. 208
Nazaraei. 209
Nicolaitae. 208
Paulliciani, ſeu Attigiani, & Pauli-Joannitae. 212
Pelagiani. 214
Philoſophi Recentiores. 219
Photinus. 210
Pſeudo-Apoſtoli, alias Dulciniſtae. 213 & alii. 215
Ptolomaeus. 208
Puritani, ſeu Presbyteriani Anglicani. 218
Pyrrho. 205
Queſnellus. 221. 232
Richeriana Secta. 229
Richerius Emundus. 226
Rouſſeau Jo. Jacobus. 222
Samoſatenus Paullus. 210
Sampſei. 210
Schilterus. 221
Scvvenfeldius Gaſpar. 208
Secundinus. 208
Segarellus Gerardus. 213
Simon Magus. 208
Sociniani. 213
Socinus Fauſtus. 218
Stoici. 206
Stryckius. 221
Storgius ſeu Pelargus Nicolaus. 216
Symmachus, & Symmachiani. 209
Thomaſius. 221
Valdenſes. 214
Valentiniani. 208
Vermilius Petrus. 217
Vigorius Simon. 229. 233
Wernherus. 221
Weſtphalus Jo. 213. 217
Zieglerus. 221
Zvvinglius Uldericus. 214. 216

DOGMA XV.

Libertas indifferentiae adeſt in homine etſi lapſo. 182

SAPIENTES ETHNICI *qui comprobant Dogma.*

Aeſchylus.
Alcinous.
Ariſtoteles.
Arrianus.
Cryſippus.
Critus.
Diogenianus.
Epictetus.
Euripides.
Euryphamus.
Hierocles.
Homerus.
Jamblichus.
Marcus Aurelius. 184
Maximus Tyrius.
Menander.
Nemeſius.
Oenomaus.
Philemon.
Plato.
Plotinus.
Plutarchus.
Proclus.
Pythagoras.
Salluſtius.
Simplicius.
Socrates.

QUAESTIONES *quae elucidant Dogma.*

Libertatis notio quae? 183. Quae neceſſitas eidem repugnet? 188. Quid generatim de illius principiis? *Ibid.* In quo ſita ſit in actu ſecundo? *Ibid.* Liberum ne idem ac voluntarium, & ſpontaneum? *Ibid.*

Ibid. Ut voluntas libere operari poſſit, qualem Dei concurſum paratum habere debeat? 190
ad *Libertatem* quod nam rationis judicium exigatur? 191. Qui uſus rationis? 192. Quae impediant libertatem, & quae haec ſint? *Ibid.* Num Creator, vel creatura aliqua? 192
Libertatis impedimentum num ſit ſtatus naturae lapſae? 194. Num homo lapſus ex propriis viribus naturalibus liberi arbitrii ſolo adiutus concurſu Dei naturali potens ſit generatim ad actus naturales honeſtos? 197. Quos actus bonos ſub ſenſu expoſito elicere poſſit? 198. Num actum qui ſit initium fidei? 201. Num & qui actum ſupernum? 202
Libertatis concordia cum auxilio efficaci divinae gratiae quae? 203. Quae cum certa, & infallibili Dei praeſcientia de operatione liberi arbitrii? 203. Cum divinis praefinitionibus? 203. Cum praedeſtinatione ac reprobatione? 204

ERRONES
qui in Dogma impegiſſe feruntur.

Abaelardus. 173
Aegyptii. 168
Albanenſes. 173
Albertus. 173
Ameſius Guillelmus. 177
Anonymi. 169. alii. 175
Anonymus. 173. Alius. 177. Alii. *Ibid.*
Baelius Petrus. 177
Bajani. 178
Bajus Michaël. 177
Bardeſanes. 171
Beza Theodorus. 175
Bradvvardinus Thomas. 173
Buzerus Martin. 175
Calvinus. 173
Cathari. 173
Ceccus. 173
Celtae. 168
Centuriatores Magdeburgenſes ſeu Confeſſioniſtae Rigidi. 175
Chaldaei. 168
Chemnitius Mart. 175
Chryſippus. 168
Cleantes. 168
Collinſius Ant. 177
Democritus. 168
Empedocles. 168
Epicurea ſecta. 168
Eſſaei vel Eſſeni. 169
Faber Baſilius. 175
Fataliſtae Aſtronomici. 168. recentiores. 177. vetuſtiores. 168
Flacius Matthias. 175
Florus. 172
Gibieuffus Guilielmus. 179
Gregales Lutheri & Calvini. 174
Helvetius Hadrianus. 177
Heraclitea ſecta. 168
Hobbeſius Thomas. 177
Hofmannus Melchior. 182
Honorius. 173
Janſenius jun. 178
Judex Matthaeus. 175
Lutherus. 173
Mahumedani. 173
Manichaei. 171
Oecolampadius. 173
Pelagiani. 181
Phariſaei. 169
Philolaus. 163
Philopater. 168
Platonica Secta. 168
Priſcillianiſtae. 172
Pythagorei. 168
Queſnellus. 179
Sapientes Chaldaei, Aegyptii, Celtae. 168
Semipelagiani. 181
Simon Magus. 171
Spinoſa Benedictus. 177

Stoici varii. 168
Ticonius. 181
Valentiniani. 170
Valentinus. 171
Valla Laurentius. 177
Voltaerius Petrus. 177
Wicleffus Jo. 173
Wigandus Jo. 175
Zvvinglius Uldaricus. 182

P

DOGMA XVI.

Peccatum Originis eſt ex lapſu Adami. 372

SAPIENTES ETHNICI
qui Dogma comprobant.

Ii opinione noſtra profecto nulli ſunt, quidquid contra adiérere videantur & pluribus ſuadere conentur ſapientiſſimi *Huetius* & *Galeus*. 374

MONUMENTA ANTIQUITATIS
quae Dogma illuſtrant

Baptiſterii Lateranenſis Titulus. 375
s. Baſilii Liturgia Coptica. 381
Breviarium Moz-Arab. 380
Carmina Patinae argenteae apud Forum Cornelii. 390
Fragmentum Calicis vitrei. 387
Gemma vetus. 388
Icon pervetuſta. 388
Junii Baſſi Sarchophagus. 389
Leonianum Sacramentarium. 383
Liturgica Monimenta indicata. 386
Marmora plurima e Romae Cryptis indicata. 389
Megingozii Lapis. 377
Miſſale Gothicum, 377. ſq. 379
Orationale Gothico-Hiſpanum. 380. 382
Picturae plurimae in coemeteriis Romanis indicatae. 390
Rom. Eccleſiae Sacramentarium. 383
Sarchophagus in Baſilica Ambroſiana Mediolanenſi indicatus. 389
Sepulcrum Veronenſe. 390

QUAESTIONES
quae Dogma elucidant.

Peccati Originis de exſiſtentia quid? 372. Quid proprie ſit hoc peccatum? 391. Ejus macula in quo proprie ſita? 394. An hocce peccatum gravius, quam veniale, proprium? 396
Peccati Originis quae Cauſſa, & quid de comeſtione fructus vetiti? 397. Haec comeſtio quae cauſſa fuerit? 398
Peccatum Originis qui traducatur in poſteros Adae? 399. Adamo non peccante, & aliis peccantibus, illud contraheret quiſquam homo? 403
Peccato Originis illico inficiendam animam cur Deus creet.? 404. Cur peccatum a nobis in Adamo patratum non etiam nobis in Adamo remiſſum? 404
Peccato Originis qui nam generatim infecti? 404. Num illud contraxerit Chriſtus Dominus? 406. Beatiſſima Deipara? 406. Eva? 406. Qui aliter, quam per naturalem generationem efformaretur? 407

ERRONES
qui in Peccatum Originis impegiſſe feruntur.

Abaelardus Petrus. 353
Albanenſes. 336
s. Ambroſius. 348
Anabaptiſtae. 339
Anonymi. 343
Anonymi alii. 354
Anonymi de Schola Doctores. 354
Anonymus. 338
Armeni. 335
Arnobius. 350
Bajus Michaël. 356
Baſilides. 329

Be-

Beguardi. 337
Bullingerus Henricus. 343
Buzerus Martin. 343
Caeleſtiana Secta. 332
Caeleſtius. 332
Calvinus. 343
Carpocratiani. 329
Catechiſmus Racovienſis ad uſum Socinianorum. 343
Catharinus Ambroſius Politus. 355
Chryſoſtomus Jo. 347
Clemens Alexandrinus. 345
Curcellaeus. 339
Cyrillus Hieroſol. 346
Eraſmus Deſiderius. 340
Faber Jacobus. 338. & 347
Felidinus Franc. Puccius. 342
Gnoſtici. 329
Julianus. 347
Libertini. 341
Manichaei. 330
Neo-Pelagiani. 338
Neo-Semipelagiani. 343
Nyſſenus Gregorius. 347
Oecolampadius Jo. 339
Optatus. 346
Origenes. 329
Pelagiana Secta. 333
Pelagiani noviſſimi. 341
Pelagiani recent. 339. alii. 343
Pelagius. 332
Philoſophi priſci. 329
Placaeus. 339
Protoparentes Pelagianiſmi. 331
Pſeudo-Juſtinus. 351
Rabbenu Hakadoſc. 327
Rabbini. 326
Rabbinus Jodan. 327
Remonſtratenſes. 339
Rufinus. 332
Scotus ſeu Joan. Erigena. 352
Seneca. 334
Simonius Richardus. 358
Sociniani cum Socino. 342
Somerus Jo. 342
Stoici. 329
TertullianusQuintus Septimius Florens. 344
Theodoretus. 349
Theodorus. 331
Vermilius Petrus. 343
Weſtphalus ſeu Weſſalienſis. 338
Zvvinglius. 338

INDEX II.

SAPIENTUM ETHNICORUM.

A

Aegyptii pro Deo Creat. omnium. 14. Ang. 69. Adam. 149. hom. ad imag. D. 151
Aeſchylus pro Libert. indiffer. 184. Lege. 207
Alcinous pro Liber. indiffer. 184
Alcmaeon pro Immort. anim. 149
Algazelis pro D. Cr. omnium. 15
Amelius pro homin. ad imag. D. 151
Anacharſis pro Lege. 207
Anaxagoras pro D. Cr. omnium. 15
Aphrodiſeus Alex. pro Immort. anim. 150
Apis pro Lege. 207
Apulejus pro Immort. an. 150
Aratus pro hom. ad imag. D. 151
Architas Tarentinus pro Adam. 148
Ariſtoteles pro D. Cr. omnium. 15. Adam. 149. Immort. anim. 149. hom. ad imag. D. 151. Libert. indiffer. 184. Lege. 207
Arrianus pro Libert. indiffer. 184
Aſclepius pro hom. ad imag. D. 151

Bal-

B

Balbus pro Adam. 148
Brachmanes pro Adam. 149

C

Callimacus pro Adam. 149
Cecrops pro Lege. 207
Celtae pro Immort. anim. 149
Cercis pro Lege. 207
Chaldaei pro Ang. 69. Ada. 149
Crito pro Adam. 148
Critus pro Libert. indiffer. 184
Crotoniates pro hom. ad imag. D. 151
Cryſippus pro Libert. indiffer. 184

D

Decemviri Romani pro Lege. 207
Diogenianus pro Libert. indifferentiae. 184

E

Empedocles pro Adam. 148. Immort. anim. 149
Epicarmus pro Adam. 148
Epictetus pro Libert. indiffer. 184. hom. ad imag. D. 151
Euripides pro Libert. indiffer. 184
Euryphamus pro Adam. 148. hom. ad imag. D. 151. Libert. indiffer. 184
Euryſus pro Adam. 148. hom. ad imag. D. 151

G

Graeci, & Romani pro Immort. 149
Gymnoſophiſtae Brachmanes pro D. Cr. omnium. 14

H

Heraclides Ponticus pro Immort. anim. 150. hom. ad imag. D. 151
Heſiodus pro Adam. 149
Hierocles pro Adam. 148. Libert. indiffer. 184
Hippodamus pro Lege. 207
Homerus pro Adam. 149. Immort. anim. 150. Libert. indiffer. 184

I

Jamblichus pro Immort. anim. 150. Libert. indiffer. 184
Indi pro D. Creat. 15

L

Lucilius pro hom. ad imag. D. 151
Lycurgus pro Lege. 207

M

Macedones pro Immort. anim. 149
Macrobius pro Immort. animae. 150. hom. ad imag. D. 151
Manilius pro hom. ad imag. D. 151
Marcus Aurelius pro Libert. indiffer. 184
Max. Tyrius pro Immort. anim. 150. Libert. indiffer. 184
Menander pro Libert. indiffer. 184
Mercurius pro Lege. 207
Minos pro Lege. 207
Mythologi pro Adam. 149

N

Nemeſius pro Libert. indiffer. 184
Numa Pompilius pro Lege. 207
Numenius pro Immort. anim. 150

O

Oenomaus pro Libert. indiffer. 184
Orpheus pro D. Cr. omnium. 15. Ang. 69
Ovidius pro Adam. 148. hom. ad imag. D. 151

P

Parmenides pro Adam. 148
Paullus Emilius pro hom. ad imag. D. 151
Perſae veteres pro D. Cr. omnium. 15. Ang. 69. Adam. 149
Phaenices pro Ang. 69
Pherecides pro Immort. anim. 149
Philemon pro Libert. indiffer. 184
Philolaus pro Lege. 207
Phocylides pro Immort. anim. 150
Plato pro D. Cr. omnium. 15. Adam. 148. 149. Immort. anim. 149. hom. ad imag. D. 151. Libert. indiffer. 184. Lege. 207
Plotinus pro D. Cr. omnium. 15. Immort. an. 150. hom. ad imag. D. 151.

D. 151. Libert. indiffer. 184
Plutarchus pro Immort. anim. 150. Libert. indiffer. 184
Porphyrius pro hom. ad imag. D. 151
Proclus pro Immort. anim. 150. Libert. indiffer. 184
Pythagoras pro D. Cr. omnium. 15. Ang. 69. Adam. 148. Immort. anim. 149. hom. ad imag. D. 151. Libert. indiffer. 184

S

Salluſtius pro Immort. anim. 150. Libert. indiffer. 184
Scipio pro Lege. 207
Scythae pro Immort. anim. 149
Seneca pro Immort. anim. 150. hom. ad imag. D. 151
Siamenſes pro Adam. 149
Simplicius pro Libert. indiffer. 184
Sinae pro Ang. 69. Adam. 149
Sinae recentior. pro D. Creat. 15
Sinae vetuſtiſſimi pro D. Creat. 14
Socrates pro D. Creat. 15. Ang. 69. Adam. 148. 149. Immort. anim. 149. Libert. indiffer. 184
Sophocles pro D. Creat. 15
Syri pro Adam. 149

T

Tales Mileſius pro D. Creat. 15. Immort. anim. 149
Taurus pro hom. ad imag. D. 151
Themiſtius pro Immort. anim. 150
Theophraſtus pro D. Creat. 15
Thraces pro Immort. anim. 149
Triſmegiſtus pro Adam. 148
Tullius pro Immort. anim. 150. hom. ad imag. D. 151. Lege. 207

V

Virgilius pro D. Creat. 15. Adam. 148. hom. ad imag. D. 151

X

Xaca pro D. Creat. 14
Xenocrates pro Immort. anim. 149

Z

Zeleucus pro Lege. 207
Zeno pro D. Creat. 15. Adam. 148

INDEX III.

MONUMENTORUM ANTIQUITATIS.

A

Aethelredi Diploma pro Deo Creatore. 30
Aivaldi Donatio pro Ang. 81
Alexandri Aurelii Lapis pro D. Creat. 22
Anulus Cryſtallinus pro D. Creat. 37
Anulus ferreus pro D. Creat. 37
Anonymi Lebitae Titulus pro Angelis. 75

B

Bacaudae & Juliani Lapis pro Ang. 73
Baptiſterii Lateranenſis Titulus pro Pecc. Orig. 375
Baſilicae Ambroſianae Mediolanenſis Tabula pro Ang. 85
s. Baſilii Liturgia Alexandr. pro D. Creat. 25. & coptica pro Pecc. Orig. 381
Baſilicae Liberianae Tabulae pro Ang. 82. aliae id genus. 82
Bebi Vindemialinis Lapis pro D. Creat. 22
Benedicti Lapis pro Ang. 73
Breviarium Moz-arabicum pro Pecc. Orig. 380

C

Carmina Patinae argenteae apud Forum Cornelii pro Peccat. Orig. 390

Cervellae Lapis pro D. Creat. 24
Chilteberti Diploma pro D. Creat. 28
Clodovei Numus pro D. Creat. 34
Conſtantii Numus pro D. Creat. 30
Crater vitreus pro D. Creat. 36
Crucis Stationalis Monimenta indicata pro Ang. 87. ſq.

D

Decentii Numiſma pro D. Creat. 33
Dionyſii Lapis pro D. Creat. 18

E

Eadgari Diploma pro D. Creat. 29
Eccleſiae Piſanae valvae pro Ang. 88
Edigari Placitum pro D. Creat. 29
Ereneae Titulus pro D. Creat. 24
Ero Anetis Inſcriptio pro D. Creat. 18
Euſtathii & Georgii Donatio pro Ang. 75

F

Fermi Donatio pro Ang. 81
Fragmentum Calicis vitrei pro Peccat. Orig. 387

G

Gaidoaldi Donatio pro Ang. 81
Geminae Lapis pro D. Creat. 21
Gemma vetus pro Peccat. Orig. 388
s. Gregorii Nazianz. Liturgia coptica pro D. Creat. 24

H

Honoratae Lapis pro D. Creat. 17

I

Icon pervetuſta pro Ang. 89. alia pro Pecc. Orig. 388
Ilari Lapis pro D. Creat. 21
Julianae Lapis pro D. Creat. 20
Junii Baſſi Sarcophagus pro Peccat. Orig. 389

L

Leonianum Sacramentarium pro Ang. 76. ſq. Peccat. Orig. 383
Litaniae Benedictinae pro Ang. 79
Liturgica documenta pleraque indicata pro D. Creat. 27. & pro pecc. Orig. 386
Liviae Mariae Lapis pro D. Creat. 23

M

Magnentii Numus pro D. Creat. 32
Marmora plurima e Romanis cryptis indicata pro Peccat. Orig. 389
Memmii Saluſtii Lapis pro Ang. 71
Megingozii Lapis pro Peccat. Orig. 377
Miſſale Gothicum pro Peccat. Orig. 377. 379
Muſiva Tabula Vaticana pro Ang. 84. Aliae id genus. 82. Alia Veneta pro Ang. 83. Alia Liberiana & Ravennatenſis alia pro D. Creat. 35. alia Romana S. Marci pro D. Creat. 36. Pleraeque indicatae pro D. Creat. 35. ſq. tum pro Ang. 82. ſq.

N

Numi plerique indicati pro D. Creat. 34

O

Olibionii Lapis pro D. Creat. 20
Opercula Arculae pro D. Creat. 37
Orationale Gothico-Hiſpanum pro D. Creat. 27. Pecc. Orig. 380. 382
Ordonii Diploma pro D. Creat. 29
s. Oſſorii Gutierrez Placitum pro D. Creat. 29. ſq.

P

Patina myſtica S. Chryſologi pro pecc. orig. V. Carmina.
Patricii Epitaphium pro D. Creat. 18
Pictura coemeterii Pontiani Romae pro Angel. 87
Pictura Ingoberti pro Angel. 86
Picturae plurimae indicatae pro Pecc. Orig. 390
Primi Lapis pro D. Creat. 23
Primi Atenolfi Inſcriptio pro Ang. 71

R

Radelchiſi Placitum pro Ang. 81
Ratperti Donatio pro Ang. 80
Romanae Eccl. Sacramentarium pro D. Creat.

D.Creat.25. bis Ang. 76.79.Pecc. Orig. 383

S

Sanctii Signum pro D. Creat. 29
Sarabbonis Votum pro D. Creat. 23
Sarcophagus in Basilica Ambrosiana Mediolanensi indicatus pro Pecc. Orig. 389
Severi Lapis pro Ang. 71
Sepulcrum Veronense pro Peccat. Orig. 390
Sigilla plumbea pleraque indicata pro Ang. 89
Sigillum Gothicum aut Langobardicum pro D. Creat. 34
Sigillum plumbeum pro Ang. 88
Simplicii Lapis pro D. Creat. 16
Sinticii Titulus indicatus pro D. Creat. 19

T

Teudicii Charta pro Ang. 81
Theubaldi Donatio pro Ang. 76
Tretis Lapis pro D. Creat. 22

V

Viviani Epitaphium pro Ang. 73

INDEX IV.

QUAESTIONUM.

A

Adam quo pacto a Deo creatus? 147. Quibus una cum Eva creatus dotibus? 155.sqq.
Reliquae *creationem Adami innocentis* concernentes, *supra* 408. sq.
Adamo quodnam praeceptum a Deo injunctum? 361
Reliquae spectantes idem praeceptum & Adami lapsum, *nuper*. 409
Adamo & Evae quae poena imposita ob amissionem justitiae originalis? 369
Reliquae in idem, *mox*. 410
Angeli an & ubi creati? 69
Reliquae in *Angelos*, *supra*. 410.sq.

C

Creator Deus quid sit? 14
Reliquae de *Deo Creatore*, *superius*. 413

H

Homo qua ratione conditus ad imaginem & similit. Dei? 150. sq.
Reliquae in idem indicantur *supra*. 414

I

Immortales qua ratione Protoparentes conditi? 152

L

Lex quid? 234
Reliqua de *Lege in genere*, *supra*. 416
Lex Canonica exstitit ne in omni naturae statu? 271
Reliquae in eandem Legem, *nuper*. 416
Lex Civilis potest Christianos ligare in conscientia? 308
Reliquae *Legem Civilem* spectantes, *supra*. 416
Lex divina vetus quid contineret? 256
Reliquae in ipsam Legem, *mox*. 416
Lex Evangelica quid contineat? 267
Reliquae in hanc Legem, *nuper*. 416
Lex non scripta quid? 322
Reliquae in ipsam Legem, *nuper*. 417

Lex privilegiaris quid? 317
Reliquae in idem, *supra*. 416
Lege num teneatur Legislator? 242
Reliquae huc spectantes, *supra*. 416
Legislatrix potestas quid? 239
Reliquae in idem, *mox*. 417
Libertatis notio quae? 183
Reliquae *Libertatem* spectantes, *supra*. 418. sq.

P

Peccati Originis de exsistentia quid? 372
Reliquae ad *peccatum* idem pertinentes, *mox*. 420

INDEX V.

ERRONUM.

A

ABaelardus in Angelos. 62. Libertatem hum. 173. Peccat Origin. 353
Acatholici universe in Ang. 65. in Leg. 217
Acatholici veteres in Libert. hum. 170
Adimantus in Leg. 208
Adulatores in Libert. hum. 180
Aegyptii in Adam, innoc. 121
Aegyptii Protosophistae in Deum Creat. 3
Aerarius Alex. in Leg. 209
Aëriani in Leg. 211
Agricola Jo. in Leg. 217
Albanenses in Lib. hum. 173. Leg. 208. 212. Peccat. Orig. 336
Albertus Episcop. in Lib. hum. 173
Albigenses in D. Creat. 10
Albigenses Pseudo-Apostoli seu Dulciniſtae in Leg. 213
Albumazar in D. Creat. 6
Alensis in Ang. 66
Alexander Aphrodiseus in Ang. 56
Algazelis in D. Creat. 6
Almainus Jacobus in Leg. 224
Alogi in Leg. 208
Alpharabius in D. Creat. 6
Ambrosiani in Leg. 208
Ambrosius in Ang. 66. 67. in Peccat. Orig. 348
Anabaptistae in immort. anim. 142. Leg. 216. Peccat. Orig. 339
Anabaptistae Judaizantes in Leg. 210
Anastasius Sinaita in Ang. 66
Anaxarchus in D. Creat. 5
Anaximander in D. Creat. 5. Adam. innoc. 121
Anaximenes in D. Creat. 5
Angelici in Ang. 60
Anglo-Calviniani in Leg. 218
Anonymi in Ang. 60. alii 64. Adam innoc. 128. Immort. anim. 140. Libert. hum. 169. alii. 175. Peccat. Orig. 343. alii. 354
Anonymi alii in Ang. 68. Liber. hum. 169. 175. Leg. 206
Anonymi alii in Immor. anim. 140. alii. 142
Anonymi Doctores e Talmudica Schola in D. Creat. 6
Anonymi de Schola Doctores in Peccat. Orig. 354
Anonymi Philosophi Parisienses in D. Creat. 9
Anonymi Pythagorei in Immor. anim. 139
Anonymus in Libert. hum. 173. alius 177. Leg. 208. alius. *Ibid.*
Anonymus alius in Adam innoc. 125
Anonymus alter in Ang. 63. Adam innoc. 121

Anonymus alter in Adam innoc. 128. alter. 132
Anonymus in Pecc. Orig. 338
Anti-adamitae in Adam innoc. 125
Anti-biblici in Adam innoc. 125
Anti-daemoniani in Ang. 64
Antoninus Imp. in Immor. anim. 140
Apelles in D. Creat. 9. Adam innoc. 125. Leg. 208
Apochryphi in Leg. 208
Arabes in Immort. anim. 142
Arcades in Adam innoc. 121
Archelaus in Leg. 205
Archelaus Athenienſis, aut Mileſius in D. Creat. 5
Archontici in D. Creat. 9
Ariſtarchus in D. Creat. 5
Ariſtippus in Leg. 205
Ariſtoteles in Immor. anim. 139
Ariſtoteles cum priſco peripatu in D. Creat. 4. Ang. 56
Armeni Novatores in Leg. 210. Peccat. Orig. 335
Arnobius junior in Ang. 66, Peccat. Orig. 350
Arnobius ſenior in Immort. an. 144
Arnulphus in Leg. 222
Arvernus Guillielmus in Adam innoc. 129
Athanaſius in Ang. 65
Athei in Leg. 208
Athenagoras in Ang. 67
Auguſtinus in Ang. 66. 67
Avicebron in Ang. 66
Avicenna in D. Creat. 6

B

Baelius Petrus in Libert. hum. 177
Bajani in Libert. hum. 178
Bajus Michaël in Angel. 68. Adam. innoc. 130. Liber. hum. 177. Pecc. Orig. 356
Balbus Mich. in Ang. 61
Barbara Imperatrix in Immort. Baanim. 142
rdeſanes in Liber. hum. 171
Baſilides in D. Creat. 8. Ang. 59. Leg. 208. Peccat. Orig. 329
Baſilius in Ang. 65
Beguardi in Leg. 215. Peccat. Orig. 337
Berigardus Claudius in Immort. anim. 146
Bernardus in Ang. 66
Beza Theodorus in Libert. hum. 175
Bogomili in D. Creat. 9. Angel. 62. Adam. innoc. 128
Bonaventura in Ang. 66
Bradvvardinus in Libert. hum. 173
Brentius Jo. in Leg. 217
Brunnemannus in Leg. 221
Brunus Philoth. Jordan. in Adam. innoc. 132
Bullingerus Henric. in Ang. 65. Peccat. Orig. 343
Burnetus Thom. in Pecc. Orig. 343
Buzerus Martin. in Libert. hum. 175. Pecc. Orig. 343

C

Caeleſtiana Secta in Peccat. Orig. 332
Caeleſtius in Adam innoc. 127. in Peccat. Orig. 332
Caeſalpinus Andr. in Immort. anim. 146
Caeſarius in Ang. 66
Cajani in D. Creat. 9. Leg. 208
Cajetanus Card. in Ang. 66
Calviniſtae in Ang. 65
Calvinus in Ang. 65. Adam. innoc. 129. Liber. hum. 173. Leg. 214. 217. Peccat. Orig. 343
Carneades in Leg. 205
Carolſtadius in Leg. 210
Carpocratiani in D. Creat. 9. Leg. 208. Peccat. Orig. 329
Caſſianus in Ang. 66
Caſtellanius Julius in Immort. anim. 146
Catechiſmus Racovienſis in Peccat. Orig. 343

Cathari in D. Creat. 10. Libert. hum. 173
Cathari Albigenſes, Bagnolenſes, & Concoretiani in Adam innoc. 128
Cathari juniores in Adam innoc. 128
Cathari trium Sectarum in Leg. 213
Catharinus Ambroſ. Politus in Peccat. Orig. 355
Ceccus Aſculanus in Libert. hum. 173
Celſus in Adam innoc. 125. in Leg. 208
Centuriatores Magdeburgenſes ſeu Confeſſioniſtae rigidi in Libert. hum. 175. Leg. 217
Cerdon Alexandriae Epiſc. in D. Creat. 9
Cerdoniani in Leg. 208
Cerinthus in D. Creat. 9. in Leg. 209
Chalcidius in D. Creat. 5
Chaeremon Zoſimus in Immort. anim. 142
Chaldaei in D. Creat. 5. Adam. innoc. 121
Charlerius Jo. ſeu Gerſonius in Leg. 224
Chemnitius Martin. in Libert. hum. 175
Chriſippus in Ang. 56. Immort. anim. 140. Libert. hum. 168
Chryſologus Petrus in Angel. 66
Chryſoſtomus Jo. in Ang. 67. Pecc. Orig. 347
Circumcelliones novi in Leg. 215
Claudianus Mamercus in Ang. 66
Cleanthes in D. Creat. 5. Immort. anim. 140. Libert. hum. 168
Clemens Alexandr. in Ang. 67. Peccat. Orig. 345
Collinſius Anton. in Liber. hum. 177
Colluthus in D Creat. 12
Confeſſioniſtae Auguſtani in Leg. 213. 216
Crantor cum Diſcipulis in Deum Creat. 5
Cremoninus Caeſar in Immort. anim. 146
Cudvvorthus Radulphus in Angel. 65
Curcellaeus in Peccat. Orig. 339
Cyrillus Hieroſ. in Peccat. Orig. 346

D

Daemonicolae Anabaptiſtae in Angel. 61
Damaſcen. in Ang. 66
Davidiani in Ang. 64
Democritus in D. Creat. 4. 5. Ang. 56. Adam innoc. 121. Immort. anim. 139. Libert. hum. 168
Dicaearchus in Immor. anim. 139
Diogenes in D. Creat. 5
Dodvvellus in Immort. anim. 142
de Dominis in Leg. 225
Duitae ſeu Dualiſtae in D. Creat. 9
Dulcinus in Leg. 213

E

Ebion in Leg. 210
Ekardus in D. Creat. 9
Elceſei in Leg. 210
Eliſabetha Regina Angliae in Leg. 218
Empedocles in Adam. innoc. 121. Libert. hum. 168
Epicharmus in D. Creat. 4
Epictetus in Immort. anim. 140
Epicurea Secta in Liber. hum. 168
Epicurus in D. Creat. 4. 5. Adam. innoc. 121. Immort. anim. 139. Leg. 205
Ephraem in Ang. 65
Eraclitus Epheſinus in D. Creat. 5
Eraſmus Deſiderius in Peccat. Orig. 340
Eraſmus Sarcerius in Ang. 65
Erigena Jo. in Pecc. Orig. 352
Eſſaei in Liber. hum. 169
Euripides in Immort. anim. 140
Euſtathiani in Leg. 211
Everſores Pentateuchi in Leg. 208

Ever-

Everſores generatim Peccati Originis. 328

F

Faber Baſilius in Libert. hum. 175
Faber Jacob. in Pecc.Orig.338. 347
Fataliſtae Aſtronomici in Libert. hum. 168
Fataliſtae recentiores in Libert. hum. 177
Fataliſtae rigidi in Leg. 206
Fataliſtae vetuſtiores in Libert. hum. 168
Fauſtus in Adam innoc. 125
Fauvellius in Leg. 233
Ferchius in Ang. 66
Flacius Matthias in Libert.hum.175
Florus in Libert. hum. 172
Fulgentius in Ang. 66

G

Galenus in D. Creat. 5
Gennadius in Ang. 66
Georgius Franciſc. in Angel. 66. Adam innoc. 126
Georgius Paullus in Ang.63. Adam innoc. 129
Giafar Sadik in Adam. innoc. 124
Gibieuffus Gulielmus in Libert. hum. 179
Gnoſtici in Leg. 208. Peccat. Orig. 329
Goade Carolus Fridericus in Angel. 65
Graeci recent. in Ang. 68
Graeci Sapientes in Ang. 56. in D. Creat. 5
Gregales Lutheri & Calvini in Libert. hum. 174
Gregorius Nyſſen. in Peccat. Orig. 347
Gualtherius Radulphus in Angel.65

H

Hebraea Gens in Ang.57. Adam. innoc. 120. alii. 127
Helvetius Hadrianus in Libert. hum. 177
Helxeitae in Leg. 208
Henricus VIII. in Leg. 218
Heracleon in Immort. anim. 141
Heraclitea Secta in Libert.hum.168
Heraclitus in D. Creat.5. Leg. 206
Hermogenes in D. Creat. 9
Herodiani in Leg. 207
Heſiodus in Adam innoc. 120
Hilarius in Ang. 65
Hippocrates in Ang. 56. Immort. anim. 139
Hobbeſius in Libert. hum.177. Leg. 218. 219
Hoffmannus Melchior in Libert. hum. 182
Honorius Auguſtodun. in Libert. hum. 173
Huſſus Jo. in Leg. 213. 215

I

Jamblichus in D. Creat. 4
Janſeniſmus recentior in Leg. 231
Janſenius junior in Ang. 68. Adam innoc. 132. Libert. hum. 178. Leg. 234
Impoſſibiliſtae in Leg. 216
Irenaeus in Immort. anim. 143
Irreligionarii in Leg. 208
Judaeo-Chriſtiani in Leg. 210
Judaica Gens univerſa in Leg. 207
Judex Matthaeus in Libert.hum.175
Julianus in Peccat. Orig. 347
Julianus Auguſtus in Adam innoc. 126. Leg. 208. & 209
Juſtinus in Ang. 65. 67. Immort. anim. 143

K

Kabbaliſtae ſeu Cabbaliſtae in D. Creat. 7. Angel. 58. Adam. innoc. 124
Kippingius Jo. Gvolfg in Leg. 220

L

Laborde in Leg. 233
Lactantius in Ang. 67
Lampetiani in Leg. 211
Leibnitiani Philoſophi in Ang. 65

Leu-

Leucippus in D. Creat. 5. Immort. anim. 139
Libertini in Ang. 64. Leg. 208. Peccat. Orig. 341
Loërſius Jo. Chriſt. in Ang. 65
Lucretius in D. Creat. 5. Immort. anim. 139
Lutherani in Ang. 65
Lutherus in Adam. innoc. 129. Libert. hum. 173. Leg. 213. 216

M

Macarius in Ang. 66
Macrobius in D. Creat. 4
Mahumedani in Angel. 61. Adam. innoc. 124. Libert. hum. 173
Manes in D. Creat. 9. bis.
Manichaei in Ang. 61. Adam innoc. 125. alii 126. Libert. hum. 171. Leg. 208. Peccat. Orig. 330
Manichaei Agannenſes in Ang. 66
Manichaei novi in Leg. 208. alii 209
Marcion in D. Creat. 9. in Leg. 208
Marloratus Auguſtinus in Ang. 65
Maron in Immort. anim. 142
Marſilius de Menandrino in Leg. 223
Maximus Taurinen. in Ang. 66
Melanchon Phil. in Leg. 210
Menander in D. Creat. 8
Mercerus in Adam. innoc. 127
Mercurius Triſmegiſtus in Ang. 53
Methodius in Ang. 65. 67
Metrodorus in D. Creat. 5
Minutius Felix in Ang. 67
Muntzerus Thomas in Leg. 208
Muſculus Wolfangus in Angel. 65
Muſulmanni in Adam. innoc. 124

N

Naudaeus Gabriel in Immort. anim. 146
Nazaraei in Leg. 209
Nazianzenus Gregor. in Ang. 65
Neo-Pelagiani in Peccat. Orig. 338
Neo-Semipelagiani in Peccat. Orig. 343
Nicolaitae in D. Creat. 9. Leg. 208
Niphus Auguſtin. in Angel. 66

O

Ocellus Lucanus in D. Creat. 4
Oecolampadius Jo. in Ang. 65. Libert. hum. 173. Peccat. Orig. 339
Optatus in Peccat. Orig. 346
Origenes Adamantius in D. Creat. 11. Ang. 59. 65. Adam innoc. 125. Peccat. Orig. 329
Origeniani in Adam. innoc. 126

P

Pagani univerſim in Ang. 54
Palmerius Matth. in Angel. 64
Patres antiqui plurimi in Ang. 65. 66
Paulliciani in D. Creat. 10
Paulli-Joannitae in Leg. 212
Pelagiani in Adam innoc. 127. Libert. hum. 181. Peccat. Orig. 333
Pelagiani juniores in Leg. 214
Pelagiani novi Anglicani in Adam innoc. 127
Pelagiani noviſſimi in Pecc. Orig. 341
Pelagiani recentiores in Pecc. Orig. 339. 343
Pelagius in Peccat. Orig. 332
Perſae in Adam innoc. 121
Peyrerus in Adam. innoc. 134
Phariſaei in Liber. hum. 168
Philo in D. Creat. 5. Adam innocentem. 122
Philolaus in Libert. hum. 168
Philopater in Libert. hum. 168
Philoſophaſtri Anti-Concordiani in Immort. anim. 145
Philoſophi Moſe vetuſtiores in D. Creat. 2
Philoſophi plerique veteres in D. Creat. 3
Philoſophi priſci in Peccat. Orig. 329
Philoſophi recentiores in Leg. 219
Photinus in Leg. 210
Pighius Albertus in Peccat. Orig. 355
Placaeus in Peccat. Orig. 339
Plato in D. Creat. 4. Ang. 54
Platonica Secta in D. Creat. 4. Liber.

ber. hum. 168
Plinius in Immort. anim. 140
Plotinus in D. Creat. 4
Plutarchus in Ang. 57
Pomponatius Petr. in Immort. anim. 140
Porphyrius in D. Creat. 4. Adam. innoc. 125
Portius Simon in Immort. anim. 146
Praeadamitae recentiores in Adam. innoc. 134
Praedeſtinati in Libert. hum. 173
Priſcillaniſtae in Ang. 61. Libert. hum. 172
Priſcillianus in D. Creat. 10
Proclus in D. Creat. 4
Protoparentes Pelagianiſmi in Peccat. Orig. 331
Pſellus Mich. in Angel. 66
Pſeudo-Apoſtoli, alias Dulciniſtae in Leg. 213
Pſeudo-Apoſtolici in Leg. 215
Pſeudo-Clemens in Immor. anim. 144
Pſeudo-Juſtinus in Peccat. Orig. 351
Ptolemeus in D. Creat. 6. Adam. innoc. 125. Leg. 208
Puccius Felidinus Franciſc. in Peccat. Orig. 342
Pyrrhus in Leg. 205
Pythagorei in Adam innoc. 120. Libert. hum. 168

Q

Queſnellus Paſchas. in Adam. innoc. 136. Liber. hum. 179. Leg. 221. 232

R

Rabbenu Hakadoſc in Pecc. Orig. 327
Rabbi Abbu in D. Creat. 6
Rabbi Moyſes in D. Creat. 5
Rabbini in D. Creat. 6. Peccat. Orig. 326
Raymundus Neophytus de Tarrega in Ang. 60
Remonſtratenſes in Peccatum Originis. 339
Richard. Victorinus in Ang. 66
Richeriana Secta in Leg. 229
Richerius Emundus in Leg. 226
Riſvvich in D. Creat. 9. Angel. 64. Immort. anim. 142
Rouſſeau Jo. Jacobus in Leg. 222
Ruchardus Jo. Weſſalienſis in Leg. 213. 217. Pecc. Orig. 334
Rufinus in Peccat. Orig. 332
Rupertus in Ang. 66

S

Sadocaei in Ang. 58. Immort. anim. 141. bis.
Samaritani in Ang. 58. Immort. anim. 141
Samoſatenus Paullus in Leg. 210
Sampſei in Leg. 210
SandiusChriſtophorus in D. Creat. 13
Sapientes Chaldaei, Aegyptii, Celtae in Libert. hum. 168
Saturninus in D. Creat. 9
Schilterus in Leg. 221
Scotus in Ang. 66
Scvvencfeldius Gaſpar in Leg. 208
Secundinus in Leg. 208
Segarellus Gerardus in Leg. 213
Seleuciano Hermiani in D. Creat. 9
Semipelagiani in Libert. hum. 181
Seneca in Immort. anim. 140
Seneca recentior in Pecc. Orig. 334
Servetus Mich. in Angel. 64
Sethiani in D. Creat. 9
Simon Magus in D. Creat. 3. Ang. 59. Adam innoc. 125. Libert. hum. 171. Leg. 208
Simonius Richard. in Pecc. Orig. 358
Simplicius in D. Creat. 4. Ang. 56
Smalcius in Adam innoc. 130
Sociniani cum Fauſto ſuo in Leg. 218. Adam. innoc. 130. Peccat. Orig. 342
Somerus Jo. in Pecc. Orig. 338
Sophiſtae in Adam innoc. 120
Spinoſa in Libert. hum. 177
Stadinghi in D. Creat. 9. Ang. 62
Steuchus Eugubinus in Ang. 66

Stoici in Libert. hum. 168. Leg. 206. Peccat. Orig. 329
Stoici varii in Immort. anim. 140
Strato Lampſacenus in D. Creat. 4
Stryckius in Leg. 221
Symmachus, & Symmachiani in Leg. 209

T

Tacitus in Immort. anim. 140
Talmudiſtae in D. Creat. 6. Adam. innoc. 122
Tatianus Aſſyrius in Immort. anim. 143
Tautus in D. Creat. 3
Theſſali in Adam innoc. 121
Tertullianus in Ang. 65. 67. Pecc. Orig. 344
Theodoretus in Peccat. Orig. 349
Theodorus in Peccat. Orig. 331
Theodotus in Ang. 65
Theognoſtus in Ang. 65
Thnetopſychitae in Immort. anim. 142
Thomaſius in Leg. 221
Thraces in Adam. innoc. 121
Ticonius in Liber. hum. 181

V

Valdenſes in D. Creat. 10. Ang. 65. Leg. 214
Valentiniani in Libert. hum. 170. Leg. 208
Valentinus in D. Creat. 9. Libert. hum. 171
Valla Laurentius in Libert. hum. 177
Veigeliani in Pecc. Orig. 343
Vermilius Petr. Martyr in Leg. 217. Peccat. Orig. 343
Vigorius Simon in Leg. 229. 233
Voltaerius Petrus in Libert. hum. 177

Walterus Lolhardus in Ang. 63
Wernherus in Leg. 221
Weſtemerus Barthol. in Ang. 65
Weſtphalus Jo. in Leg. 213. 217
Wicleffitae in Ang. 65
Wicleffus Jo. in D. Creat. 12. Libert. hum. 173
Wigandus Jo. in Libert. hum. 175

X

Xenophanes Colophonius in Deum Creat. 4. 5

Z

Zabarella Jacob. in Immort. anim. 146
Zaninus de Solcia in D. Creat. 13. Adam innoc. 129
Zeno cum ſua Secta Stoica in Deum Creat. 4
Zeno Eleates in D. Creat. 5
Zieglerus in Leg. 221
Zoroaſter in Ang. 52
Zvvinglius in Libert. hum. 182. Leg. 214. 216. Peccat. Orig. 338

INDEX VI.

RERUM PRAECIPUARUM.

A

Abelardus an jure a S. Bernardo erroris paſſim inſimuletur? pag. 62. Adn. * Errores demiſſe revocat. 354.
Adam Creatus a Deo ad ejus ſimilitudinem. 150. n. 182. Hujus ſimilitudinis ratio. *Ibid.* 183. Cum coſta ſupernumeraria. 50. n. 55. Primus homo. 147. n. 172. Caput omnium viventium. 159. n. 214. Non Androgynos. 123. Adn. 111. Aut cum immani proceritate, quam praeter alia putidiſſima com-

commenta finxerunt Hebraei veteres. *Ibid.* In ipſo omnes obtinuerunt ſtatum innocentiae, & naturae lapſae, excepto Chriſto, ejuſque Matre. *Ibid.* Tam Adam, quam Eva poſt lapſum adepti ſunt veniam, & ſalutem aeternam. 371. n. 627.

Adſumtio corporis fit per Angelos, quemadmodum & per animam Chriſti relate ad cor praefervide ſumentium S. Euchariſtiam. 107. n. 123. Adſumtionis notio. *Ibid.* V. *Angelus*.

Aerarius Alex. vindicatur adverſus Prateolum. 210. Adn. *

Albanenſes iidem cum Albigenſibus, ex deciſione critica. 336. Adn. *

Alexandri Magni epiſtola ad Olympiadem matrem genuina contra Rigaltium. 122. Adn. *

Almarici, *Armenorum*, aliorumque opiniones ſingulares circa ſtatum innocentiae diſcutiuntur. 137. ſq. Adn. **

Alpha & *Omega*, A & Ω. ſaepius adſumſit Deus, ut ſeſe creatorum omnium initium & finem comprobaret. 17. Idem dicito de *Aleph* & *Thau* Hebraeorum. *Ibid.* Hiſce ſacris ſymbolis ab incunabulis Eccleſiae uſi ſunt fideles in Titulis ſepulcralibus & alibi paſſim. 17. ſqq. Nuſquam ethnici. 16. Plura de his ſiglis. 16. ſqq.

Ambroſius vindicatur adverſus criminationem Serveti. 348. Adn. **

Angeli. Eorum notio. 52. n. 61. Creatio. 69. n. 65. Opinio de illorum creatione ante mundi productionem non eſt haeretica. 6. Adn. * Patres, qui pro ipſa ſententia ſteterunt. *Ibid.* Decretum 1. Conc. Lateran. IV. explicatur. *Ibid.* Non creati alii ſuapte natura boni alii mali, nec ejuſmodi creatio poſſibilis. 100. n. 99. & 102. n. 105. Non corporei, quamvis multi Patres hoc tenuerint. 66. Adn. * Quid de hac opinione? *Ibid.* II. Inter ſe differunt. 103. n. 109. Angeli adtributa quoad ordinem naturae. 69. ſqq. Quoad ordinem gratiae. 109. ſqq. Momenta tria a Theologis excogitata in explicationem ejuſmodi doctrinae. 110. ſqq.

Angeli adſumunt corpora. V. *Adſumtio*. Mali poſt damnationem retinuerunt vires naturales. 118. n. 167. Qui picti aut inſculpti viſuntur, certas notas habere debent, ut a profanis Geniis diſtinguantur. Ubi notatur obiter *Allegranza*. 89. ſq. Angelorum Hierarchiae tres, Chori novem. 103. n. 107. Ordo inter ipſos. *Ibid.* Princeps omnium. 117. n. 162. Improborum praevaricatio Paganis quodammodo cognita. 113. n. 146. Quid de hac praevaricatione? V. *Peccatum*.

Angelus Cuſtos ex infima hierarchia deputatur hominibus, & pene ſingulis rebus. 103. n. 106. & 117. n. 163. Haec veritas adumbrata mirifice ab Ethnicis. 117. n. 164. ſq.

Angelorum cultus. 77. ſq.

Angelicorum Sectae Authores. 60. Adn. *

Animalia carnivora vix creata carnibus depaſta ſunt. 49. n. 50.

Animi hominum fiunt per creationem. 150. n. 180. Sunt immortales. V. *Immortalitas*.

Apelles Mundi opificium ad Deum bonum Authorem refert? 10. Adn. *

Aphrodiſeus vindicatur. 56. Adn. *

Apoſtoli legislatrice poteſtate a Chriſto D. adcepta uſi ſunt. 272. n. 469.
Archelaus non Pyrrho rigidiorum ſcepticorum Author. 206. Adn. *
Ariſtoteles vindicatur. 5. Adn. * 54. Adn. * 56. Adn. * Negaverit ne animorum immortalitatem, celebris quaeſtio adhuc indeciſa. 139. Adn. *
Armeni vindicantur. 137. Adn. ** 335. Adn. *
Arnobius jun. Quae perſona? Quae patria? 350. Adn. ** II.
Aſtra non animata; Angelos adſiſtentes habent. 43. n. 43.

B

Baii Michaëlis ſyſtema quoad ſtatum Adami innocentis, catholice expoſitum ab Anonymo an plauſum mereatur? 131. Adn. * I. Suum Bajus ſyſtema revocat. 134. Adn. * Qui ipſum confutarint? *Ibid.* Bajus ſui vindex circa theſes aliquot ei adfictas. 357. Adn. * Theſes in Bulla Pianâ damnatae non omnes fuere Baii. *Ibid.* De cauſſa Bajana plura. *Ibid.*
Baptiſterium Lateranenſe. 376. ſq.
Bartoloccius perfrequenter jure commendatus, abſque injuria rejicitur. 327. Adn. *
Baſius Narciſſus laudatur. 391.
Beauſobrius Iſaacus notatur ceu impudens ac inſolentiſſimus SS. Patrum deriſor & oppugnator, praeſertim Auguſtini, & convellitur. 171. Adn. *
Brunus Philotheus Jordanus an ex familia Dominicana, incertum. 132. Adn. * I.

C

Cabbala ſeu *Kabbala* Judaica. Ejus notio. 7. Adn. * Diviſiones. 8. Sententiae variae circa ipſam. 7. 8. Qui de ea tractant. *Ibid.* Cabbalae diſciplina apud Hebraeos quam obſcura. *Ibid.*
Caeſalpinus Andreas Praeadamitis adnumerandus? 136. Adn. * III.
Cajani vindicantur. 9. Adn. *
Cajetanus Card. negans formationem Evae ex coſta Adami an Erroneus? 138. Adn. * Incaute negat praecipiendum eſſe philoſophisChriſtianis ut publice perſuadendo doceant veritatem fidei. 147. Adn. * II.
Calviniſtae plurimi receſſerunt a ſuo Calvino, & admiſerunt libertatem ab omni neceſſitate in homine. 177.
Calvinus vindicatus. 129. Adn. *
Canones vulgo *Apoſtolici* plane nothi. Fuſe. 274. §. II. Tum canones vetuſtiſſimae cuidam Synodo Antiochenae adficti. 275. §. III.
Cardinales S. Rom. Eccl. Ipſis adſcribitur ordinaria juriſdictio Epiſcopalis, aut ſaltem quaſi-Epiſcopalis comparate ad ſuos Titulos. 281. n. 472. per errorem 172. Hiſtoria dignitatis Cardinalitiae. 281. ſqq. §.
Caſtro Alfonſus corrigitur. 63. Adnot. * I. Vindicatur. 180. Adnot. * II.
Catharinus benigne interpretandus. 355. Adn. * ſq.
Cereus Paſchalis. Vetuſtas ejus ritus eccleſiaſtici. 25. ſqq. Liturgiographi de hoc ritu pertractantes. 27.
Chryſippus vindicatur. 56. Adn. *
Circumciſio in lege veteri non fuit remedium pro peccato originis. 328. Adn. *
Circumciſio Mahumedanorum nec abAlcorano, nec a Judaiſmo introducta. 210. ſq. Adn. **
Clemens Alexandrinus excuſari ne poteſt

poteſt ab errore circa peccatum originis? 345. Adn.**
Coeleſtii Theſis quoad immortalitatem Protoparentibus innocentibus conceſſam cur erronea? 127. Adn.*
Conceptio immaculata B. Virginis nondum fide ſancta. 357. Adnot.* I.
Confeſſio Auguſtana. Ejus Author. 175. Variationes. 176.
Confeſſio quaedam fidei Calvinianae. 176. Quis ejus Author? *Ibid.*
Conſtantius Imp. Aliquando Catholicus. 30. Plurimi Patres eum arianae perfidiae incuſant: alii vero uti de chriſtiana Religione benemerentiſſimum efferunt. 31. Fuit primus Author Numi Sacris Symbolis Monogramma Chriſti comitantibus exornati. 30. Nec aliis ex capitibus probatur adulterinus hic Numus. 31.
Conſtitutiones, quae vulgo *Apoſtolicae* nuncupantur reapſe Apocryphae. 273. §. I.
Conſuetudo Lex. Exponitur & vindicatur doctrina de hac ſpecie Legis. 322. n. 472. per errorem 272. ſqq.
Creare eſt proprium totius Trinitatis. 38. n. 10. ſq. Quamvis Deus Mundum in tempore condiderit, potuit ſaltem producere creaturas permanentes ab aeternitate. 39. n. 15.
Creator Deus proprie quid? 14. n. 4. Quid minus proprie? *Ibid.* n. 5.
Creatura quaelibet intelligens ſuapte natura libera eſt. 100. n. 99. V. *Libertas*.
Creaturarum primum principium neceſſarium Deus eſt. 40. n. 18. Saepiſſime cum Deo conducunt cauſſae naturales. *Ibid.*
de *s. Crucis* Inventione Miſſae veteres. 379. n. 4.
Cuſtodia hominum, & univerſi Mundi Angelis a Deo demandata. 117. n. 163. V. *Angelus Cuſtos*.
Cyprianus an tenuerit Angelos eſſe corporeos, ſatis dubium. 68. Adn.* I.
Cyrillus Hieroſolymitanus vindicatur, eidemque Catecheſes, quae circumferuntur, ſerio adſcribuntur. 346. Adn.**

D

Daemones non ſunt mali ſuapte natura. 48. n. 92. Poſt peccatum fuerunt phyſice capaces poenitentiae. 99. n. 95. Ad eam invitati a Deo. *Ibid.* Non poſſunt transformare corpus humanum in belluinum. 109. n. 131. Ordo inter Daemones, Tyrannus, Officia. 118. n. 168. Lucifer ſingulis hominibus ſuum daemonem adſignat. 118. n. 169.
Damaſceni Anachroniſmus. 211. Adn.*
Decretalium Iſidorianarum percelebris Hiſtoria & definitio. 276. §. I.
Decretum, quo Deus vult cooperari voluntati liberae ita eſt abſolutum, ut virtute ſit etiam conditionatum, & indifferens. 190. n. 269.
Decretum Gratiani qua authoritate polleat in Eccleſia? 298 n. 410. per errorem 210.
Democritus defenditur. 56. Adn.*
Deorum origo, ac Idololatria ipſis conſecrata apud Mythologos. 120. Adn.*
Dierum ſex Opificium. Exponitur quoad dies ſingulos. 44. n. 33. ſqq. Quid autem de die ſeptimo? 51. n. 59.

Diploma. Regula dignoſcendi Diplomata ex caracteribus, qui eodem ſeculo conſcripti feruntur, plerumque fallax. 29. n. 24.

Dodwelli ſyſtema circa improborum animorum mortalitatem ex quibus Authoribus conſarcinatum? 144. Adn. *

de Dominis Marci Antonii ſyſtema ſingulare quoad Legem Eccleſiae a Doctoribus Colonienſibus & Pariſienſibus perſtrictum. 225. ſq. IV.

Dualiſtae an omnes creationem Mundi malo principio adſcripſerint? 11. Adn. * III. Eorum ſyſtema. *Ibid.* IV. An Dualiſtae Ethnici ac Heterodoxi illorum ſubceſſores idem docuerint, non ſatis compertum. *Ibid.*

Du-Vigierius notatur. 403. Adnot. * II.

E

Eccleſiae Gallicanae libertas. Ejus notio? 298. n. 410. per error. 210. Fundamenta pro hac libertate. *Ibid.* n. 411. per error. 211. Quae contra opponuntur. 229. n. 415. ſq. per error. 215. Hiſtoria literaria libertatum ejuſmodi. 299. ſqq. Obſervat. hiſt. §.

Epiphanius notatur. 141. Adn. *

Epiſcopi poteſtate legislatrice fruuntur. 278. n. 471. per error. 171. An hanc poteſtatem proxime a Chriſto, vel a Papa adcipiant? Problema eſt. 289. n. 479. per error. 179. ſq.

Eraſmus Deſiderius a Pelagianiſmo vindicatur fuſius. 340. ſqq. Adnot. **

Erigena Jo. ſeu *Scotus* vindicatur. 352. ſq. Adn. **

Eſſeni purgantur. 171. Adn. * II.

Eſtius notatur. 64. Adn. *

Ethnici plerique Moſaicam de prima rerum molitione deſcriptionem adumbraſſe videntur. 51. §.

Euchariſtia eſt maxima Dei-hominis gloria, & finis primarius Incarnationis. 114. n. 149. Deus praemaxime cupit obſequium erga hoc Sacramentum. *Ibid.* Primum obſequium exquiſivit ab Angelis, praecepto ejus adorationis & ſpiritalis eſus obſtrictis. *Ibid.* & n. 151. Eſus ejuſmodi in Angelis quid? 114. n. 149. Eſt cibus Angelorum; & frequentiſſima ſunt Angelorum miniſteria erga Euchariſtiam, quemadmodum contra in ipſam effrenatiſſima daemonum rabies. *Ibid.* n. 150.

Eugubinus Steuchus rejicitur. 54. Adn. * & 123. Adn. * IV.

Euſebius non ita indubie opinionem de corporeis Angelis tenuit. 68. Adn. * I.

Eva Protoparens, Adami conjux. 49. ſqq. n. 53. ſqq. tum 151. n. 185. & 406. n. 690. V. *Adam*.

F

Fataliſtarum Syſtema quoad Legem. 206.

Fatum. Celebris quaeſtio de Fato phariſaico. Pugnantes Doctorum opiniones. Reſolvitur Quaeſtio. 169. Adn. * I.

Faure Jo. Baptiſta laudatus. 229. col. 1. Adn. *

Femina leges civiles, & eccleſiaſticas ferre poteſt. 240. n. 355.

Feſtum S. Michaëlis Archangeli ubi primo ceptum? 77. In honorem tum S. Archangeli, tum omnium Angelorum videtur inſtitutum a S. Gregorio M. 78.

Fidei initium non ſolis naturae viribus, ſed gratiae vocationis tribuitur. 202. n. 316. Chriſti meritis

ritis omnino debetur. 202. n. 318. Ex Molina haec interna Dei vocatio multum pendet a libero arbitrio ejus qui vocatur. *Ibid.*

Firmamenti nomine veniunt omnes coeli Empyreo inferiores. 45. n. 37. Super illud in ſecundo creationis die verae aquae remanſerunt. *Ibid.*

Florus Monachus vindicatur. 172. Adn. *

Futura contingentia libera non cognoſcuntur ab Angelis, quemadmodum & ſecreta cordium. 95. n. 81.

Futurorum praecognitio eſt certa nota Deitatis. *Ibid.*

G

Gabriel Summus Princeps Angelorum. 117. n. 162.

Gaulterius notatur. 212. Adn. * III.

Gelaſii Epiſtola quoad parvulos ſine Baptiſmo decedentes explicatur. 334. Adn. * I.

Geneſeos hiſtoria cur & contra quos a Moyſe deſcripta? 2.

Genii Ethnicorum pro concordia fidei & rationis circa dogma de Angelis. 91. ſq. Plura de iis in peculiari diſſ. quam ſpondet Author. 92.

Gerberonius carpitur. 359. Adn. *

Gerſonius defenditur. 224. Adn. * I.

Gibieuffi ſyſtema quoad libertatem creatam. 179.

Gnoſtici vindicantur. 10. Adn. * I.

Gratia non ſolet a Deo conferri plane gratis, ſi poſſit per meritum obtineri. 110. n. 133. Eam Angeli qui meruerint? 111. n 139.

Gratia cui creatura reſiſtere poteſt juxta Janſenium non eſt ſupernaturale Dei donum, & heinc ejus adſeclae inſurgunt contra gratiam mere ſufficientem. 137. Adn. *

Gratia Auxilians. Protoparentibus praeſto fuit in ſtatu Innocentiae. 163. n. 230. Ejuſdem naturae fuit cum gratia ſtatus naturae lapſae. *Ibid.* In utroque ſtatu alia ſufficiens, alia efficax. *Ibid.* Quid de gratia Angelorum in ſtatu viae? *Ibid.* Acris diſceptatio inter Scholas Thomiſticam, & Auguſtinenſem circa gratiam divinam victricem in ſtatu naturae integrae. 163. Adn. * Relate ad ſtatum innocentiae Auguſtinenſis ſentit cum Jeſuitis, nec reſpuit ſcientiam mediam, & gratiam indifferentem. *Ibid.* Ad eam in Angelis natura, & neceſſario praeceſſerunt merita congrua. 110. n. 133. ſq. Collata cunctis Angelis ad perſeverandum. 112. n. 143.

Gratia Sanctificans. Ea inſigniti omnes Angeli in creatione. 110. n. 133. Tum primi homines. 161. n. 221.

Gregorius Nyſſenus vindicatur. 347. Adn. *

Guido Carmelitanus, una cum Caſtro, Coccio, aliiſque notatus. 335. Adn. *

H

Habitus infuſi virtutum theologicarum fuerunt in Angelis. 111. n. 139. Tum in Protoparentibus. 161. n. 221.

Habituum naturalium capax eſt Angelus. 98. n. 90.

Heracleon ex qua Schola prodierit? 141. Adn. ** Origeni de ejus impietate teſtanti fides praeſtanda. *Ibid.*

Herodianorum Author, origo, inſtitutum incerta. 207. I.

Heſiodus pro immortalitate ac impaſſibilitate hominum in ſtatu in-

no-

nocentiae in caute adlegatus. 154. §.
Hippocrates vindicatur. 57. Adn. *
Hobbeſii ſingulare ſyſtema de lege naturali exponitur, & perſtringitur. 219. Adn. *
Huetius interdum hariolatur. 3. Adn. * 51. §.
Hymni Eccleſiaſtici. Qui de iis egerint? 381. Hymni *Pange lingua* &c. Author. 380. Hymnus triumphalis. 381. ſq.

I

Janſeniſmus recentior an Richerianiſmum profiteatur? 231. ſq. Authores qui Janſeniſmum oppugnarint. 134. Adn. *
Janſenius Iprenſis Epiſcopus. Author quinque famoſarum Propoſitionum. 179. Adn. * Eas virtute revocavit. 133. Adn. * Contendit quod ſit fide ſanctum, Protoparentes cum gratia ſanctificante fuiſſe conditos. At vulgo rejicitur. 161. n. 222. Cur male Pelagianos Erronibus adcenſeat? 181. Adn. *
Immortalitas. Animos eſſe ſuapte natura immortales nondum fide ſanctum. 145. Adn. * Quid de genuino ſenſu Patrum, qui in eam impegiſſe videntur? 144. Adn. * Exſtitit olim immortalitas in Protoparentibus quodammodo naturalis. 152 n. 191. Eſſet donum in poſteros transfundendum, ſi Adam ſtetiſſet. *Ibid.* n. 192.
Immortalitatem Adami in ſtatu integritatis ſeorſim ab omni dono ſuperno qui negaret, non erronee ſentiret. 127. Adn. *
Infernus cum poena ſenſus & damni pravis Angelis deſtinatus. 118. n. 167. Non omnes illuc relegati, ſed aliqui relicti in aë re. *Ibid.* Ante illius exſtructionem infernus iiſdem Angelis fuit aër caliginoſus. 47. n. 42.
Innocentiae Status dotes Poëtae chriſtiani deſcripſerunt. 153. n. 193. ſqq. Incognitae ſapientibus ethnicis. 154. §. Ejus praerogativae. ſi Adam ſtetiſſet. 164. ſqq.
Integritas Adami in ſtatu innocentiae. 160. n. 216. ſqq.
Interpretatio cur benigna in Catholicos Authores, rigida in Heterodoxos vulgo fertur? 348. Adnot. *
s. Jo. Chryſoſtomus defenditur. 348. Adn. *
s. Irenaeus vindicatur. 145. Adn. *
Jus gentium omnes ligat. 254. n. 408. Valde adfine Juri naturali, at multis nominibus diverſum. *Ibid.* In illud plura Proteſtantes hodierni. 255. §.
Juſta & Rufina VV. & Martyres. 382. n. 8.
s. Juſtinus defenditur. 145. Adn. *
Juſtitia Originalis, qua Protoparentes conditi ſunt. 162. n. 226.

L

Laborde Syſtema. 233. Proſcribitur. *Ibid.* Adn. *
Lampetii & Sectae Lampetianorum Epocha. 212. ſq. Adn. * II.
Lapides Chriſtiani quandoque cum formulis profanis ethnicorum. 17. n. 1.
Lapidum Antiquorum Adbreviationes ſine lege vagantur, nec fas eſt ab exemplis aliorum Lapidum Authorum mentem divinare. 75. Orthographia quoque varia. 73. ſq.
Lapis etſi more ethnico conſcriptus quando inter chriſtianos lapides recenſendus? 16 ſq. n. 1.
Lapis Memmii Salluſtii an adferri poſ-

poſſit contra uſum ſepeliendi in Eccleſiis? 72. n. 3.
Lapis Patricii. Variae Eruditorum interpretationes circa ſiglas *D. Conſ.* nihil tamen certum ſtatui valet. 18. 3.
Lapſus Adami qua perſonalis. Proxime ab Eva inductus. 365. n. 603. Ejus notio. *Ibid.* n. 604. Complura peccata continet. *Ibid.* n. 605. ſqq. Ejus gravitas. 368. n. 614. V. *Praeceptum*.
Lapſus Adami qua originalis. Congruentiae pro ejus exiſtentia, ſapientibus Ethnicis prorſus incognita. 374. ſq. & §. V. *Peccatum Originale*.
Leibnitius rejicitur. 402. §. I.
Leonis P. X. definitio quoad Immortalitatem animorum. 146.
Leonianum Sacramentarium non videtur pertinere ad Eccleſiam Tarraconenſem. 382. n. 8.
Lex. Ejus notio. 234. n. 332. Materia. 237. n. 343. Effecta. *Ibid.* n. 344. Diviſio. 238. n. 340. Interpretatio. 244. n. 369. Diſpenſatio. 245. n. 374. Ceſſatio. 246. n. 378. Jus condendi legem. 239. n. 351. ſqq. Obligatio, quam lex inducit. 241. n. 360. ſqq. Legislatrix poteſtas eſt vel Monarchica, vel Ariſtocratica, vel Democratica: ex iis Monarchica dicitur praeſtantior. 239. n. 353. ſq.
Lex Aeterna. Ejus notio. 247. n. 380. Et obligatio in tempore. *Ibid.* n. 381.
Lex Canonica. Quae ad eam ſpectant quoad ejus vetuſtatem, originem, progreſſum, valorem, vigorem, diſtributionem in varias partes, quo methodice Lex univerſa exponatur. 271. n. 465. ſqq.
Lex Civilis. Doctrina de hac lege quoad ejus valorem etiam comparate ad conſcientias fidelium in Eccleſia Chriſti, impoſitionem tributorum, diviſionem in plura membra, quo percommode quidquid eam ſpectat poſſit generatim intelligi. 308. n. 420. per errorem 220.
Lex Evangelica quam tulit Chriſtus Dominus. Ejus materia. 267. n. 448. ſq. Effecta. 269. n. 455. Valor. 268. n. 453. ſq. Non lex ſcripta. *Ibid.* n. 452. Perpetua & invariabilis. 271. n. 462. Diſpenſationem humanam non patitur, ſed epikiam aliquam. 269. n. 456. ſq.
Lex, ſeu *Jus gentium*. V. *Jus gentium*.
Lex Naturalis. Proprie lex & quidem divina. 248. n. 386. ſq. Ejus notio & effecta. *Ibid.* n. 385. Una & eadem in cunctis hominibus. 249. n. 388. Poteſt ne ignorari? *Ibid.* n. 389.
Lex non ſcripta. V. *Conſuetudo*.
Lex Pontificia univerſalis Romae tantum promulgata adficit ne univerſam Eccleſiam? 294. n. 497. per errorem 197. ſqq.
Lex privilegiaris. V. *Privilegium*.
Lex Vetus. Ejus promulgator. 256. n. 412. Materia. *Ibid.* Decalogus. *Ibid.* & 259 n. 419. Effecta. n. 420. ſqq. Valor penes gentes. 262. n. 425. Abrogatio. *Ibid.* n. 428. ſqq. Quando mortifera? 265. n. 441. Commentariolus in antiquitates Judaeorum ſacras. 261. §. Eccur in Decalogum nullus? *Ibid.*
Libertas hominis. Convinci & illuſtrari poteſt in numeris Monumentis, e ſacra, profanaque Vetuſtate petitis, quae indicantur.

184. §. Ejus notio. 182. n. 243. Diviſio. *Ibid.* Senſus compoſitus, & diviſus. *Ibid.* Neceſſitas libertati repugnans. 188. n. 261. Praerequiſita ad libertatem. *Ibid.* 262. Comprincipia neceſſaria. 190. n. 268. ſqq. Impedimenta. 192. n. 278. ſqq. Libertas in actu ſecundo. 188. n. 263.

Libertatem non demonſtrari ratione eſt opinio falſa, non tamem theologice erronea. 182. §.

Liberum non idem ac voluntarium. 189. n. 167.

Liberum Arbitrium poſt Adae peccatum manſit integrum. 194. n. 288. ſq. at debilius. 196. n. 294. Fecunda liberi arbitrii facultas ad actus eliciendos. 197. n. 297. ſqq. Et quae cum adjutorio gratiae? 202. n. 319. ſqq. Hoc autem deficiente nihil poteſt condigne aut congrue gloria aeterna dignum. *Ibid.*

Liberi arbitrii concordia cum myſteriis ſupernis. 203. n. 322. ſqq. V. *Scientia media*.

Libri vulgo *Adamitici* probantur fabuloſi. 156. §.

Litania, qua probatur ſalus aeterna Adami. 372. n. 629.

Litaniae. Earum origo, progreſſus, ſtatus. 80. n. 13. In re Liturgica ſuum conſtituunt caput. *Ibid.* Qui tractant de Litaniis. *Ibid.*

Lolhardi an ex Anglia e Wicleffitarum Secta originem traxerint? 63. Adn. * I.

Lucifer prius tempore peccaſſe videtur quam ceteri Angeli. 113. n. 145. V. *Daemones*.

Lutherani plurimi cum Catholicis ſentiunt quoad liberum hominis arbitrium. 176. VI.

Lutherus an negarit animorum Immortalitatem? 143. Adn. *

M

Malebranchius Nicol. rejicitur. 403. Adn. * II.

Manichaei convincuntur ex Auguſtino ademiſſe homini liberum arbitrium, adverſum Beauſobrium. 171. Adn. * Syſtema de duplici principio vulgo tenuerunt. 11. Adn. * IV.

Marſilii de Menandrino confutatio ex Pighio. 223. Adn. *

Mercurius Triſmegiſtus. An Author Aſclepii, ſeu Aeſculapii? 53. Adn. *

Merita congrua an in Angelis pro priori naturae praeceſſerint gratiam ſanctificantem? 110. n. 133. An item condigna? *Ibid.* n. 134.

Meriti radix, & principium non cadit ſub meritum remunerandum ex vulgatiſſima opinione. *Ibid.*

Miracula vera ab Angelis virtute propria perpetrari non poſſunt. 109. n. 131.

Molina Ludovicus vim Immortalitatis Protoparentum ſiſtit in dono quodam per totum corpus diffuſo. An ne ſatis probabiliter? 152. n. 192.

Momenta theologica quoad creationem Angelorum tria. V. *Angeli*.

Monaſtici Ordines, ceterique regulares cum jure ferendi leges. 285. Monachiſmi hiſtoria, ubi de Patre & Origine Monachorum. *Ibid.* Obſerv. hiſtor. §.

Monogramma ☧ apud priſcos fideles frequentiſſimum. 19. n. 4.

Mundus. Pagani plerumque aberrarunt in ſtabilienda Mundi geneſi. 2. Adn. * Ex Moſis hiſtoria fabulis deformata ſua ſyſtemata confinxerunt. *Ibid.*

Nim-

N

Nimbus ad capita Sanctorum olim depictus. 87. n.27.

Numariae Rei disciplina. Regula observanda in obsequium primorum ejus Magistrorum, ne ars tota passim subruat. 31. n.31. Qui tractent de re numaria? 32. Hujus disciplinae indoles. 33. n. 33.

Numerus Angelorum. 102. n.106. Electorum major quam reproborum. *Ibid.* Creati omnes uno eodemq. momento. *Ibid.*

Numi Angelorum figuris ornati annum ante millesimum non reperiuntur. 89.

O

Omnipotens creator exprimit Deum productorem virtute propria. 14. n. 4.

Optatus Milevitanus vindicatur. 346. Adn. *

Origenes vindicatur. 126. Adn.* II. 12. Adn.* 330. sq. Adn.* Plus justo in ipsum plerique invehuntur quoad adlegoricam Sacrae Scripturae interpretationem, qua perfrequenter utitur. 125. Adnot. * I.

P

Pactum inter Deum, & Adamum. V. *Praeceptum*.

Paracelsus praelusit ne Peyrero Praeadamitae? 136. Adn. * II.

Paradisus terrestris. 47. n. 43. Ubinam conditus? *Ibid* Non metaphoricus sed realis. 151. n. 186.

Patres & Theologi ab impacto contra libertatem indifferentiae errore vindicantur adversus opinionem Jansenii. 180. Adn. * I.

Peccatum Originis. Ejus notio. 391. n. 637. sqq. Peccato veniali levius. 396. n.656. sqq. Ejus causa. 397. n.660. sqq. Traducitur in posteros. 399. n.666. sqq. Pro explicanda ea traductione commenta varia excogitata. 402. sq. §. Aliae in hanc rem opiniones erroris ne insimulandae? 343. sqq. Adn. * Qui peccatum originis in usu matrimonii constituerint? 331. Adnot. * Qui hac labe sordidi? 404. n. 682. sqq. Qui ab ea immunes? 406. n.683. sqq.

Peccatum Angelorum fuit effrenis superbia, qua Deum hominem adorare, & ut cibum Eucharisticum edere abnuerunt. 113. n. 147. sqq.

Pelagianismi Protoparentum singulorum error quoad peccatum originis ostenditur. 332. Adn. *

Pelagii thesis quoad immortalitatem animorum cur erronea? 127. sq. Adn. *

Pennotus Gabriel oppugnatur. 183. sq. §.

Per manus Angeli in Canone Missae quid designet? 79. n.12.

Petavius rejicitur. 154. §.

Peyrerus recentiorum Praeadamitarum Parens. Ejus systema. 134. sq. Ipsius oppugnatores. 135. Sui erroris itemque Calvinismi revocatio. 135. Mors Authoris. *Ibid.* Systema non fastose protulit. 135. Adn. * I. Qui Peyrero proxime proluserit? *Ibid.* III. & IV.

Philastrius fortasse plus justo durior opinionem de Angelis corporeis inter haereses refert. 68. Adnot. * III.

Philosophi Christiani est demonstrare concordiam fidei, & rationis ad mentem Concilii Lateranensis contra Cajetanum. 147. Adn.* II.

Pighii Alberti opinio de peccato originis benigne interpretanda. 356. §.

Plato miram de Angelis doctrinam tradidit, etsi quibusdam faedatam naevis. 55. Adn. * I. An Angelos corporeos fecerit? *Ibid.* Vindicatur ab errore de mundi aeternitate. 5. Adn. * I.

Plutarchus vindicatur contra Cacheranum. 57. Adn. *

Poena quae impositа Adamo, & Evae ob amissam justitiam originalem? 369. n.618.

Polythei qui dicendi? Authores pugnantes referuntur. 10. Adn. * III.

Pomponatius Petrus non Atheus quidem, at multis tamen nominibus impius. 147. Adn. * I.

Pontifices Romani veri Legum latores in EcclesiaChristi. 274.n.470. per errorem 170. Potestatem legislatricem proxime a Christo adcipiunt: & haec potissima ratio pro Primatu Pontificis. 289. n.479. per error. 179.

Pontificalis Liber. Celebris Doctorum disceptatio circa ejus parentem & authoritatem. 279. §. II.

Praeceptum a Deo injunctum Adamo. 361. n.589. Ratio praecipua praecepti. *Ibid.* n.590. Habuit rationem propriae legis. 362.n.593. Peculiare pactum imbibit inter Deum, & humanum genus. *Ibid.* Adam habuit notitiam hujus pacti. 363. n 597. Et hoc quidem de ratione bonitatis Dei, & felicitatis hominis. *Ibid.* n. 596. Verosimiliter non fuit proprie pactum sed conditio. *Ibid.*

Praefatio illa *Exsultet jam Angelica turba &c.* Quis ejus Author, & quid de verbis *o necessarium Adae peccatum &c.* 378. n.3.

Praelati Episcopis inferiores jure condendi leges fruuntur. 285. n.475. per error. 175.

Prateolus carpitur. 63. Adn. * & 210. Adn. *

Priscillianus cum suis renovarunt Manichaeorum errores. 61. Ad. not. *

Privilegium Lex. Doctrina de hac legis specie. 317. n. 453. per errorem 253. sqq.

Protestantes saltem germani lutherici jam integro abinde Seculo cum Catholicis sentiunt quoad peccatum originis. 344. Adn. * II. Quam laudem mereantur ob dilucidationem juris naturae, & gentium? 255. §.

Pseudo Clemens erravit in animorum Immortalitatem. 145. Adnot. *

Puffendorfius cum suis adseclis rejicitur quoad sensum rigidiorum scepticorum. 206. Adn. *

Q

Quesnelli, ejusque gregalium systema quoad Legem. 232. Richerianismum continet. *Ibid.* Adnot. *

R

Richardus Simon. Quam acriter oppugnatur a Bossuetio. 360. Adnot. * I. In quem sensum fortasse etheroclita, immo erronea protulerit? *Ibid.* Caute legendus. *Ibid.*

Richerius Emundus. Ejus systema quoad legem canonicam. 226. V. Proscripto systematis. *Ibid.* Historia controversiae Richerianae. 228. Adn. *

S

Sabbatum apud Ethnicos dies Saturni, quia Saturno sacer. 16. n.1.

Sacrificium non offerebatur olim in diebus Parasceves & Sabbati sancti. 25. n.21.

Sado-

Sadocaei. An reapſe negarint Angelorum exſiſtentiam? Heinc inde controvertitur. 58. Adn. *
Sagae. Earum tranſmutationes chimericae. 109. n. 131.
Saldenus Guilielmus inique ſaevit contra Peyrerum. 135. Adn. * I.
Samaritani. Vindicantur. 58. Adnot. **
Sceptici rigidiores nihil ex ſeſe bonum eſſe, vel turpe docuerunt. 206. Adn. *
Scepticiſmi rigidioris quis Author? 206. Adn. * Sceptici rigidi jure ab errore circa legem naturalem vindicantur. *Ibid.*
Scientia Media. Mire concordat liberum arbitrium cum gratia efficaci. 203. n. 322. Cum infallibili Dei praeſcientia. *Ibid.* Cum divinis praefinitionibus. *Ibid.* 324. Cum praedeſtinatione, & reprobatione. 204. n. 325. Hac via diſſolvitur nodus implicatiſſimus ejus concordiae. *Ibid.* n 326. Ceteris ſyſtematis ab Authore ſua probabilitas relinquitur. *Ibid.* n. 328.
Scrutinia electorum catechumenorum olim in Eccleſia uſitata. 383. n. 10. Brevis hiſtoria hujuſce ritus. 383. ſqq.
Sepultura in Sacris Baſilicis a quo tempore introducta? 72. 3.
Servetus Michaël tenuit ne mortalitatem animorum? 143. Adn. *
Sethiani tenuerunt ne mundum ab Angelis fuiſſe conditum? 9. Adnot. *
Serryus rejicitur. 327. Adn. *
Sianda notatur. 212. Adn. * 338. Adn. *
Simon Magus cum aliis vindicantur. 10. Adn. *
Simplicius defenditur. 57. Adn. *
Sirmus P. III. An Author carminum apud Baptiſterium Lateranenſe? 375. n. 1. Eidem a Pelagianis quos adpoſito documento acriter oppugnat, perperam tribuuntur tres libri. 376.
Stadinghis adficta blaſphemia plane dubia. 62. Adn. **
Stoici quid ſenſerint circa immortalitatem animorum ſapientum? 141. Adn. *
Synagoga Judaica univerſim vindicatur ab errore in peccatum originis. 327. ſq. Adn. *

T

Talmudiſtae. Eorum portenta quoad Adami creationem, male in ſenſum metaphoricum detorquentur a pleriſque. 123. Adn. *
Tenebrae ſuper faciem abyſſi in prima rerum molitione. 44. n 33.
Tertullianus vindicatur. 344. Adn. *
Theodoretus defenditur. 350. Adn. *
Thomaſius Chriſtianus excuſatur. 165. §.
de Turre Joſeph notatur. 340. Adnot. *

V

Valdenſes vindicantur. 214. Adn. *
Variationes Lutheranorum. V. *Confeſſio Auguſtana*.
Venena, tribuli, & *ſpinae* creata a Deo ante peccatum Adae. 47. n. 43.
Vigorius Simonius. Ejus ſyſtema quoad legem Eccleſiae, & ſyſtematis proſcriptio. 231. Adn. *
Voluntas. Cur velit, ratio reddi non poteſt, niſi quia vult. 188. n. 263. Libertatem exercet in momento quo operatur. 189. n. 264. Dei concurſus ei neceſſarius ad operationem liberam: qualis? 190. n. 268. ſq. In Angelis eſt, uti in anima rationali. 98. n. 90. ſq. Libera eſt quoad ſingulos actus

distributive, non collective sumtos. *Ibid.* n. 93. Semper aliquid vult. *Ibid.* Christi voluntas ejusque Ss. Matris non fuit illigata voluntati Adae. 159. n. 215.

Walchius Jo. Georg. ceu Walteri, immo gregis Lolhardorum universi vindex perstringitur. 63. Adn. * II.

Wolfius Jo. Christoph. nimium liberalis in amplificando Manichaeismo. 10. Adn. * II.

Z

Zacharias Franc. Ant. laudatur. 277. Adn. * I.

Zoroaster vulgatus impense vindicatur. 52. Adn. *

Zvvinglius de Pelagianismo adversum ejus gregales vindices convincitur. 339. Adn. *

LAUS DEO PRINCIPIO ET FINI CREATURARUM.

PRAE PRIMIS EMENDANDA.

Pag.	*Lin.*	*ERRATA*	*CORRIGE.*
31	32	convellere	convelli
49	34	quadrupedia	quadrupeda
71	35	veriuſque	veriuſque
120	33	col. 1. diviaam	divinam
141	32	col. 2. Stoiro	Stoico
179	5	impetinens	impertinens
185	1	prorius	prorſus
189	42	ſpontanae	ſpontanee
191	21	*liberam*	*liberum*
209	29	col. 1. *Carinthiani*	*Cerinthiani*
212	41	col. 2. iatius	latius
216	21	abque	abſque
229	24	col. 1. adverus	adverſus
230	34	col. 1. curatint	curarint
238	12	rationails	rationalis
255	18	col. 1. Lutherenam	Lutheranam
261	27	col. 2. alſo	alio
263	7	otta	orta
267	7	deuotaret	denotaret
275	21	col. 1. couterere	conterere
278	31	col. 1. aon	non
298	35	ſiatuta	ſtatuta
301	30	col. 2. prafertim	praeſertim
305	44	col. 1. nna	una
318	25	ronceſſio	conceſſio
319	27	Privilegiatum	Privilegium
322	8	privilegiarii	privilegiario
	18	nationaliis	nationalis
340	26	col 1. poſuſmus	poſuimus
341	15	col. 2. poſteres	poſteros
349	38	col. 2. ipſa enim	ipſe enim
397	37	dude Delugo .	duce
403	27	col. 1. de praeexſitentiam	praeexſiſtentia
417	26	col. 2. ſeu Galilaeus .	Galilaeus Judas ,
427	44	col. 1. Baanim.	anim.
	45	col. 1. rdeſanes	Bardeſanes

Errata cetera leviora pro ſua benignitate corriget Lector.

EXCVDEBAT ROMAE
PAVLLVS IVNCHI TYPOGRAPHVS
PROVISOR LIBRORVM S. R. E. IN BIBLIOTH. VATICANA
IN S. MICHAELIS AD RIPAM
AN. R. S. MDCCLXXI. VI. ID. APRIL.
SEDENTE
CLEMENTE XIV. PONT. OPT. MAX.
ANNO PONTIFICATVS II.